ECPHRASIS
PARAPHRASEOS
GEORGII BUCHANANI
In Psalmos DAVIDIS:
Ab *ALEXANDRO IULIO*
Edinburgeno.
In Adolescentiæ studiosæ gratiam elaborata.
Huic Editioni accesserunt varia Carminum Genera.

EDINBURGI,
Typis *I. W.* & [illegible]pensis *Joannis Vallange.* [illegible] XCIX.

Ad

MARIAM

Illustrissimam *Scotorum* Reginam.

GEORGII BUCHANANI. Epigramma.

NYmpha, Caledoniæ qnæ nunc fœliciter oræ
Missa per innumeros sceptra tueris avos:
Quæ sortem antevenis meritis virtutibus annos,
Sexum animis, morum nobilitate genus:
Accipe (sed facilis) cultu donata Latino
Carmina fatidici nobile regis opus,
Illa quidem, Cirrha, procul & permessidе lympha
Pene sub Arctoi sydera nata poli:
Non tamen ausus eram male natum exponere fœtum
Ne mihi displiceant quæ placuere tibi.
Nam quod ab ingenio domini sperare nequibant,
Debebunt genio forsitan illa tuo.

Doctissimo D. D.

GULIELMO SKENE

Scholæ Supremæ Grammaticalis Edinensis *Præfecto dignissimo.*

EDitionem hanc PSALMORUM *BUCHANANEORUM* cum ECPHRASI *IULII;*

Humillime D. D. C q.

J: V:

BODLEIAN
P
28 NOV 1962
LIBRARY

DOMINO
Sive OLIVERO SANCTO
JOHANNI, Regis nostri clementia
Gratiâ, illustrissimo Hiberniæ
PRÆSULI,
ALEXANDER, [illegible]

entes ab ineunte adolescentiâ, tum à fanaticis impiorum erroribus sibi in omni vitâ consultè cavere possent: tum etiam, ut in pietatis officiis nunquam laberentur; ubi sese prius hisce mansuetioribus *Buchanani* musis sacrarum literarum compendia complexis excolendos dederint. Sed cum illi jam operi summam manum imposuissem, nec mihi in eo genere satisfacere possem; hanc Ecphrasi Lethæ quidem institutam, postea vero quam (Rege domino meo piissimo prius salutato) Novo foro Londinum redissem, numinis divini ductu & auspicio in illa celebertima totius Britanniæ Metropoli felice exitu concluſi, huic oneri ferendo alioqui humeris meis impari, ad jumento fuerunt, quæ multis abhinc annis ab eodem *D. Buchanano* extempore dictata in schedas quasdam retuli, & ex musæo *D. Roberti Buchanani* pastoris Ecclesiæ Syresſensis discipuli olim mei eademplanè & meis omnino consentanea ad me ab eo perlata accepi; quæ quidem *D. Georgio* temere dictante, calamo *Thomæ Buchanani* præceptoris quondam mei magna ex parte excepta fuisse. probe memini; ex quo etiam intellexi, D. *Georgium* patruum suum vetuisse, ne in lucem Prodirent; quippe qui exponenda potius, quam in apertum proferenda existimasset puerilia illa, quæ vocabat extemporanea, rudia & impolita. Erat enim vir ille ea ingenii dexteritate; ut cum pueris repuerascere & omnes omnium etatum usus modeste & sapienter, sese accommodare & posset & vellet. Attamen nequid vel temere ab illo in hoc genere prolatum oblivione obrueretur. hic ego industria nonnulla & diligentia adhibita, puerilia, illa quodam modo quasi adulta feci, extemporanea elaboravi, impolita & rudia cultu nonnullo accuratius expolire studui. ac utsæ de more libenter occœpi in formem lambendo fingere fœtum, sic tamen ut de hac Ecphraseos forma ne unquam cogitaret ille quidem poeticus Psalmorum paraphrastes conatus interim ubique perspicuitati studere, ac ingeniis modestis placere, contentusque poematis simplici interpretationis lumine, mysteria divina sub phaleratis verborum tectoriis latentia, fidelibus Ecclesiæ doctoribus & pastoribus. tanquam jus suum relinquenda censui. Jecit ergo *Gorgius* ille *Buchananus* primum operis hujus fundamentum materiamque rudem impolitam magna ex parte suffecit, unde hæc structuræ forma clementer & molitet assurrexit in qua ne unguem quidem latum ab ejus; mente & sententia discedere fas esse judicavi, quem in toto hoc opere præcipuum

au

auctorem & gravem veræ exegesis testem habere, ab omnibus bene de re literaria sentientibus probatum fore, mihi minime dubitandum est, Hic autem tametsi iniquum fortasse facere videar, si delectum auctorum ex animi mei sententia vel habendum vel tenendum suaderem, quos indigenarum liberis istic aut præguſtandos aut prælegendos censerem a vitiis deterrentes, ad virtutem vero colendam hortantes; præsertim cum tua *Prorex Illustriss.* prudentia & celeberrimi istie regiæ majestatis concilii sapientia monitore nullo eâ in re indigeat, ubi tot præclara Ecclesiæ reipublicæ lumina tecum una certum studiorum optimorum delectum facere possunt, in quibus tum animi tenelli, tum adolescentum etiam ingenia conquiescere & majorem indies judicii & memoriæ cultum capessere queant; quamvis, inquam, injurius fortan ac temerarius exiſtimarer, siquid hac de re vel statuere, vel suadere conarer; nemini tamen molestum fore sperandum est. si pacem, ac veniam precanti liceat mihi hic semel impune peccare. dum in iis auctoribus qui de vita humana sapienter instituenda bene meriti sunt, poetis præcipuam laudem tribuam, quibus quidem proprium censetur, quæ utilia sunt dulcedine quadam miscere: In his vero *Georgium Buchananum* Poetam domesticum, aulicum, regis nostri manuetissimi & ter maximi olim præceptorem peregrinis omnibus anteponam præsertim in poetica Psalmorum paraphrasi virtutes omnes Vito Christiano dignas complexa, cui tum regis nostri serenissimi, tum aliornm etiam litteratissimorum judicio principatus in eo genere defertur & datur,

Sin autem eodem etiam inclinare videbuntur (sicuti augusto Regiæ majestatis exemplo debebunt candidæ eorum sententiæ, qui istic adolescentes ingenuos artibus ad humanitatem & pietatem excolendam spectantibus informare student; & hanc quoque explanationem paraphrasi illi poeticæ tantopere laudatæ adhibitam tuæ Prudentiæ commendatam esse debere non dubitabunt, ut huc etiam accedat Concilii istius lectissimi suffragium, cum tuo, *Prorex Illustriss.* & illius patrocinio lucubrationes hæ nuncupentur; spero equidem fore, ut nec quenquam sustragationis suæ nec Interpretem operæ in his factis *Buchanani* musis consumptæ, nec adolescentiam hujus doctrinæ studiosam unquam pœnitere possit.

Cur autem sub nominis tui tutela *Prorex Illustrissime*, & honoratissim

mus simi istic regiæ majestatis Concilii clientela, hunc laborum meorum fructum exire, & in omnes partes emanare libenter vellem, multis magnique momenti nominibus adductum me esse profiteri necesse est. Primum enim sic mihi persuasi, in vestra amplitudine omni observantia digna advertus severiores criticorum calculos magnum mihi præsidium futurum fuisse; deinde quæ ipse *Sublimi* septem menses & amplius versatus, ibidem tum vidi, tum gravissimorum hominum testimonio accepi, sine lædere admisso silentio præterire non possum: nullo enim homine ibi familiariter usus fui, nec cuiquam verba ulla feci; qui non firmissime asseveraret, primi anni tui curriculum, *Prorex illustrissime* longe utilius Ecclesiæ & Reipublicæ extitisse, rebus regni istius jam fortasse magna ex parte pacatis quam ut tantum bonum unquam existimari potuisset aut ab uno aut ab omnibus multis seculis profectum fore in istam provinciam, gentium, ingeniorum, linguarum & morum varietate olim tam impeditam, & nunc etiam rectu satis difficilem. Sin autem quæris, quibus rebus tot menses ibi commoratus, oculatus testis fuerim: multa profecta & patrum istic conscriptorum & proregiæ pietatis argumenta visu & relatu dignissima aspexi; dum sæpius in singulas septimanas a comitatu partim pedestri, partim in equis phaleratis sublimi, & regali ornatu splendente, ad auctoritatem & reverentiam regio proregio honori, & sancto istic senatui conciliandam, in ædem sacram deduceris, interque vos, & populi cœtum ibi coactum blanda salutatione facta, ita compositi estis, ut attente & avide cœlestem doctrinam haurientes, eam sensibus imis ad utriusque fortunæ usum reposuisse videremini. Quid præterea de morum suavitate commemorem? singulari humanitate, qua bonos omnes (*Prorex Illustrissime*) ita comprehendis, ut nemini istic concedas; civium fere omnium animos ad tui, tuarumque virtutum benevolentiam amanter allicis, ut sese istic abste in ordinem cogi facile patiantur. Quanta autem modestia animus ab omni ambitione alienus in amplissima ista dignitate sese erga viros claros & obscuros, erga summos & infimo loco natos semper gesserit, habet regio illa nemi-nem virum bonum, qui id jure & ingenue diffiteri possit; vigilantiam etiam singularem in curia, in foro non in singulos tantum dies, cum res sic postulat, sed in singulas etiam horas, supra

quam

quam cuiqnam credibile est, sæpenumero admiratus sum; addo assiduitatem quotidianam fere partim in jure dicendo & civium controversiis dirimendis: partim in instaurandis musarum hospitiis, in fovendis literarum bonarum studiis, & reparandis templorum ruinis: quæ cum tua prima atq; ultima cura fuerit, quid mirum si homines literati, qui te istic tum amico tum patrono sunt usi, egregia in Ecclesiam & remp: merita tua scriptis immortalibus celebrare conentur, teque egentibns, quod vidi subvenientem, afflictos excitantem, merito tuo proxime secundum Regem indulgentissimum communem nobis vobiscum, ecclesiæ Hibernicæ columen, reverendi collegii splendorem, totius regionis istius decus, ceu illustrem de editiore speculâ facem prætendentem, rectè apellare possint. Atque in harum laudum societatem venire oportebit eos ferè omnes ad unum, quos in regni istius Administratione in consilium tuum regia majestas censet adhibendos; consilium illud dico præsulum lectissimorum & nobilium regni Procerum, qui pro divinæ & regiæ majestatis honore, pro communi salute & regni incolumitate, tecum una rem omnem familiarem, dignitatem & vitam suam pacisci nunquam dubitarent. Itaque tam inquilini, quam regionis istius indigenæ, omnes denique regni istius incolæ jure exclament, O beatum regiæ majestatis judicium! quod non sine cœlesti aliquo instinctu tanquam è specula tempestatem istic futuram prospiciens, prævenerit; cum in illa beneficentia sua tantæ dignitatis & virtutis delectum prudenter habuerit; unde fit, ut quam unionem gentium MAGNAE BRITANNAE in politia ecclesiastica & civili Cæsar noster clementissimus omnibus votis factis optabat, omni studio & labore frustra diu urgebat, in eam istic venisse tres vatiæ linguis gentes magnâ ex parte cernantur. Illud autem hic ab hominum cogitationibus, ore, & auribus nostris longè abesse postulo, ut quisquam sic temerè de me vel existimet, vel jure affirmare possit, me hæc auribus vestris dedisse: visa certè & audita ingenuè recensere nemo mihi sanus vitio dabit, stimulos sic addenti, ut virtus laudata minimè algere, sed indies majus incrementum capere videatur. Quod superest, Deum Opt. Max. ex animo precamur, qui Amplitudini vestræ mentem istam atque auctoritatem secundum Regem nostrum clementissimum dedit, ut vestrum ist-

istic Dei ipsius, & regis summa reverentiâ colendi studium, vestrum Ecclesiæ & Reip. augendæ patrocinium velit esse quàm maximè diutturnum, vestrosque omnium annos æquare velit bonis iis, quæ in vos jam contulit summa. Valete & salvete in Christo, divini & regiæ majestatis honoris studiosissimi.

Reverendæ amplitud: vestræ

observantissimus,

A: F.

Ad LECTORUM.

QUanquam Paraphrasis psalmorum *Davidis Georgio Buchanano* auctore, Regiæ majestati, & doctissimis quibusq; maxime probata, in plerisque Psalmis facilior, in aliis intellectu difficilior esse videatur: unum tamen tenorem Ecphraseos in omnibus servandum duxi: primum ne aliqui laboris suscepti opus mutilum & mancum esse existimaretur: deinde *Scaligeri* sententiâ de his adductus, quos cum primum levi brachio oculis perlegeret, carmen vel puellis intelligendum editum fuisse affirmabat; cum idem tamen ipse accuratius expendisset, se ex intelligente non intelligentem factum esse asseveravit, in omnibus promiscue innuens non nihil esse, quod lumine interpretationis indigeat: Postremo, ut studiosi adolescentes imitationis exemplum habentes probé scirent non tam inopem esse linguam Latinam, quin non semel tantum, sed sæpius etiam de unâ & eadem re bene & aptè dici possit: in hac tamen explanatione, me ad captum vel puerilem & studiosæ adolescentiæ accommodans, perspicuitati sic studui, ut nec affectato nec nimis proletario sermone utendum censerem, paratus interim modesti Lectoris censuram subire, singula prius judicii trutinâ expendentis, quam sententiam extemporaneam ferat; & eruditorum consilio sic uti, ut certum sit ea vel addere, vel demere vel mutare, sicuti res locusque postulabit, quæ ab authoris mente & judicio aliena non videbuntur.

ECPHRASIS
PARAPHRASEOS
GEORGI BUCHANANI in Psalmos

Davidis ab Alexandro Julio Edinburgeno, in Adolescentiæ studiosæ gratiam elaborata.

PSAL. I. CAP. GEN. 1

Boni qui abstinent à malo, & student bono, soli felices sunt, reliqui omnes infelices.

FElix ille animi, quem non de tramite recto
Impia sacrilegæ flexit contagio turbæ:
Non iter erroris tenuit, sessorve cathedræ
Pestiferæ, facilem dedit irrisoribus aurem:
2 Sed vitæ rimatur iter melioris, & alta
Mente Dei leges nocteque diesque revolvit.
3 Ille, velut riguæ quæ margine consita ripæ est
Arbor erit: quam non violento Sirius æstu
Exurit, non torret hyems, sed prodiga læto
Vir ille demum est animo felici, quem vitæ degendæ consilium
ab impiis datum, pravaque improborum consuetudo à
recte vivendi verbo Dei comprehensa non avertit, quique in vitæ
turpitudine, & impietate à norma legis aberrante non perseve-
vit; nec mali consilii, vitæ licentioris & impietatis illecebris ca-
tus sese religionis & Dei contemptoribus penitus dedidit.
recte vivendi rationem sedulo indagat, magnaque animi
genii contentione doctrinam sacræ scripturæ à Deo di
legens ac relegens meditatur. 3 Vir ille similis erit arbori
ripam aquis irrigatam plantatæ, quam nec æstate cani
menti calore siccans infœcundam facit, nec hyemale frigus
& sterilem reddit, sed quæ admodum liberali cultore
magna fructuum copia ditat, & possessorem ob florem nec
centem, nec deciduum gaudio perfundens, cum spe

Proventu beat agricolam: nec flore caduco
Arridens, blanda dominum spe lactat inanem.
4 Non ita divini gens nescia fœderis, exlex,
Contemptrixque poli: subito sed turbine rapti,
Pulveris instar erunt, volucri quem concita gyro
Aura levis torquet vacuo ludibria cœlo.
5 Ergo ubi veridicus judex in nube serena
Dicere jus veniet, sceleriſque coarguet orbem:
Non coram impietas mœstos attollere vultus,
Nec misera audebit justæ se adjungere turbæ.
6 Nam pater ætherius justorū & fraude carentum
Novit iter, sensum que tenet: curvosque secuta
Impietas fraudum an fractus scelerata peribit. PSAL.

tis tantum ceu blanditiis captum; indeque nihil præterea fructus percipientem, non unquam fallit. 4 Homines autem impii, ad quorum aures lex divina nondum perlata est quam idcirco nesciunt, quique vitam & mores ad legem auditam non conformant; atheique, qui Deum & leges ejus asperantur, non huic arbori, sed pulveri similes erunt de terra in aërem repente sublato à vento in gyrum circumacto, quem aura exigua in circulum celerem commota circumagit, ceu ludicrum aëri in speciem inani. 5. Quando igitur Christus justus & verus cognitor à patre ascriptus, nube clara & lucida quasi amictus ad judicandum orbis incolas veniet, genusque humanum peccati insimulabit, impii, præ mœstitia non audebunt palam in judicis vultum suspicere, nec cum sint infelices & calamitosi sese cum bonis miscere. 6 Deus enim conditor & incola cœli bonorum justitiæ amantium, & hominum a scelere & impietate alienorum vitam & mores probat; quidque sentiant cognitum & compertum habens, in rationes suas refert: impii vero sceleribus cooperti, qui rectam vivendi viam non sunt ingressi, nec tenuerunt, sed injustam & fraudulentam vitæ rationem secuti sunt, una cum impio & devio vitæ ipsorum errore interibunt.

PSAL II. CAR. GEN. 2.

... in regnum Davidis & Christi irritus proponitur, exitium ... obsequentibus salus denuntiatur. Ca

QUid trepidæ gentes vano fremuêre tumultu
Miniſque populi ſæviunt in anibus ?
2 Et cum principibus magni coiêre tyranni,
Dominumque Chriſtumque Domini adverſum truces ;
3 Vincula quin horum fortes dirumpimus, aiunt,
Et lora noſtris demimus cervicibus ?
4 At pater ætherius, rerum cui ſumma poteſtas,
Ridebit impotentium irritas minas.
5 Tum juſta accenſus miſeros affabitur ira,
Et pet furorem cœca conſilia ſuum
6 Turbabit : Cingamque meum diademate regem,
Inquit, Sionis jura ſanctis collibus
Qui dabit, & late fundet mea juſſa per orbem.
7 Deinde allocutus Dominus eſt me : Filius
8 Tu meus es, genui te hodie : me poſce, daboque

Omnes

CUr nationes á lege Dei alienæ, idola colentes, magna feſtinatione uſæ, motu nihil ipſis profuturo, iram verbis aliiſque ſignis minacibus oſtendêrunt ? Cur judæi comminationibus nihil Deo aut ejus unctо nocituris ſævitiam exercent ? 2 Cur reges etiam potentes, cum Herode, cæteriſque populi Judaici primoribus conſilium iniêre, inſenſe & crudeliter adverſantes deo, ejuſque, quem unctione regem deſignavit, filio ? 3 Cur non inquiunt, audentes aliquid ſolvimus nos Domini & unſti ipſius legibus, quibus nos vinctos in officio continere volunt, eorumque imperio, ſeu jugo rejecta nos liberamus ? 4 At Jehova cœlum habitant iſummumq; in orbem univerſum imperium habenti, ludibrio & riſui erunt comminationes inanes hominum ſuſurmorum & ſuis affectibus ſervientium. 5 Tum Deus ira [illegible] citatus infelices illos compellabit; eiſq; implacabilitatem cœcorum conſilia vana reddèt. 6 Egoque, inquit, nibus donabo eum, quem regem populo meo impoges dabit judæis incolis Hieroſolymæ divino cultui ſacratæ, legeſque à me latas gentibus paſſim toto orbe promulgabit. 7 Poſtea Jehova me compellavit dicens :

Omnes ut hæres gentium fines regas,
Qua circumfusis tellus se porrigit undis
9 Regasque sceptro sempiternum ferreo:
Cumque voles, tumidosque premas, frangasq; rebelles:
Ut ficta fragili vasa franguntur luto.
10 At vos, in populos quibus est permissa potestas,
Et jus ab alta sede plebi dicitis,
Errorum tenebras depellite, discite verum:
11 Servite Domino cum tremore: gaudiis
Et timor & Domini accedat reverentia vestris,
12 Ut missum ab illo filium amplectamini:
In vos ne justæ vindictam exerceat iræ.
De calle recti devios. Nam cum brevi
Sæviet injustos contra justa ira, scietis
Quam sint beati, spes in illo qui locant. PSAL.

meus, in regni mei administrationem adoptatus, patefeci mundo hoc tempore te meum esse filium, omnia à me postula & expecta, efficiamque ut tu mihi hæres institutus, nationes per omnes terras dissipatas, totumque orbem gubernes, in quamcunque partem terra, quam oceanus ambit, extenditur, 6 Regas, inquam, nationes & urbem potentia invicta in perpetuum. Dabo etiam, ut cum animo tuo libitum fuerit, superbos coërcens humiles reddas, contraque te repugnantes, evertas sicuti rumpuntur vasa formata è luto, quod nullo negotio frangi potest. 10 At vos Reges, qui jus & imperium in nationes vobis subjectas habetis, & judices, qui è tribunali judicium exercetis, mentis cœcitatem, & ignorantiam [illegible] causam à vobis amovete, & veritatem intelligite. 11 [illegible] Dominum, officium ei præstantes cum tremore, metus ipsum [illegible] timorque Dei, ne eum offensum mereamini cul[illegible] [illegible] ingenuo lætitiæ vestræ admisceatur. 12 Ut [illegible] orbem filium libenter recipiatis, eique subditi sitis [illegible] & legibus ejus aberrantes, ipsumque ideo in ir am [illegible] [illegible], ulciscatur. Nam cum Deus jure iratus in [illegible] vita n agentes brevi tempore animadvertet, tum [illegible] sint felices, qui in eo fiduciam suam colloca n[illegible]

Davi

David de gravitate afflictionum conqueritur, Dei natura & experientia fidem suam confirmat, Deumque orat pro salute sua & populi.

HEu quanta numero viribusque factio
Me vexat odiis impiis!
Quam perditorum firma conspiratio
Conjurat in meum caput!
2. Et asseverant spem salutis in Deo
Superesse jam nullam mihi;
3 Quum tu sub umbra præliantem me tui
Tam sæpe scuti texeris:
Quum laudis author sis meæ, quum gloria
Meum corones verticem.
4 Quum nocte Dominus invocantem me, suo
De monte sancto exaudiat.
5 Curis solutus & recumbo & dormio,
Resurgo liber à metu.
6 Domino excubante, nec meum formidine
Pectus movebunt agmina
Numerosa, nec si sæva feritas omnium
Conjuret in me gentium:

Tu

HEu quam numerosi, quamque potentes hostes in me conjurati, me malevolentia & inimicitia execrabile exercent! quamq; viribus valens turba hominum flagitiis deditorum societatem coit adversus vitam & salutem meam! 2. Et omni asseveratione affirmant, nullam mei conservandi spem mihi in Deo, nedum in homine ullo restare. 3. Quum tu, Jehova, me cum hoste pugnantem ope tua tanquam scuto objecto operum defenderis; cùm causa sis cur lauder, cum illustri fama & prædicatione omnium de me tanquam corona, caput meum cingas. 4. Cùm Dominus me nocte precantem de Propitiatorio in templo suo in sancto Sionis monte sito propitius audiat. 5. Animo securo cubitum eo, somnosque capio, & sine metu denuò cubitu surgo. 6. Cum pro me Dominus excubias agat, nec exercitus numerosi ullum mihi timorem incutient, nec si omnes gentes inhumanæ adversus me,

Tu Domine in aciem ductor ut me liberes,
Prodibis: hostium omnium
Malasque franges, impiorum & conteres
Dentes potenti dextera.
7 At tu salutis una spes, populum tuum
Bonitate solita amplectere.

meamq; salutem consilium ineant: Tu, Jehova, ante me exibis dux in prælium cum hostibus dimicaturus, ut me eorum violentiæ eripias, maxillasq; hostium comminues, manuq; valida dentes eorum franges. 7. Tu verò etiam Jehova, à quo unu vitam & incolumitatem expectamus, amicè & benevolè geras te erga populum tuum pristina clementia usus.

PSAL. IV. 4 GEN. CAR.

David opem Dei implorat contra hostes coniuratos, adhortans eos ut resipiscant, oransq; Deum ut se ab eis liberatum verbo & spiritu dirigat.

O Pater, O hominum, divumque æterna potestas,
Sinceræ mihi conscie mentis,
Qui mihi consiliique inopi, incertoque salutis,
Imploranti rebus in arctis,
Tutum pandis iter, latumque educis in æquor:
Nunc obsesso fraude maligna
Da mihi te facilem, & justis bonus annue votis,
Non dura placabilis aure. 2 O

O Rerum creator, ô qui perpetuum imperium habes in homines, in angelos, reges, & judices, quos in Scripturis deorum appellatione dignaris; qui probè nosti animum crimine mihi illato vacuum esse; qui mihi nescienti olim quid faciendum sit, & in mortis periculum adducto de vita dubitanti, te tamen in angustiis flebiliter invocanti viam discriminis immunem ostendis, meq; angustiis liberatum in campum spatiosum educis, præbe te mihi nunc quoque favente mala hostium calumnia circumsesso, precibusque æquis favens constantias, mihique sis propitius, nec ad audiendam precationem meam difficilis.

2 O hominum cœcæ mentes, quo me usque relicto
Intenti mendacibus umbris,
Sollicita in vanas torquetis pectora curas?
3 Tandem credite vera monenti:
Quem Deus electum miro dignatur honore,
Per discrimina cuncta tuetur.
Me Dominus clamantem ad se, auxiliumque rogantem,
Mitis & exorabilis audit:
4 Ergo Dei, miseri, nunc saltem agnoscite numen,
Et vitiis abstistite pravis:
Vobiscum in tacito per noctem expendite lecto
Longi dicta ac facta diei.
5 Non pecudum fibris Domino, sed mente litatur
Innocua: si admoveris aris
Hanc, poteris sperare animi securus ab alto
Dextera munera larga benigna.
6 Poscit opes modo degeneres pars maxima vulgi,
Hæc animos vota una fatigant. Ac-

2 O homines imprudentes & veritatis ignari, quamdiu, Davide contempto, nec pro rege vestro agnito, audientes consilia frivola, & conatus spem fallentes, animos inquietos ad cogitationes inanes convertitis? 3. Nunc saltem mihi veritatem vobis indicanti fidem habete; quem Deus elegit, ut regio honore & dignitate singulari auctum regno præficeret, in omnibus periculis salvum & incolumem servat: Dominus lenis, facileque patiens se exorari audiit me, cum eum invocarem opemque ab eo peterem. 4. Ergo hostes mei infelices & ærumnosi jam tandem potentiam Dei reminiscimini, & à vitiis animum depravantibus abstinete: intraque vos noctu examinate in cubili, ubi silentium agitur, quæ interdiu ad serum usque diem loquuti estis, aut gessistis. 5. Dominus pecude mactata non placatur, sed animi integritate & innocentia; si, adjuncta tibi hac comite, ad altare ejus accedas, poteris procul dubio sine ullo metu è cœlo à munifica Dei manu magna & copiosa beneficia expectare. 6. Multitudo Numinis immemor magna ex parte divitias tantummodò postulat, quæ animos generosos, cœlo videlicet cognatos, labefactant, cùm in

At tu me placido tantùm bonus aſpice vultu:
Aura tui jucunda favoris
7 Me ſuper irradiet: ſat amico te mihi felix:
Alter frugibus horrea ſtipet,
Impleat & multas generoſo nectare cellas,
Et conjeſto gaudeat auro:
8 Aſt ego curarum vacuus de nocte recumbam,
Et ſine ſollicitudine ſomnos
Accipiam: tu ſecuram mihi robore mentem,
Tu certa ſpe pectora firmas.

terram ſe curvare, humique reptare cogant; hæc ſola petitio eorum mentes ad rem attentas ſolicitas habet: at tu ſolum favoris tui animique mihi placati ſignum aliquod in vultu oſtende, gratáque animi tui in me benevoli ſignificatio in ſplendore vultus mihi affulgentis, ſeſe demonſtret. 7. Si tu mihi faveas, rem ſatis amplam habebo: alius fruges acervatim in granario accumulet, vinòque leni & delicato repoſitoria omnia refertiat, aurùmque lætetur in acervos comportare. 8. Aſt ego ſecurus noctu dormitum ibo, animoque tranquillo ſomno me dabo. Tu animum meum virtute tua, & cor ſpe indubitata ſuſtenens.

PSAL. V. 5 GEN. CAR.

David fretus teſtimonio conſcientiæ, petit ſe à Deo exaudiri, & certus de injuriis hoſtium, Dei beneficentiam implorat, petitq; ſe ab eo regi, hoſtes retundi. Eccleſiæ laudis argumentum ſubminiſtrari.

O Potens rerum Deus, aure leni
Mitis exaudi mea verba, mentis
Mente non dura tetricuſque triſtes
Percipe queſtus.
2 Aſpice attentus mihi, quanta tendat
Vox latus: quando mihi rex Deuſque So-

O Deus mundum univerſum & res in eo omnes in poteſtate & ditione tua tenens, mihi propitius & clemens orationem aure facili accipe, nec ſeverus, ſed mente placabili querimoniam ex dolore inteſtino manantem intellige. 2. Animadverté diligenter, quàm vehemens oratio latera & pectus ex motu pulmonum

Solus es, ſolum veneror precorque
Rebus in arctis.
3 Manè clamantem Deus æquus audi,
Nam tuum caſta prece, non inanem
Spem fovens, nomen jubar ante Eoum
Manè ciebo.
4 Tu Deus, lætus pietate vera,
Impii ritus ſcelus execraris:
Nec frui pravi ſtudioſa mens te
Speret amico.
5 Vis tuos vultus metuit, nefaſque:
6 Hoſtis es fraudum & cupidæ cruoris
Cædis, audacem ſimulare linguam
Falſa recides.
7 At tua fretus bonitate ſacrum
Limen accedam, tua templa inibo:
Rité adorabo tua ſancta caſtis
Numina votis. 8 Tu.

num mihi quaſi dilatet; quia te ſolum regem, Deum & Dominum meum agnoſco, te ſolum obſequio & reverentia colo, bonorumq; omnium authorem profeſſus inclamo, quo tempore in anguſtiis adducor. 3. Exaudi Jehova favens, me diluculo orantem: ego enim à ſcelere purus, bonaque ſpe fretus, ante luciferi & Solis exortum te inclamabo. 4. Tu autem religione ſincera gaudens, ceremonias impias & ſceleratas deteſtaris, nec qui ſtudio ſuo indulgentes mala perpetrant, ullum ex amicitia tua fructum ſe percepturos ſperent. 5. Violenti ſceleraque nefaria perpetrantes, ſeſe in conſpectum tuum dari formidant; quique dolum aut machinam ad proximum commoliuntur, apud te odio ſunt. 6. Inimicus es omnis crudelitatis cupientis cruorem fundere, linguam quoq; mendacia fingere audentem abſcindes. 7. Ego verò in lenitate & clementia tua ſpem habens, foribus templi tibi ſacrati propinquabo, ædemq; tuam ingrediar, teq; qui ſolo nutu omnia potes venerabundus ex præſcripto legis precibus puris ſanctitatis ergo colam.

8 Tu mihi, ut cassles fugiam dolosos
Hostium, lumen Deus æquitatis
Dux tuæ præfer, dubioque cœcos
Dirige gressus.
9 Hostium verum fugit ora, pectus
Incolit fraus spurcicieſque guttur
Terrius putri est quod hiat recludens
Funera busto.
Lingua adulatrix tacito veneno
Blandiens, cœcos meditatur ictus.
10 O Deus, rerum ô Pater alme, gentem
Perde nefandam.
Redde conatus Pater alme vanos:
Quique te linquunt, scelerum suorum
Sentiant pœnas meritas, ab ima
Stirpe reciſi.
11 Sed tua semper bonitate tuti
Gaudeant, qui spem posuêre in uno
Te sibi certam impavidi, tuumque
Nomen adorant. 12 Nam

8 Da mihi, Jehova, ductor meus, justitiæ tuæ intelligentiam, verbique tui cognitionem, qua ceu laterna mihi prælucente nassas inimicorum evitem, iterque meum alioqui cœcutientis & dubitantis quid faciendum sit, rege. 9. Sermo verus ex hostium ore nullus exit, dolus & impuritas in eorum animis habitat, guttur fœdius est sepulchro putrido & male olenti, quod apertum est cadavera ostendens: lingua quoque eorum palpans, blandéque me compellans, cùm intus dolus abstrusus lateat, cogitat mihi occulta vulnera infligere. 10. Extingue, rerum omnium munifice creator, homines nefarios & sceleratos; infringe, inquam, hostium consilia, eaque inania effice; quique à te deficientes mandata tua deserunt, radicitùs extirpati delictorum suorum supplicium jure ferant. 11 Sed quorum in te solo spes firma hæret, & qui te unum colunt, ii clementia & bonitate tua periculi experte securi perpetuò lætentur. 12. T

12 Namque tu rectos animisque puros
Larga opum dextra recreas benignus,
Et tui (tanquam clypeo) favoris
Protegis umbra:

12. Tu enim justos & innocentes periculis jam defunctos manu potenti fovens liberaliter reficis, eosque favore tuo, velut scuti umbra Soli objecta, operos defendis.

PSAL. VI. 3 GEN. CAR.

David ægrotus, iram Dei flagellumq; deprecatur, misericordiam implorat, & salutem petit, quibus fide impetratis de attentione & beneficentia Dei contra hostes gloriatur.

DUm fervet ira, Domine, dum mens æstuat,
Ne me merentem corripe:
Dum sævientis flagrat in cursu furor,
Exigere pœnas abstine.
2 O parce, parce, languor ægrum conficit:
Manum salutarem admove.
Corpus, solutis ossium compagibus,
Enerve vires deserunt:
3 Mentemque graviter mœror angit turbidam:
Quo me usque miserum negliges?
4 Quo me usque linques? jam revette, ac libera
Ægrum interùm de faucibus. 5 Ubi

DUm ira tua (Jehova) severior incandescit, dúmque animus ea perturbatione illa actus exardescit, ne me, quæso, qui pœnas metui, castiges: dum, inquam, indignatio tua succensentis delictis meis ardet, & adhuc paulatim increscit, noli de me supplicium sumere. 2. Da veniam, quæso oranti: animi enim demissio & infractio morbo laborantem consumit, infirmitati valetudinis meæ manum salutem afferentem appone. Corpus invalidum vires destituunt, artubus & ossium junctures laxatis. 3. Mœstitia mentem vehementer excruciat, præ dolore nihil liquidò cernentem. Quamdiu me miseriis oppressi nulla te cura attinget? 4. Quamdiu me deserens hac ægritudine non levabis? tandem ad me redi, morboque gravi affectum ex morte propinqua eripe.

5 Post-

5 Ubi ſæva dura mors manum injecit ſemel,
Quis amplius meminit tui?
Quis mortis alta ſubrutus caligine
Nomen celebrabit tuum?
6 De nocte pectus anxium ſuſpiriis
Pulſans, gemenſque lacrymis
Lavo cubile: ſtrata fletuum madent
Rorata largis imbribus.
7 Caligat acies luminum, doloribus.
Hebetata longis, hoſtium
Interque riſus & dolos emarcuit
Color vigorque corporis.
8 At tu ſceleribus turba gaudens impiis,
Faceſſe, ſpem pone irritam:
Lamenta Dominus & meorum fletuum
Placatus audiit ſonum:
9 Dominus benignus ſupplicem me exaudiit,
Orationique annuit: 10 Su-

5. Poſtquam mors crudelis tanquam manu inexorabili injecta me ſemel ſibi aſſumptum pro ſuo vendicavit, quis diutius ullam de te mentionem facit? quis tenebris & magna rerum ignorantia à morte allata tectus, laudibus te efferet? 6. Ego noctu pulmones ſub ægro pectore crebra ſpiritus reciprocatione agitans, vocemque lamentabilem fundens fletu meo lectulum madefacio: veſtis quæ mihi ſubſternitur, lacrymis multis inſtar imbris effuſis, & tanquam rore imbuta humida redditur. Pupilla oculorum dolore morbi diuturni obtuſa velut in caligine parum videt; interendum hoſtes exultantes me rident, & fraudibus ſtruendis intenti ſunt. 7. Color & vegeta membrorum omnium vis debilitata eſt. 8. Vos autem, qui de flagitiis nefariis gloriamini, à me recedite, falſam quam cepiſtis de morte mea ſpem abjicite: Iehova enim exoratus lamentabiles querimonias, meaſq; flentis voces audivit. 9. Dominus oratione meæ conſentiens me ſupplicitet rogantem exaudivit, & poſtulationi meæ aſſenſit.

10 Su-

10 Subitus ut hostes obruat pudor meos
Ultrasque confundat rubor:
Tristi repente ut palleant infamia,
Fugamque turpem mœreant.

10. Ut repentina scelerum infamia hostibus inusta, eorum arrogantiam imminuat, ruborq; ex pudore ortus, ora eorum turbata inficiat, ut pallidi sint hostes mei ob ignominiam eos contristantem, & inhonestum à me discessum doleant.

PSAL. VII. CAR: GEN. 6.

David confidens Deo, exoptat à perfida accusatione liberari: professus bonæ conscientiæ testimonium, mala quæ in se struebantur, averti cupit: pronunciat improborum exitium, & Dei laudem à piis prædicatum iri.

IN te salutis spem posui meæ,
Servator orbis: faucibus hostium
Me libera, qui mente sæva
Interitum mihi moliuntur.
2 Si nemo vindex asserat, ut leo
Imbelle crudus dilaniat pecus:
Sic me ferus discerpet hostis,
Innocui sitiens cruoris.
3 Si verus index me meritò arguit.
Nec falsa mendax crimina texuit;
4 Si damna tranquillo creavi,
Promerito male ni peperci:

5 Me-

EXpectavi à te, custos rerum omnium, incolumitatem meam: eripe me ab hostium crudelitate, qui animo truculento perniciem mihi machinantur. 2. Si nemo mihi se assertorem accommodet me tanquam suum professus ut leo crudelis pecus imbecillum & timidum dilaceret, sic inimicus sævus sanguinis innocentium cupidus me laniabit. 3. Si delator verus jure me insimulavit, nec calumniator fictam accusationem conflavit. 4. Si injuriam aut malum cuiquam pacato homini intuli, si malè de me merenti veniam non dedi:

5 Me perſequatur dum capiat ſequens,
Captumq; ſternat, ſtratum & humi pedo
Conculcet, & ſceptri ſuperbum
Prorerat abjiciatq; faſtum.
6 Exurge, juſtas te furor impius
Meorum in iras excitet hoſtium.
Exurge, promiſſamque redde
Perfidiæ Deus ultionem.
Exurge, terris luceat omnibus.
7 Auguſta majeſtas tua, te ſuum
Accurrat agnoſcatque Regem
Concilium populi, patremque.
O qui potenti ſceptra tenens manu,
8 Gentes per omnes crimina vindicas,
Me vindica, ſi rite pœnas
Ore pio innocuoque poſco.
9 O juſte judex, cordis in intimo
Quem nil receſſu præterit abditum,

Frange

5 Pericula mihi intentet, dum me premens prehendat, prehenumq; humi dejiciat, & in terram dejecto pedibus inſultet, magnificumq; regni ſplendorem deſtruat, humilemq; reddat. 6. Potentiam tuam, Jehova, iratus exere. furioſaque hoſtium crudelium impietas ſic te illis offenſum reddat, uti ipſi meruerunt: attolle te, Jehova, eaſque pœnas exige & repræſenta, quas de hoſtibus perfidis tumere pollicitus & minatus es. 7. Expergiſcere ut tua amplitudo venerabilis omnibus terrarum incolis appareat, ut populi cœtus properè conveniat, teque gubernatorem & creatorem ſuum eſſe fateatur. 8. O qui inſignia regni tui manu pollenti tenens in ſcelera omnium gentium animadvertis; me ab injuria hoſtium aſſere, ſi jure & merito, ſi ore puro & innocenti ſupplicium de illis ſumi peto. 9. O qui de rebus humanis juſtè cognoſcis, quem nihil latet in arcanis animi penetralibus abſconditum, deſtrue profanas hominum impiorum molitiones: inſontes

Frange impios ausus malorum :
Fulci animos refoveque justos.
10 Securus hostes nil metuo, Deo
Custode : quem simplex animi juvat
11 Candor, pios servat, malisque
Exitium assidue minatur.
12 Si persistet hostis jam gladium tenet.
13 Jam tendit arcum promptus, & arripit
Ferale telum, & igne sævo
Lethiferas acuit sagittas.
14 En qui nefandum parturiit scelus,
Concepit ærumnam, pariet velut
Quæ vana per somnum inquietas
Ludificant simulacra mentes.
15 Fodit dolosam, ut me caperet, scrobem
Incautus in fossam ipse suam ruit.
16 In verticem ipsius recurret
Pernicies, recidentq; fraudes.

17. Ergo fontes verò, scelerisq; puros confirma & recrea. 10. Ego animo tranquillo hostes non formido, cùm Deus me custodiat ; 11. Qui sincera animi simplicitate delectatur, eosque tuetur, qui ipsum reverenter colunt ; impiis verò pestem ac perniciem perpetuò intentat. 12. Si hostis consilium institutum non mutet, gladium Deus jam districtum habet. 13. Paratúsque ad feriendum arcum pugnæ aptat, raptimque sibi sumit arma funesta, & spicula lethum ferentia veneno tanquam igni crudeli illita exacuit. 14. Ecce ; qui in me facinus indignum & execrabile conscíscere cupiebat, quique in animo suo me labori & miseriæ destinavit, in lucem edet velut phasmata inania, quæ inter dormiendum hominum mentes perturbatas tanquam ludo quodam exercent. 15. Insidias paravit ad me capiendum, ipse verò imprudens ex insidiis mihi instructis captus est 16. Pestis mala adversus ejus salutem revertetur, & fraudulenta consilia, quæ in me machinatus est, in ipsum remeabunt.

17 Ergo expeditus fraudibus & metu,
Rerum parentis justitiam canam,
Nomenque sanctum: gratiasque
Lætus agam, repetamque laudes.

17. Ego propterea à dolis & timore *Saulis* liberatus, rerum omnium creatoris æquitatem celebrabo, Deumq; ab omnibus verendum laudibus tollam, meq; lætum ob beneficium acceptum profitebor, beneficiorumq; memoriam iterum atq; iterum usurpabo

PSAL. VIII. CAR: GEN. 7.

David extollit majestatem Dei ab operibus in cælo & in terra, maximè vero in homine, tum creato, tum instaurato per Christum.

GEntis humanæ Pater atque custos,
Quam sancta majestas tui
Nominis terras stupefecit omnes,
Sol quas recurrens adspicit!
Et super cœli radiantis orbes
Tua magnitudo se extulit.
2 Quam pia mundum tueare curâ,
Lactentis ævi infantia
Prodit: ut linguas temere obstrepentum
Tibi refutes hostium:
Hostium, quorum vomit os furorem
In te, sititque sanguinem.

3 Luco

JEhova generis humani creator & conservator, quàm veneranda ab omnibus magnitudo famæ de te percrebrescentis omnes terrarum incolas; quos sol in dies revertens cernit, attonitos reddidit? gloria etiam amplitudinis tuæ testis cœlos multiplices astrorum radiis coruscos transcendit. 2. Quantam autem mundo pietatem præstes, & in eo conservando curam configas, puelli infantes & lactentes palàm testantur, ut mendaces arguas hostes tuos tibi inconsiderate obloquentes, quorum os convitiis amentiæ suæ indicibus te consectatur, avideque sanguinem fundere cupit.

3 Cùm

3 Luce quum cœlos vitrea ſerenos
Pollentis opera dexteræ
Cerno: quum Lunam, nitidaſque ſtellas
Per te creatas conſpicor.
4 Quantulus (mecum tacitus revolvo)
Homo eſt, ut ejus ſis memor?
Quantula humanæ eſt ſobolis propago,
Dignere ut illam viſere?
5 Hunc Deo æqualem propè reddidiſti:
Ornaſti honore & gloria:
6 Et tuæ dextræ ſuper univerſa
Opera creaſti principem:
Cuncta vitalis quibus hauſtus auræ eſt
Illi dediſti ſub pedes.
7 Huic boves parent & oves, pecuſque
Quodcunque campis paſcitur:
8 Quique pennarum celeri volatu
Metitur ales aëra:
Quique pinnarum celeri natatu
Piſcis pererrat æquora.

9. Gentis

3. Cùm orbes cœleſtes video luce pura ſplendidos à potenti manu tua fabricatos: cùm lunam & ſtellas nitentes à te factas cerno. 4. Mecum ipſe clam reputo, quàm vana & infirma res ſit homo, ut ullam ejus rationem habeas! quàm futile & nullius momenti ſit genus humanum, ut eò re demittens oſtendas re pro illo curam gerere! 5. Hominem Deo penè parem feciſti: cumq; rerum omnium imperio & agnitione, nominiſque ſplendore decoraſti, 6. Et in omnes res à te creatas illi uni principatum detuliſti, homini parere coegiſti animalia omnia quæ aërem vitæ cuſtodem hauriunt. 7. Eidem boves & oves obſecundant, omneque animal cicur aut ferum, quod per agros nutritur. 8. Omniſque avis, quæ per aërem præpeti plumarum curſu fertur, omniſque piſcis, qui veluti axillarum veloci natatione per mare tranſit.

9 Je-

9 Gentis humanæ pater atque custos,
Quam sancta majestas tui
Nominis terras stupefecit omnes,
Sol quas recurrens aspicit?

9. Jehova generis humani creator, & conservator, quàm venerenda ab omnibus magnitudo famæ de te percrebrescentis omnes terrarũ incolas, quos sol in dies revertens cernit, attonitos reddidit!

PSAL. IX. CAR: GEN. 8.

David gratias agit Deo de Goliatho occiso, & fusis Pelisthæis: & pios secum hortatur, ad Dei Majestatem, officium & opera celebranda: additur forma precationis, quam tunc fideles habuerunt pro salute sua, & hostium dejectione.

RErum certa salus te cano, gratias
Exolvo meritas ex animo tibi:
Et miranda futuris
Pandam facta ne potibus.
2 Tutus præsidio nil metuam tuo:
Lætus læta canam sed tibi carmina,
Te laudabo supremi
Æternum ætheris arbitrum.
3 Spes hostis temere elatus in improbas,
Conversus trepida terga dedit fuga,
Et virtute potentis
Dextræ pessum abijt tuæ.

4 T

TE, mundi totius incolumitatis causa præsens, carmine celebrabo; justamque tuorum beneficiorum memoriam usurpans eam tibi tanquam hostiam votivam lubens reddo, posterisque re miras à te gestas narrabo. 2 Si te mihi custodem præbeas pericul expers nihil timebo, sed hilarem in modum cantiones lætiti meæ testes in laudem tuam cantabo, teque perpetuum cœlorum & cœlicolarum judicem prædicabo. 3 Hostis in expectationem re rum immodicarum sine causa erectus, in fugam celerem & tu multuosam versus abijt, vique tuæ manus pollentis pessundatus e

4 T

4 Tu vindex cupidos exitij mei
Perdis, tu trepido præsidium es reo:
Tu litem mihi judex
Ex alto dirimis throno.
5 Tu gentis valido robore barbaræ
Compescis furias: destruis impios,
Ut nec nomina seris
Narret fama nepotibus.
6 En hostis tumidæ quo recidunt minæ!
En qui sternit humi funditus oppida,
Et prostrata perennis
Condit nube silentii?
7 At rerum Dominus perpetuus thronum
Fixit perpetuum justitiæ sibi,
8 Orbem ut legibus æquis,
Ut juste populos regat.
9 Quum vis incubuit fœta superbia
Infræni, miseris præsidium pates,
Tuti pandis asyli
Arcem rebus in asperis. 10 In

4 Tu hostium meorum ultor, eos extinguis, qui cupiunt me extremum diem morte conficere: Tu mihi in turbido animi mei motu dum reus fio, adjutor es; Tu ab excelso tribunali tuo de causa mea cognoscens, decidis. 5 Tu gentis inhumanæ furorem potenter sedas; impios verò sic evertis, ut ne sermo quidem hominum disseminatus eorum nomina posteritati indicet. 6 Ecce arrogantes hostis comminationes quorsum evadunt! ecce quàm misera sit conditio ejus, qui interminatus est oppida à fundamentis solo æquate eaque eversa obscuritate & taciturnitate perpetua abscondere! 7 At totius mundi dominator & rex æternus æternum sibi tribunal ad justitiam exercendam constituit. 8 Ut orbis incolas justis constitutionibus, omnesque nationes juris æquitate gubernet. 9 Cum violentia fastu impotenti plena orbem invasit, auxilium præsens es calamitosis, quos in rebus adversis tutos & incolumes sic conservas, nemo ut eis sine permissu tuo nocere possit. 10 In

10 In te uno merito ſpem ſolidam locant
Qui novere tuum nomen, & ultimo
Ut diſcrimine amicos
Nunquam deſtituas tuos.
11 Ergo arcis merita laude Sioniæ
Cuſtodem Dominum pangite: conſilii
Decreta ardua gentes
Laté ferte per exteras.
12 Vindex innocui ſanguinis expetit
Pœnas, vi tenues nec finit opprimi
Impuné: applicat aurem
Clamantum querimoniis.
13 Afflictas bonus ô res propius meas
Contemplare, odiis quem petit improbis
Vis hoſtilis: & atræ
Mortis faucibus eripe.
14 Ut qua mole Sion ereſcit in æthera
Late conſpicua, laudibus efferam
Te, lætuſque ſalutem
Acceptam referam tibi. 15 De-

10 In te ſolo jure optimo ſpem firmam ponunt, qui veram tui cognitionem habent, quique novere, quo pacto eos, quos charos habes, in ſummis periculis nunquam deſeras. 11 Itaque juſti præconio Deum Sionis ſervatorem prædicate, conſultaque proposíti divini ſublimia de rebus maximi momenti extra gentem Judæam diffusè promulgate. 12 Deus ultor de fuſo infontum ſanguine ſupplicium expetit, nec pauperes & imbecillos impiorum violentia everti ſine pœna permittit, ſed aurem querelis invocantûm inclinat. 13 Tu autem clemens & propitius, meam afflicti ac penè perditi conditionem intuere, quem hoſtis violentus ingenti odio adductus invadit, méque à pallida morte propinqua ſubtrahe. 14 Ut ubi Sion ſeſe magnitudine attollit, quæ è longinquo perſpici poteſt, te celebrem, teque vitæ & incolumtatis meæ authorem eſſe libenter agnoſcam.

15 D

15 Demersit merito fraus sua perfidas
Gentes exitio: queis alios plagis
Irretire parabant,
Hæsere impliciti pedes.
16 O miranda Dei judicis æquitas!
Fraudis fraude sua prenditur artifex,
O res pectoris altis
Condenda in penetralibus!
17 Sic est: interitu devorat impios
Improvisa dies: immemores Dei
Gentes mors inopina
Æternis tenebris premit.
18 At confisa Deo nuda modestia
Æternùm Domini non animo excidet
Nec læto miserorùm
Spes frustrabitur exitu.
19 Rerum surge parens, neu sine ut impotens
Adversus tenues crescat homunculus:

Et

15 Infidos sua ipsorum perfidia justo supplicio evertit, ipsi pedibus colligatis in retibus detenti sunt, quibus alios involvere conabantur. 16. O magna est Dei justitia cùm judicium exercet! author fraudis dolo, quem aliis struxerat, ipse capitur: O digna est hæc res, quæ in penitiore loco pectoris, imisque sensibus reponatur! 17. Ita se res habet, tempus inexpectatum pravos religionis hostes clade exitiali absumit: mors opinione celeriùs impios occupans, perpetua oblivione obruit religionis & Dei contemptores, credentes Deum res mortales curæ non habere. 18. At modestos ab omni fuco vacuos, quibus in Deo fiducia est, Dominus in perpetuum oblivioni non dabit: nec afflictorum expectatio jucundo exitu privabitur. 19. Ostende potentiam tuam rerum omnium creator, ne permitte homuncionem arrogantem sese insolentiùs contra pauperes & modestos essere, & veluti fræno equi coercentur, sic tu Judex ignaros religiones contemptores

Et juris preme frænis
Gentes arbiter impias.
20 Circumsisti tuæ mole potentiæ,
Terroremque feris mentibus ingere:
Agnoscat male firmam
Sortem gens hominum suam,

jure cohibeto. 20. Hostes magnitudine virium tuarum undiq circumveni, eorúmque animis omnis humanitatis expertibus morem injice, ut homines conditionem suam intelligentes, ea infirmam & debilem esse fateantur.

PSAL. X. 3. GEN. CA

Queritur apud Deum Ecclesia, se in manus impiorum traditam, quorum malum animum, maledicta, maleficia, & blasphemias explicans, bonorum perpessiones ostendit: denique orat ut suorum misertus impr contundat, & pios liberet.

QUònam usq; custos gentis humanæ tuos
In rebus arctis negliges?
2 Quònam aberis usque, dum pios tyrannide
Premit arrogantior impius?
O si scelestum vergat in caput scelus,
Suisque pereat artibus.
3 Dum mentis explet per nefas libidinem,
Sic gloriatus impius.
Sic gaudet in se, sempiternum ceu decus
Rectis pararit artibus. 4 Æq

QUamdiu, generis humani servator, populi tui, dum res illi versæ sunt, nullam rationem habebis? 2. Quamdiu dec illi tuum tanquam absentis auxilium, dum populus religio contemptor impotenti dominatu Dei cultores superbè opprim Utinam scelesta hominum sceleratorum consilia in ipsos pra conversa redundent, scelerisque artifices suis artificiosis inve perdantur. 3. Dum scelestus nefariè perficit, quæ animo est nato cupidè appetivit, sic sese jactat, sic intra se lætitia perfrui ceu gloriam nunquam intermorituram honestis rationibus compararit 4 Æ

4 Æqui atque iniqui negligit discrimina
Infrænis arrogantia,
Suæque plaudit suaviter prudentiæ,
Nullum esse quod puret Deum.
5 Felicitatis somno indulget suæ,
Quòd cuncta cedant prosperè,
Nec te futurum cogitat vel judicem,
Vel perpetrati vindicem.
Hostes minoris æstimat nihilo suos,
6 Sic ipse secum computans,
Incommodi expers ad senectam usq; ultimam
Securus ævum transigam
Non cura lætis ulla sese gaudiis,
Non ægritudo interferet.
7 Os execranda despuit convicia,
Spumatque probris & dolis,
Bonis labores continenter pestilens
Lingua & dolores parturit.

8 Circa

4. Hostis indomitus & superbus nihil curat, sitne æquum an iniquum, bonum an malum, quod facit, sibique amanter blanditur, putans sese idcirco præ aliis prudentem esse, quod cùm animo suo cogitet Deum nullam esse, qui res mortalium curet, & in peccata animadvertat. 5. In utramque autem dormiens, falsò se putat felicem esse, quòd omnia illi secunda eveniant, neque illi in memoria est, te vel cognitorem, vel facinoris patrati ultorem futurum; inimicos suos nullius omninò pretii facit. 6. Sic intra se rationes subducens: Ego nullo auctus damno, curisque vacuus, ad extremum usque vitæ terminum ætatem agam, nulla solicitudo, nullaque animi molestia sese mea lætitia vehementi miscebit. 7 Os ejus detestabiles contumelias inquosvis effundit, verbisque probrosis & fraudibus abundat, lingua veneno maledicentiæ plena, molestias, animique ægritudinem bonis assiduè creare cupit.

8 Circa viarum compita insidias locat,
Ut innocentem clàm involet.
Intentus oculis intuetur acribus
In transeuntes pauperes.
9 Qualis cruentus subter alta delitet
Spelæa conditus leo:
Sic è latebris corde trepido palpitans,
Infirmioribus imminet:
Et occupatos multimodis nexibus,
Nassæ involutos attrahit,
10 Malisque subigit: & tenebris occulit,
Crudelitatem callidus.
Ah strage quanta transeuntes perculit,
Grassatus istis artibus!
11 Sic deinde secum colligit malè credulus,
Hæc prorsus ignorat Deus:
Avertit ora rebus humanis sua,
Fandi & nefandi negligens.
12 Exurge Domine, tolle in altum dexteram,
Librata fige vulnera. Ope

8. Ad itinerum concursus insidiatores statuit, ut innoxium occultè invadat, ad impetum etiam faciendum paratus, inopes prætereuntes oculis acutis spectat. 9. Qualiterque leo sanguinarius in spelunca occultus latet, sic ille è loco secreto, spiritum cordi trementi celeriter ducens, ad irruendum in invalidos sese parat, eosque deprehensos, & retis multorum nodorum complexu implicatos ad se trahens accipit. 10. Multisque calamitatibus domat, locisque tenebrosis sævitiam suam cautus abscondit. Heu quanta cæde prætereuntes afflixit, hisce dolis violenter agens! 11. Postea apud se tacitus sic ratiocinatur, in perniciem suam facilè sibi credens, Hæc omnia nescit Deus: oculos alio avertit ab his, quæ apud homines geruntur; licitum & illicitum nihil curans. 12. Expergiscere, Jehova, manumque altè leva, plagasque cum libramento & pondere factas impiis infligе, nec bonos auxilii expers

Ope destitutos ne pios silentio
Oblivioso desere.
13 Téne impiorum pervicax vesania
Sic audeat contemnere?
Secreta secum corde tacito ut murmuret,
Humana non curat Deus.
14 Cernis profecto cuncta, cernis: & tuam
Sceleſtus in manum cadet.
Ut te labores & dolores pauperum
Non præterire intelligat.
Tibi relictus est inops atq; innocens:
Tu tutor orbos protegis.
15 Tu frange vires impii, volentiam
Tu mentis improbæ doma,
Astripe cæsa donec impietas simul
Eliminetur & impius.
16 Tum firma Dominus sæculorum in sæcula
Sceptra obtinebis imperii,
Gentesque terræ finibus procul tuæ
Exterminabis impias.
17 Hæc vota duris obruti laboribus,
Has supplices fundunt preces: Ani-

per silentium oblivionis indicium relinque. 13. Téne pravi pertinaces & vecordes non verentur sic negligere? ut seorsum tacite apud se mussent, Deus res humanas negligens, scelerum vindex non erit. 14. Vides certè omnia quæ geruntur, ipsa pravorum facta annotans, & sceleratus in tuum potestatem perveniet, ut sciat molestias & anxietates inopum à te non ignotari, auxilii & sceleris expers in tuam custodiam traditus est: Tu defensor parentibus privatos tueris. 15. Tu hominis scelerati potentiam imminue, mentisque malæ insolentiam subige, quoad usque malitia una cum malo radicitus exscindatur. 16. Tum tu verè rex regnum stabile in perpetuum habebis, nationesque religionis expertes à limitibus terræ, quam tibi hæreditatem recepisti, longè expelles.

17 Pa-

Animosque stimulis incitati talibus,
Te lachymantes postulant,
18 Pupillum & inopem ut vindices potentium
Ab impotenti audacia.
Homo ut feroces spiritus ponat, suæ
Infirmitatis conscius.

17. Pii molestiis gravibus oppressi, hæc desideria sua apud te exponunt, tibiq; supplicantes ita precantur, animisque commoti his incitamentis cum lachrymis à te petunt. 18. Ut orbum patre & opis expertem à violentis & arrogantia effrænata liberare velis, ut homo vas terreum animi ferociam deponat, probè sciens vires suas admodum exiguas esse.

PSAL. XI. CAR. GEN. 6.

David ab hostibus contumeliis & persecutionibus affectus graviter eos reprehendit, irrita fore eorum consilia prædicit: deumque Judicem cognoscere. probare, & judicaturum esse singulos ex æquo & bono ostendit.

QUum spe salutis non dubia fruar,
Deoque fidam, vos mihi dicitis
Facesse rupes in remotas,
Antevolans pavidas volucres.
2 Intendit arcum (en aspicis) impius,
Nervo sagittas admovet, ut petat
Incogitantes é latebris
Innocuos, animique rectos.
3 At tu potenti, Rex bone, dextera
Domas rebelles, & facis irrita

De

QUum spe firma incolumitatis me sustentem, illamque in Deo spem ponam, vos oraculis Dei minimè credentes, quasi vitæ meæ consulentes, sic mihi obstrepitis: Si ullam vitæ tuendæ rationem habes, abi hinc in montes longinquos celerior quàm aves timide volant. 2. Sceleratus enim, inquitis, arcum curvavit, et tu Deus vides, chordæ jacula sua adaptat, ut de improviso è loco occulto innocentes hominesque simplices invadat. 3. At tu Rex benigne, manu forti inimicos forti, vanaque reddis consilia

ho-

Decreta vesani furoris
Contra humiles malé nil merentes.

4 Æterna cœli templa colens Deus,
Et lucido astrorum in folio sedens,
Humana per terras acutis
Facta oculis speculatur omnes.

5 Non justus illum, non latet impius
Cuncta intuentem, sed studio ad nefas
Pronos, maligna justus orbis
Ex animo moderator odit.

6 Super scelestos retia depluet:
Ignes remisto sulphure flammeos
Ad impios eliminandos
Fulmineæ rapient procellæ.

7 Justosque justus justitiæ parens
Amore sancto amplectitur unicé,
Et fraudis ignaram ante vultus
Assidué videt æquitatem.

hominum insanè & vehementer furentium, quæ contra simplices nihil commeritos ceperunt. 4. Deus sempiternum cœli sacrarium habitans, & in throno cœlesti spendido sedens, ad jus dicendum paratus, res humanas in universo orbe intente aspicit. 5. Vir bonus non est illi ignotus, vir malus non præterit illum in omnia intentum, sed æquus mundi rector, & judex, odium ingens habet in homines pravo animo ad scelus proclives. 6. Super improbos casses tanquam pluviam dejiciet, tempestatesque cum fulmine irrumpentes secum trahent ignes adjecto sulphure ardentes, ad homines sacrilegos extinguendos. 7. Æquitatis autem studiosos, Deus recti & æquitatis author amore inviolabili prosequitur, justos quoque doli immunes rectumque sequentes semper ob oculos habet.

PSAL. XII CAR. GEN. 9.

David aulicorum calumniis pressus, opem Dei implorat, adducta promissione fidem suam confirmat, & sa eorum potio.

Affer

AFfer opem, Servator opem fer, pulsa recessit
Intemerata fides:
2 Nuda fides, hominum fugit commercia; vana
Cum socio loquitur.
Quisque suo, blandæ exercens mendacia linguæ,
Corde scelus meditans.
3 Ora Deus fraudum dulci medicata veneno
Conterat, & penitus,
Grandiloquam exima linguam radice revellat:
4 Quique pudore carent,
Dicere nec metuunt, Falsa ad perjuria linguas
Fortiter interpidi.
Assuescamus, & os age confirmemus ad omne
Flagitium neque enim?
Oris fræna mei, linguæve repagula quenquam
Me nisi habere puto.
5 At Dominus planctus miserorum, & dura ferentûm
Aure trahens gemitus,

Sur-

SIs auxilio, generis humani custos, nam sincera dictorum constantia ab hominibus ejecta è terris abiit 2. Simplex & pura fides hominum consortia deserait, ejus inquam tenaces inter homines esse desierunt: utrusque familiari suo verba insania facit, mendacium sermone jucundo dicens, res autem nefarias animo secum cogitans. 3. Utinam Deus ora toxico pestifero auribus tantum jucundo tanquam medicina temperata conmiuuat, & linguam arrogantem, ac majora quam decet loquentem radicitus extirpet. 4. Impudentes etiam extinguat, eosque qui non verentur dicere audacter & sine ullo metu, linguam ad jurandum falsa assueficimus, & os age corroboremus ad turpia quævis facinora patranda: non enim arbitror ullum præter me hominem tenere, quo os meum claudat, aut pessulum ullum habere, quo linguam meam à loquendo cohibeat. 5. At Dominus audiens lamentationes percusso pectore dolorem animi testantes, & suspirationes ab imo corde ductas hominum afflictorum & infirmo-

rum

Surgam, ait, atque inopem, tuta ut respiret in arce,
Insidiisque procul.
6 Securum statuam. Hæc Dominus quod ab ore fideli
Cùmque fluit Domini,
Auro purius est, auro quod fusile fecit
Septima flamma coquens:
Dum fæx in fumos exploratore camino
Crassa abit & cineres.
7 Polliciti memor ergo, malæ mala toxica linguæ
Sancte parens inhibe:
Pestifera de gente hominum nos optime custos
Asserе perpetuò.
8 Nam late impietas grassatur libera, passim
Omnia plena malis,
Quum penes in justos jus est, & jussa malorum
Sunt metuenda bonis.

Quorum difficilia ad ferendum tolerantium; erigam me, inquit, ac tenuem curis levatum sistam, ut in loco munito procul à vi, longeque à fraude inimicorum, à labore paululùm conquiescat. 6. Hæc ait dominus, quodcunque autem ab ore ejus pleno fidei exit, sincerius est auro, auro (inquam) quod septimus ignis coquendo liquidum fecit, donec pars crassior & impura igne tanquam judicem in vaporem & sedimentum decedat. 7. Promissi igitur recordatus, pater, perversos linguæ maledicæ sermones reprime: nosque (gentis humanæ salus & rector) ab hominibus nequam in perpetuum vendica: quorum contagio tanquam pestis inficit 8. Nequitia enim nullo prohibente impunis longè lateque per omnes sævitiam exercet, & ubique omnia abundant injustitia & tormentis, cùm facultas jus dicendi in impiorum potestate est, mandataque pravorum bonis timenda sunt.

PSAL. XIII. CAR. GEN. 10.

David de spe divinæ dilationis, infirmitate suæ, & inimicorum importunitate expostulans, Deum orat pro salute sua, & hostium confusione, ad gloriam sui nominis.

QUousque rector unice
Me destitutum negliges?
An sempiterna me obrutum
Oblivione deseres?
Quousque vultum amabilem
Iratus abscondes mihi?
2 Quousque curæ turbidæ
Mentis quietem distrahent?
Quousque cor cruciabitur
Mœroris æstu fluctuans?
Quousque me prostrato aget!
Hostis triumphos insolens?
3 Regnator orbis aspice:
Opem fer, & lucem tuam
Infunde ne mors lumina
Somno perenni sopiat:
4 Ne jactet hostis arrogans
Me viribus fractum suis,
Ne me perosi perfidi
Meo dolore gaudeant.

5 Tu

QUamdiu, mundi gubernator singularis, me abs te relictum aspernaberis! an me oppressum destituas velut in perpetuum memoriæ tuæ exemptum? quamdiu ira & indignatione contra me exardens, faciem tuam mihi jucundam me celabis? 2. Quamdiu sollicitudines animum meum turbantes, statum ejus in diversas cogitationes trahent? quamdiu animus vehementia tristitiæ instar fluctuum instabilis vexabitur? quamdiu inimicus arrogans lætitiam præ se ferat propter afflictam fortunam meam de gradu pristino dejecti? 3. Intuere me, lisque mihi auxilio, rex mundi, tuique cognitionem in animum meum infunde; ne mors perpetua sua quiete oculos torpere faciat. Ne inimicus superbus per insolentiam dicat, me sua potentia afflictum esse, ut improbi, quibus nulla est fides, in me odium habentes, me dolere lætentur.

5 Tu

5 Tu me salutis recreas
Spe, largus auxilii: tuum,
Salute parta, laudibus
Rex magne, nomen efferam.

5 Tu me benignè juvans, incolumitatis expectatione munificè reficis, incolumitate potitus, tuas (Rex potens) laudes in astra tollam.

PSAL. XIV. CAR. GEN II.

David Israelis impietatem à Dei & conscientiæ ipsorum testimonio & vanitate studii illorum ostendit, & futuram liberationem & lætitiam prædicat à sola Dei misericordia.

SEcum insania callide
Indulgens vitiis sic loquitur, Deum
Formido sibi credula
Commenta est hominum quum temerario
Casu sors ferat omnia.
Ergo flagitiis se penitus dedit
Secura impietas Dei;
Nec quisquam ex animo recta sequi studet.
2 De templo ætherio Deus
Ad curas hominum, lumina verterat,
Siquis non stolide improbus
Ad cultum revocet pectora numinis
3 Omnes in scelera omnia Con-

STulti flagitiis suis faventes, sceleraquè sua foventes, sic intra se tacite & astutè cogitant; homines timidi, nimium facilè sibi credentes, finxerunt Deum, cùm fortuna actiones omnes sine ulla ratione sursum ac deorsum vertat: ergo impii Deum non timentes, se se ex toto animo facinoribus turpibus devoverunt, nemoq; laborat tota mente justitiæ iter insistere. 2. Deus ipse, quem nihil præterit, de cœlo tanquam templo in quo colitur, ad cogitationes humanas despexerat, si fortè aliquis non penitus & per stultitiam obstinatam malus, cogitationem ad Deum colendum convertat. 3. Tu potes existimare omnes ad omnia flagitia ad-

Conjurasse putes : fœda, nefaria,
De estandaque perpetrant :
Nec cuiquam est studium recta capessere.
4 Nam qui recta capesserent ?
Quem sanis aditum consiliis darent
Quorum nequitia & scelus
Infecêre animos ? qui populum meum,
Ceu prædam fera, devorant :
Nec rerum Dominum mente colunt Deum.
5 Ast illos gelido metu
Horror concutiet, justitiæ Deus
Quum patronus opem feret
Insonti : incripitans talibus impios,
6 Vobis ludibrio fuit
Insontum pietas : vos inopem pium
Risistis studium, preces,
Spes lentas, trepidas solicitudines :
At cui fidit inops, Deus
Spes & vota bonos ducet ad exitus.

7 O

mittenda consensisse, turpia, scelesta, abominanda committunt nec ulli voluntas est actiones honestas suscipere. 4. Quomodo enim ullum negotium justum instituerent ? quomodo illi libenter audirent, aut consilia prudentia caperent ? quorum mentes flagitium & facinora crudelia penitus inquinaverunt ? qui populum mihi dicatum exhauriunt, ut animalia immansueta, quæ per vim capta sunt, absumunt : nec Deum rerum omnium potentem ex animo honorant. 5. Atqui aliquando erit cum tremor hostes timore frigus inducente commovebit, cum Deus scilicet summè justus, justorumque defensor, innocentes juvabit, talibus verbis homines Dei negligentes redarguens. 6. Hominum innocentium religio à vobis irrisa & spreta fuit ; vos sanctam pauperum voluntatem, precationes, spes in longum spectantes, & curas festinationem aferentes, ludibrio habuistis : at Deus, in quo auxilii humani expertes spem ponunt, eorum expectationem & preces ad finem felicem perducet. 7. At-

7 O si mittat opem suis
Speratam Deus è rupe Sionia.
Nam quum vincul ruperit
Exolvetque suos, pectore libero
Gaudebunt Abrahamidæ,
Et justa Isacidæ lætitia frement.

7. Atque utinam Deus ille ipsum colentibus id auxilium afferat, quod è Sione expectant; cum enim nexum servitutis solverit, suique cultores liberabit, posteri Abrahami animo quieto lætabuntur, filiique Isaaci merito gaudio gestient.

PSAL. XV. CAR. GEN. 6.

David ostendit vera ecclesiæ præsentis & sempiternæ membra ex integritate vitæ justitia, & veritate innotescere.

SAnctæ Sionis templa quis incolet
Rex magne tecum? quem statues tuum
Sanctum super montem, ut malorum
Liber agat placidam quietem?
2 Quem fraudis expers simplicitas juvat,
Urgetque rectum propositi tenax:
Nec mente sævus grata blandam
Edocuit simulare linguam.
3 Nec ore mendax exitiabiles
Concinnat artes: nec mala proximis

Ex-

QUis unà tecum, omnipotens mundi rector, templum Hierosolymitanum in Sione situm habitabit? quemq; super montem tibi dicatum sistes, ut calamitatum expers, ibi in ocio tranquillo ævum æternum degat? 2. Is scilicet tecum templum & montem tuum incolet quem puritas ab omni fuco & dolo aliena delectat, quique semper sui similis justis actionibus perpetuò instat, nec animo crudelis, linguam adulatricem jucunda auditu fingere assuefecit. 3. Nec sermone vanus fraudes ad exitium aliorum tendentes excogitat, nec damna vicinis comminiscitur, nec

suavem

Excogitat, nec dulcem amicum
Opprobrius maculat pudendis.
Qui fastuosum despicit impium;
Dei timentem suspicit & pium:
Tenaxque promissi, fidemque
Indocilis temerare pactam.
5 Qui non egenos fœnore perdidit.
Non innocentes munere prodidit.
In monte sancto, hæc qui peregit,
Perpetua requie fruetur.

suavem amicum infamat, vitia ipsius ei exprobrando, quorum eum pudeat. 4. Qui superbum pietatis inimicum contemnit, qui religiosum Dei cultorem reveretur, qui pollicita constanter solvit, tametsi damnum inde patiatur: nec promissæ fidei violandæ sese assuefacere potest. 5. Qui pauperes usuris exigendis non evertit, qui viros bonos propter munera hosti non tradidit; hæc qui fecit, in templo Dei sempiterna quiete gaudebit.

PSAL. XVI. CAR. GEN. 12.

David Deum orat, ut se ab omni idolatria purum conservet; idololatrarum miseria, bona piorum in Deo prædicantur: præsentia sunt, justitia & sanctificatio per Spiritum; futura sunt, resurrectio Christi, & per eum omnium piorum, ac vita æterna.

ORerum sator, & salus
Humani generis certa periculis,
Qui te respicit unum, famulum instantibus eripe
2 Te servus Dominum libens
Agnosco, & populis prædico: sed tibi
Omni ex parte beato officiis nil opus est meis: Er

RErum omnium Creator & hominum servator indubitabilis, servum tuum, cujus in te solo fides & spes hæret, periculis imminentibus eximie. 2. Tuus ego famulus te Dominum esse meum, meique potestatem habere toto animo profiteor, populisque nuntio te Dominum & Deum esse; sed tu bonis omnibus abundans, servitio meo ut tibi emolumento sit, non eges.

3 In

3 Ergo illuc animum appuli,
Ut gentem ſtudio proſequerer pio,
Quã tu ex omnibus unam populis ſorte receperas.
4 Aſt illi immemores tui
Defecêre, novos quiſque ſibi deos
Effinxere, colentes animi ludicra ſomnia.
Horum ſanguineas dapes
Non libabo, epulas reſpuo : nomina.
Teſtis nunquã adhibebo, aut fidei fœdere ſanciens
5 At ſortis populum meæ
Defendet Domini perpetuus favor,
Mercedemq; laborum cumulatam dabit affatim
6 O pulchra agricolatio,
O præclara mei ſors patrimonii :
Ut florum undiq; ridens animum paſcit amœnitas
7 Immortalis honor Deo
Æterno monitu cujus ago dies,
Arcaniſq; per umbram ſtimulor pectora motibus.
8 Quic-

3. Itaque in hanc curam & cogitationem incubui, ut populo, quem tibi ſolum quaſi ſorte lectum in hæreditatem excepiſti, ſtudio ſancto inſervirem. 4. At populus ille obliti tui à te deſciverunt, & quilibet eorum ſeorſum deos ignotos ſibi commenti ſunt, venerantes loco Dei fantaſias ridiculas à ſe excogitatas. Sacrificia his facta non guſtabo, convivia recuſo, quæ in horum ſacrificiis celebrari ſolent; ad teſtimonium etiam dicendum vocatus, aut pacta rata faciens, eorum nominibus nunquam utar. 5. At ſempiterna Dei indulgentia gentem, quæ mihi ſorte obvenit, tuebitur, præmiumque præbebit abundè majus, quàm laboribus debebatur. 6. O præclara prædia mea! ô ſingularis hæreditatis meæ ſortitio! quàm vehementer mihi jucunda proventuum in prædiis meis pulchritudo me omni ex parte delectat! 7. Deus ſempiternus in æternum laudetur, cujus conſilia ſequens, dies produco, cujuſque impulſu arcano animus noctu excitatur. 8. Quic-

quic-

8 Quicquid molior, aut gero,
Præsentem Dominum conspicor: is mihi
Semper dexter adhæret, stabili ne movear gradu.
9 Pulsat pectora gaudio
Cor læto trepidum: lingua tuas avet
Laudes promere: corpus tacite spes bona recreat.
10 Nam nec degere tartari
Permittes animam sub tenebris meam,
Aut ut putre cadaver resolutum in cineres fluat.
11 Tu vitæ reseras viam:
De vultu fluvii lætitiæ tuo
Manant: ut tribuis munifica gaudia dextera.

quid canor aut facio, Deum ad me juvandum paratum video; i semper me ad dextram suam sistit, ne de gressu firmo dimovear. 9 Cor ingenti lætitia palpitans pulmones movet, lingua nominis tu præconia exponere libenter cupit: boni eventus expectatio corpu meum occultè reficit. 10 Non enim sines me in tenebricos mortis sepulchro habitare, nec patieris ut corpus mortuum putres cens, & in pulverem diffluens, dissipetur. 11. Tu ostendis, qu itur ad vitam æternam, de conspectu tuo ingens gaudium fluit, mihique lætitiam manu liberali impertitis.

PSAL. XVII. CAR. GEN. 5.

David ab inimicis pressus, justitiam causæ, vitæ innocentiam, & simplicitatem suam profitetur, itaque à Deo servari, inimicos conturbari petit, ut bonorum, quibus confidebant, instabilitatem experiantur, & ipse veritatem Dei.

AEquus exaudi bone rector orbis
Æqua pocentē: tibi quas profundit
Lingua non mendax, cape non iniqua
Aure querelas.
2 Ad tuum læsus fugio tribunal,
Et fidem appello: mihi cognitorem
BEnigne gubernator universitatis rerum, justus justa petentem audi, quæsque lingua verax, & ab omni simulatione alienæ exponit, æquo animo querimonias accipe. 2. Nam injuria af-

fectus

Te peto: oppressos oculis benignis
Aspice justos.
Sæpe per solas tacite tenebras
Noctis arcanos mihi cogitatus
Cautus inspexti, trepidoque corda
Turbida motu.
Sæpe ceu flammis, animum probasti
Casibus duris, neque comperisti
Conscium fraudis scelerumque fonti
Sæva minantem.
4 Os fuit concors animo, sonusq;
Sensui: legum monitis tuarum
Pectus innixum scelera impiosque
Horruit ausus.
5 Hac via gressus rege per tuarum
Orbitam legum, dubio vacillent
Ne pedes lapsu, instabilesque turbent
Lubrica plantas.
6 Te voco, duris ad opem periclis

4 Sæpe

fectus ad te judicem veluti ad præsidium confugio, teq; mihi auxilio defensorem voco, & causæ meæ cognitionem suscipere cupio: Tu, quæso, vitos integritate & innocentia præditos, injuria autem consumptos benevole intuere. 3. Tu judex callidus secretas cogitationes meas, corque timore & aliis, perturbationibus solicitum per noctis taciturnæ obscuritatem sine ullis arbitris sæpenumerò inspexisti: Sæpe etiam periculum fecisti animi mei eundem rebus adversis, veluti igne aurum probans, neque hunc fraudulentum & sceleratum inveniisti, ac ne sontibus quidem periculа intentantem. 4. Sermo animo, oratio tacitæ cogitationi meæ consentiebat: mens mea legibus tuis recta monentibus confisa, audaciam sceleratam odio habens, fugit. 5. Hoc modo iter meum per viam præceptorum tuorum dirige, ne pedes incerto & lapsante gradu titubent, nève loca ad consistendum difficilia pedes inconstantes labare cogant. 6. Invoco te, & ad auxilium tuum,

Sæpe tentatam fugio: precantis
Admove attentam miseris benignus
Quæstibus aurem.
7 Tu bonus fulci, tibi qui salutem
Spemque committunt? tibi contumacis
Spiritus cordis tetricus refræna
Vindice dextra.
8 Me velut pupillam oculi tenellam
Providus muni: Procul impiorum
Impetu, alarum trepidum tuarum
Conde sub umbra.
9 Nam meæ vitæ manus impiorum
10 Imminet: vallant opibus, superbis
Intonant linguis, mala dira sævâ
Voce minantur.
11 Obsident cunctos aditus viarum:
Commoda observant loca, destinantque
Ad meam cædem, facinusque parant
Mentibus absens. 12. Qualis

experimento facto, sæpe mihi cognitum, in discriminibus difficilibus confugio: tu meas orantis querelas lamentabiles facilis exaudi. 7. Eos etiam, qui se, vitamque suam, & expectationem omnem tibi credunt, misericors sustine: Idemque severus impetus animi hostilis tibi repugnantis manu ultrice cohibe. 8. Tu periculum etiam prævidens, me instar oculorum, quos plurimum amamus, tuere, timentemque longè à malorum violentia sub potentiæ tuæ umbraculo absconde, quemadmodum aves pullos suos sub alis amanter & diligenter celant. 9. Cœtus enim pravorum ad vitam mihi adimendam paratus est. 10. Suaq; potentia me circumsident, & oratione insolenti graviter mihi obloquuntur, facinoraque execranda sermone truculento se facturos mihi denunciant, 11. Omnes viarum introitus custodiis claudunt, loca convenientia circumspiciunt, eáque ad me interimendum deputant, animoque scelus futurum admittunt, quod mihi absenti parant. 12. Tales

12 Qualis in prædam Leo fertur ira
Fervidus, qualis catulus leonis
Lacte depulsus speculatur alto
Abditus antro.
13 Surge, conâtus Pater anteverte
Impios, stratoque in humum tyranno,
Metuo, quo nunc furit ille sævus
Eripe ferro.
14 Neu sine ut me vi permat impotentûm
Divitum fastus, quibus una cura est,
Dum licet blandæ illecebras caducas
Carpere vitæ.
His opes terris penitus refossis
De penu fundis locuplete ventri
Sufficis frug-s, hilarasque multa
Prole penates.
15 Puritas vitæ mihi te tueri
Corporis vinclis tribuet soluto.
Illa lux vere faciet me ab omni
Parte beatum:

Lux

12. Tales feruntur in me valdè irascentes, qualis leo iracundus in feram objectam irruit, qualisque leonis catulus qui lactare desiit, in antro profundo absconditus, prædam suam avidè spectat. 13. Expergiscere, & prodi, Pater, malasque hostium impiorum cogitationes præveni, tyrannoque in terram projecto & occiso, a gladio tuo me libera, quo ille jam truculentus crudelitatem suam exercet. 14 Neve permitte ut superbia opulentiorum immoderatè sævientium me per violentiam opprimat, qui hoc unum curant, voluptates fugitivas vitæ delicatioris, dum possunt, captare: his divitias de cella copiosa abundè suppeditas, terris ad intima usque recusis, fructusque agrorum corpori aléndo satis superque præbes, domosque numerosa liberorum stirpe lætas facis 15. At innocentia mea dabit mihi libero impedimentis omnibus, quæ à corpore

Lux voluptatum cumulata cunctis
Gaudus, quum se sine nube menti
Pura majestas dabit intuendam
Lumine puro.

pore ad animam manant, te, mi Deus, coràm videre: illud autem tempus me solidè & undique felicem efficiet. Illud inquam, tempus, earum rerum lætitia abundans, quæ animum delectent, cum tua scelicet amplitudo sinceta permittet sese menti meæ, purisque mentis oculis videri.

PSAL. XVIII. CAR. GEN. 1

David sub finem vitæ Deum laudat, recordatione beneficiorum jam acceptorum, & in posterum se Deum laudaturum profitetur.

1 TE Deus alme colam, te toto pectore amabo
2 Sancte parens, mea vis, mea sola potentia, turris,
Præsidium, spes, & rebus solamen in arctis,
Tu clypeus, tutela mihi, tu certa salutis
Anchora, tu statio tuti placidissima portus.
3 Nam simulatque tuas in laudes ora resolvo
Te venerans pacemque petens: inimica facessunt
Arma: salus, placidisque comes pax advolat alis.
4 Jam me læthiferis mors circumvolverat atra
Cassibus obsessum jam me torrentibus orcus

5. Im-

TE, Jehova, qui omnia alis, venerabor, te, creator mundi, ex animo diligam 2. Qui robur es meum, meæ tantummodò opes, munimentum meum, mea custodia expectatio & consolatio in periculis, tu mihi tegumentum es ad mala & pericula à me depellenda, tu arma mihi es ad hostem petendum; tu in dubitatum vitæ meæ firmamentum, tu mihi locus confistendi extra periculi metum tanquam portus navibus acceptus. Nam statim ubi os meum ad te laudandum opperio, te precibus prosequens, rogansque ut mihi sis favens & propitius, vis inimicorum recedit, incolumitas, animique tranquillitas salutem comitans leniterque advolans advenit. 4. Jam mors crudelis retibus exitialibus me impediverat, infernus aquisviolentis me jam circumventum clauserat.

5. Jam-

5 Impediebat aquis, stygia jam compede vinctus
Hærebam, laqueoque pedem retinente trahebar:
6 Hic ego deprensus, supplexque humilisque vocavi
Voce Deum & dubiis clamavi ad fidera rebus.
Ille super solio residens flammantis olympi
Audiit orantem, postquam pervenit in altum
Clamor & attentas advertit questibus aures.
7 protinus é vultu Domini conterrita tellus
Intremuit, montesque cava compage soluta
Nutarunt, penitusque imis fremuere cavernis.
8 Fumeus afflatu de naribus æstus anhelo
Undabat: tapidæ contorto vertice flammæ
Orefluunt, vivaque animant attacta favilla.
9 Utque suum Dominum terræ demittat in orbem,
Leniter inclinat jussum fastigia cœlum:
Succedunt pedibus fuscæ caliginis umbræ,
10 Ille vehens curru volucri cui flammeus ales,

Lora

5. Jamque ligatus vinculis infernalibus captus eram, pedicaque gressum impediente, per vim abducebar. 6. Ego autem in hismalis implicatus, & captus Deum mea supplicantis & humi prostrati oratione invocavi, inque hoc discrimine versatus, vocem ad cœlum extuli; Jehova autem in throno ignei cœli sedens, me sese inclamantem audivit: ùbi autem oratio mea ad cœlum ascendit, Deusque querelam aure attenta accepit. 7. Terra à facie Dei attonita confestim trepidè se commovit, montesque, vinculis, quibus tenentur laxatis, se quoque moverunt, & in speluncis intimis velut indignantes, à fundamentis profundis sonuerunt. 8. Spiritus velut fumus calidus, instarque anhelitus è narium spiraculis prorumpebat, igneique vehementes, se veluti aquæ vortices circumagentes ex ore ejus emanant, & quæcunque tangunt motu animato tanquam carbone ignito agunt. 9. Cœlum etiam dicto audiens summam orbis sui partem molliter demittit, ut regem suum deorsum in terras mittat, caligines aëris nebulosi sub pedes ejus se se admovent. 10. Jehova celeri curru vectus (cujus frænator angelus

Lora tenens levibus ventorum adremigat alis,
11 Se circum furvo nebularum involvit amictu,
Prætenditq; cavis piceas in nubibus undas.
12 Acribus ex oculis vibratæ ſpicula flammæ
Diſcutiunt triſtes claro fulgore tenebras.
Inde ruit crepitans lapidoſæ grandinis imber.
Diſcurſantq; vagæ ſinuoſa volumina flammæ.
13. At vero ut ſancto ſermone ſilentia rupit
Protinus horrifico tonitru cœlum omne remugit,
Grandinis & crebra rellus crepitante procella,
Pulſa ſonat, ruptiſque, micant è nubibus ignes:
14 Flammiferæq; volant magnumper inane ſagittæ,
15 Fulguraque ingeminant, laticum concuſſa lacunas
Pandit hians tellus, & fontibus ora relaxat:
Succutiturq; pavens & fundamenta revelat,
Et reſera chaos. Æterni ſic vox tonat oris,
Sic formidandæ grave ſpiritus inſremit iræ. 16 Ille

angelus igneus alatus, ceu auriga moderans, ventis, qui propter levitatem volare videntur, veluti remigio curſum adjuvat. 11. Jehova, inquam, obſcuro nubium aquoſarum tegumento ſeſe operit, aquaſque nigras in aëre denſiore cœlum obnubente ſibi prætexit. 12. Ex oculis acutis velut tela ignes emiſſi lucidæ fulgore ſuo obſcuritatem triſtitiam afferentem diſpellunt; deinde magna vis pluviæ inſtar lapidis coactæ cum ſonitu ruit, igneſque longo tractu erumpentes per aërem obverſantur. 13. Sed poſtquam Deus ſancta voce loqui cœpit, totum cœlum confeſtim terribili ſono vaſtum murmur edit, terraque tempeſtate grandinis icta venti vi frequenti ſonum reddit, flammæque, ex nubibus diſſilientibus emicant 14. Telaque ignita per vaſta aëris ſpacia diſcurrunt. 15. Splendorque igneus frequenter & ſubinde effulget, terraque commota ſeſe aperiens lacus aquarum interiores oſtendit. undiſque ex ſe manantibus exitus ſolvit, terra pavore tremit, & intimas partes ſuas monſtrat, viſceraque ſua tenebroſa aperit. Vox Dei æterni tanto cum ſonitu exit, flatuſque iræ divinæ formidabilis tam gravi fremitu & increpatione tonat.

16 Deus

16 Ille salutiferam porrexit ab æthere dextram,
Et me de rapidis pereuntem tustulit undis:
17 Hostibus eripuit validis & acerba potentum.
18 In me odia elusit: quum me studiosa nocendi
Temporibus duris cæca fraus arte petebat,
19 Auxilium tulit, & rebus patefecit in arctis
Latum iter, electumque a morte reduxit amicum.
20 Scilicet immunem in sceleris, mentemque manumque
Aspexit Deus; & m rito dignatus honore est.
21 Quippe nec impietas nec parvi credulus error
Avertere meos recto de tramete gressus.
22 Ante oculos mihi lex Domini, mihi justa verenda
23 Semper erant animo præsentia: simplice vero
Gaudebam, fraudisque illo sub teste voluntas
Libera flagitium, & scelerum vitaverat artes.
24 Ergo mihi integræ fructum hunc decerpere vitæ
Munificus dedit, & qui conspicit omnia justus

16. Deús è cœlo manum salutis compotem extendit, meque in ultimo vitæ discrimine constitutum è periculis gravissimis eripuit. 17. Ab inimicis potentibus me liberavit, gravesque opulentiorum inimicitias adversum me veluti ludum effugit. 18. Cum fraudulenti homines cupidi mihi damnum dare, temporibus difficilibus, machinis occultis me invadebant. 19. Jehova mihi opitulatus est, exitumque patentem in summis angustiis aperuit, meque quem regem facere constituerat, à morte liberavit. 20. Certè Deus animum meum, manumque innocentem animadvertit meque honorifico virtutis præmio dignum existimavit. 21. Quia nec contemptus Dei, nec falsa ignorantis opinio pejoribus consiliis acquiescens, me transversum à justitia coegerunt. 22. Lex à Domino lata semper mihi in conspectu, verendaque ejus mandata semperierant cogitationibus meis præsentia. 23. Veritate fraudis experte delectabar, & voluntas ab omni dolo & fuco aliena, Deo ipso arbitro, facinora turpia & fraudes scelestas effugerat. 24. Itaque Jehova liberalis tribuit mihi, ex

in-

Arbiter innocuam cumulavit munere vitam.
25 Quisque suis sibi te conformat moribus erga
Innocuum innocuus: te sentit amicus amicum,
26 Inque bonos bonus es: mali cautas cautior artes
27 Artibus eludis, duro in discrimine servas
Res humilis populi afflictas, oculique superbos
26 Dejicis elati fastus, tu plebis ab imæ
Cœtibus eruptum celebri me in luce reponis:
illustrasque meas claro splendore tenebras.
29 Te duce perrumpo florentes ære phalanges,
Atque turrigeri supero fastigia muri.
38 Scilicet ut sanctus Deus est sua signa sequutis
Sancta salutiferæ pandit compendia vitæ.
Illius æterno quicunque effluxit ab ore
Sermo repurgato flammis sincerior auro est.
Ille suo clypeo fida spe pectora fultra
Protegit adversisque vetat succumbere rebus
30 Dicite qui colitis picti ludibria trunci,

innocentia mea hanc utilitatèm percipere, testisque æquus, qui cuncta videt, vitam meam innocentem beneficiis abundè instruxit. 25. Unusquisque pro moribus te sui similem facit: erga innocentem insons es, benevolus te sibi bonevolum intelligit. 26. Justus & integris justum te & integrum exhibes: callidiorque prudentiam malitiosam alia cautione & ingenio solertiore effugit. 27. Tu incolumitatem populi demissi, & bona periculis gravibus propè perdita, conservas; ac insolentem oculi superbi arrogantiam deprimis. 28. Tu me è vulgi multitudine sublatum in hominum celebritate constituis, meamque tenuitatem gloria & honore conspicuam facis. 29. Auspicio tuo acies armis æneis splendentes dispesco, culminaque mœnium turribus munitorum transcendo. 30. Certè ut Deus ab omni scelere alienus est, sic suæ militiæ professis vitam rectam & breviter ad salutem ferentem ostendit: quæcunque vox ab ore Dei æterni exit, purior est aurum sordibus iterum iterumque per ignem separato. Ille homi-

Aut ebur in varias aut saxa excisa figuras,
Ecquis in æthereo rerum moderatur olympo
Fræna alius Dominus? quis terræ temperat orbem,
Alter & invicta quæ vult facit omnia dextra?
33 Ille Deus viva mihi vi corroborat artus.
Ostenditque viam maculosa labe carentem.
33 Me pedibus fecit celeri contendere cervo,
Et procul a lævis subduxit in alta periclis:
34 Et tractare manu duro in discrimine belli
Arma dedit facili; solidoque ex ære rigentem
Flectere, & inflexum conringere viribus arcum:
35 Ille salutiferi totum munimine scuti
Me tegit, & dextra nutantem fulcit & auget
36 Largus opis, perque insidiis obsessa viarum
Andit iter tutum prohibetque per invia plantas

37. Of-

expectatione auxilii sui innixos scuto suo defendit, rebusque non ex animo evenientibus prohibet animum dispondere. 31. Quicunque autem vana simulachra è ligno coloribus oblito, vel ex dentibus elephantis efficta, aut lapides in formas diversas sculptos, honoratis; dicite vos mihi, nunquis alius quàm noster Deus in cœlo res humanas regit? quis alius terris imperat, quæque lubet dextra insuperabili perficit? 32. Ille *Deus* robore ingenti membra mihi fulcit, vivendique rationem absque maculis & errore commonstrat. 33. Effecitque ut pedum celeritate cum cervo agili & veloci certarem, meque longè à summo discrimine in altum & munitum locum submovit. 34 Deditque mihi in periculis belli manu habili armis uti, totumque æneum arcum rigidum curvare, & curvatum vi virium frangere. 35. Ille me totum munimento scuti salutem afferentis operit, auxiliique ac potentiæ liberalis manu sua vacillantem sustinet, ac potentiorem facit. 36. Perque vias hominibus occulte insidiantibus obsessas exitum sine periculo aperit, nec patitur pedes meos per loca deserta vacillare gressu re ulla occurrente impedito.

37 Offenso titubare gradu. Te persequor hostes.
Auspice dissectos comprendo: nec ante revertor
Quam cecidere animi tracta virtute minaces.
38 Affusique cadant pedibus. ne surgere possint
Rursus, & antiquis armis reparare ruinas.
39 Tu mihi diffundis vivum per membra vigorem,
Et validos crudo distendis robore nervos,
Tu bellare doces: tu me quicunque lacessit
40 Sternis humi, trepidosque fuga mihi disjicis hostes,
41 Clamantes nemo exaudit. Domini prece poscunt
Auxilium: aversam negat implorantibus aurem.
42 Hos ego, ceu versat boreæ violentia nubem
Pulveream, impello, & turbatis fervidus insto:
Et pedibus premo, ceu cœnum deforme lutosis
43 Conteritur triviis, Tu me sine nomine plebis
Contemptu ereptum, populos frænare superbos
Imperio facis, & famulas mihi tendere dextras
Per longinqua jubes ignotas oppida gentes,
44 Attonitas famæ novitate, & nomine tantum:

37. Te duce inimicos fugientes sequor, & fugatos capio, nec prius à persequenda victoria redeo, quàm hostium fortitudine imminuta spiritus eorum feroces fracti sint. 38. Humique prostrati ad pedes meos concidant, ne iterum se erigere queant, belloque clades & damna accepta resarcire. 39. Tu mihi per torum corpus robur vivax spargis, nervosque fortes vi ingenti induras: Tu doces me bellum gerere. 40. Tu, me quicunque provocat, in terram prosternis, in meam gratiam hostes trepidantes dispergis. 41. Invocantibus nemo dat aurem, supplicationibus opem Dei petunt, aurem clamantibus aversam non commodat. 42. Hos ego retro ago, ceu ingens venti vis pulverem agit, instra nubis collectum, turbatosque & fusos vehementur urgeo, & pedibus protero, ceu lutum turpe in viis argilla plenis conculcatur. 43. Tu me à contempto plebis ignobilis cœtu sublatum, populos nutu meo regere facis, nationesque incognitas per urbes procul dissitas mihi supplicare cogis.

44 Nova prædicatione virtutis meæ stupefactas, quæ, me non-

Audito & blandis verba assentantia linguis
45 Fingunt, nec tutus satis audent credere muris.
46 Laus, honor, imperium Domino, qui robore cinctum
Me tegit incolumemque rapit de morte propinqua
47 Qui mihi perfidiam sceleratam ultricibus armis
Frangere dat, populosque facit parére volentes:
Securumque vetat belli trepidare tumultus
Qui mihi præsidio est, populi quum sæva rebellis
Ira furit, mentisque malæ scelerata retundit.
49 Consilia, ergo feram latè tua facta per urbes
Finitimas semperque meo celebrabere cantu
50 Sancte parens regem qui dura per omnia tutum.
Esse jubes cumulasque opibus: plenoque favore
Ipsum & perpetuum sobolem amplecte is in ævum.

dum etiam viso linguis ad palpandum compositis adulationes commiscuntur. 45 Nec audent satis confidere mœnibus quamvis munimento firmatis. 46 Omnis prædicatio, omnis virtutis commendatio & imperium in res omnes sit Jehovæ, qui me potentia sua cingit ac defendit ab imminente mortis periculo sanum salvumque præstat. 47 Qui mihi jus & potestatem concedit perfidos & sceleratos frangendi armis injurias eorum ulciscentibus, superatos, qui populos non coactos mihi obsequentes facit, omniq; molestia & solicitudine vacuum subitas belli perturbationes formidare prohibet. 48 Qui me tuetur cum populus iratus adversum me bellum sæpe renovans sævit, qui commenta pravorum malè in me animatorum rescindens irrita reddit, 49 Itaq; res a te, Jehova, præclarè gestis per oppida propinqua diffundam, multisque (pater venerande) carmine meo notus eris. 50 Qui regem tuum in omnibus discriminibus extra periculum statuis qui me potentia auges, summaque benevolentia regem ipsum ejusque posteritatem in perpetuum velut in clientelam accepturuses.

PSAL. XIX. CAR. GEN. 6.

David exposita documentis, quæ Deus & in rebus creatis, & verbo suo exhibet, Deum orat, ut peccata ipsi condonet, deducat in sanctificationem Spiritus, & ipsum acceptum habeat in Christo.

INsanientis gens sapientiæ,
Addicta mentem erroribus impiis,
Tot luce flammarum corruscum
Cerne oculis animoque cœlum.
Hinc disce, prudens quam fuit artifex
Qui templa olympi fornice flammeo
Suspendit, & terræ capacem
Et pelagi sinuavit arcum.
2 Dies tenebras, & tenebræ diem
Semper prementes perpetua vice,
Non fortuito res caducas
Ire monent per inane lapsu:
Sed tota concors machina personat
Dei tuentis cuncta potentiam,
3 Non voce quæ paucorum ad aures
Perveniat strepitu maligno,
4 Nam nec remotis barbara finibus,
Gens ulla terras incolit ultimas,

Quæ

Homines penitis dediti falsis præceptis philosophiæ à pietate alienæ, & plus æquo sibi assumentis, eaque affirmantis, quæ ignorat; putat enim se divina scire posse, quorum philosophi homines animales tantum, non sunt capaces; vos inquam aspicite judicioque expendite mundum tot stellis & astris lucidis splendentem: ex hac cœli fabrica percipite quanto ingenio fuerit mundi creator, qui cœlum sacram Dei ipsius sedem, in sublimi consistere fecit arcu instar ignis lucido, cameramque terram & mare facilem capientem curavit, 2 Luces noctes semper impellentes, noctesque luces sempiterna vicissitudine urgentes, docent res mutationi obnoxias per aerem non temere moveri: Sed tota cœli structura omnibus partibus sibi consentiens, & constans, Dei potestatem omnia conservantis clamat. 3. Non sermone qui sono exiguo ad paucorum aures attingere possit. 4. Nulla enim natio inculta extremas terræ partes habitat, limitibus multum a nobis distantibus, quæ certam cœli constantiam ordine stabilis se circum-

Quæ nesciat certa meantis
lege poli stabilem tenorem.
Quis nocte clara lumine flammeo
Semper micantes non stupeat globos?
5 Aut mane castris prodeuntem
Quum rutilo videt axe solem?
Sive ille eois fluctibus exerit
Vultus decoros, sponsus uti novus
Auro refulgens, gemmeaque
tempora conspicuus corona:
Seu quum fugacem præcipitans diem
Curru citato tempora dividit,
Artusque viresque impetumque
Centimano similis giganti.
6 Abusque eoo cardine ad ultimam
Metam occidentis sidera permeant
Obliqua, vitali calore
Cuncta creatque fovetque alitque
7 Sed ordo rerum & conspicuus decor
Non sic tuentum lumina detinent Di-

cumvolventis, ignoret; quis nocte innubila stellas lumine puro perpetuo lucentes non mirari debeat? 5. Aut cum diei initio Solem cernit curru lucido veluti tentorio suo egredientem, sive ille faciem honestam è mari orientali tollit, similis marito in nuptiis ex apparatu aureo splendorem fundenti & caput spectabile gemmis ornatum habenti: seu cum properans celerem diei lucem finite veloci curru diem a nocte devidit, corpore, robore, & velocitate propera similis hominibus magnitudinis ac fortitudinis monstrosæ. 6 A plaga cœli orientali ad extremum partis illius finem in. qua occidit per signa cœlestia in zodiaco circulo obliquo posita transiens res omnes calore vitam continente gignit servat & auget. 7 Sed perpetua constantia motus & vicissitudinis rerum omnium, mundique pulchritudo admiratione digna, non ita oculos inspectantium demoratur ut lex a Deo tradita, animisque indita vi

qua,

Divina ut arcanis habenis
Lex animos ad honesta flectit,
Promissa fraudis nescia lubricæ
Splendore veti pectora roborant.
8 Hæc plectitur culpa æquitate, ut
Pœna juvet recre etque damnum
Puro recludunt lumine lumina
9 Præcepta puro religio nitet
verenda cultu, quam nec annis
Cuncta domans minuit vetustas.
10 Decreta fas & conscia veritas,
Astans tabellis servat ahenis,
Jucundiora melle & auro
Et nitidis potiora gemmis.
11 Signata claustris pectoris intimi
Servus tuetur jugiter hæc tuus:
Non inscius custodientem
Quam maneat numerosa merces.
12 Errata mentis quis meminit vagæ?

quadam occulta mentes humanas ad honesta movet; pollictiationes divinæ, puræ ab inconstantia dolosa, & adlapsum prona, specie & imagine honesti objecta, animos confirmant. 8 Peccatum non jure summo, sed ea juris moderatione punitur, ut supplicium delectet & reficiat damnum eis quibus culpa damnum dedit. mandata Dei cognitione certa oculos aperiunt. 9 Cultus Dei venerabilis ceremoniis ab omni labe alienis splendet, quem ne longinquitas quidem temporis cuncta tandem corrumperis, spatiò deteriorem facit. 10 Jus & veritas testis præsens, quæ decreta tua novit in tabulis æreis conservat judicia illa tua melle & auro suaviora splendidisque lapillis meliora. 11 Famulus tuus hæc decreta in animo veluti insculpta assidue videt, non ignarus quanta remuneratio futuræ sit ei qui ea asservet, 12 Quis mentis inconstantis delicta memoria tenet? quod acumen virorum sapientium ea capere poterit? ablue igitur sæpe numero sordes eas,

qua

Quæ deprehendit vis sapientiæ?
Ergo repurga quas refudit
Clam maculas sinuosus error.
13 Fac regna cordis ne sibi vendicet
Vis impotentis dira superbiæ.
Sic me malorum e maximorum
Compedibus facile explicabis.
14 Quæ lingua fundis verba quod in sinu
Secum volutat mens tacito, accipe
Placatus, ô nostræ salutis
Arx, Dominus, Deus & Redemptor

error obliquus, & facile se in animos insinuans, nobis in cogitantibus sæpius aspersit, 13 Fac ne execrabilis superbiæ infrænis potestas imperium in animis nostris accipiat sic me e vinculis summorum delictorum facilem liberabis. 14, Tu nostræ incolumitatis præsidium, in cùjus etiam potestate vita nostra posita est, author & creator noster, ab hoste liberator admitte propitius in animum tuum orationem ex ore meo exeuntem, quodque mens sine arbitris intra se cogitat, libenter amplectere.

PSAL, XX. CAR. GEN. 2.

Ecclesia Davidi contra Ammonitas proficiscenti bene precatur suo & regis sui nomine. fiduciam suam in Deum prædicat, faustoque eventu pronunciato res suas Christo Deo commendat.

CUncta licet ferro late populetur & igni
Insana gentis barbaræ crudelitas;
Tuue cede mal s, sed contra audentior ito.
Moderator orbis audiet preces tuas:
Utque bonus dubiis Jacobum ad fidera rebus
Cum voce palmas proferentem exaudiit:

2 Anu-

TAmetsi immensa populi feritruculentia armis & urendo omnia vastet, tu ne permittas te adversa fortuna vinci, sed majore animo ei obviam ito: Deus mundi gubernator orationem tuam propitius accipiet, sicuti Israelem orantem, manusque ad cœlum tollentem in rebus adversis audivit.

2. Illo

2 Annuet oranti, & te majestate verendi
Nominis ab hoste sospitem tuebitur.
Ex adyto sacro arcanus tibi viribus artus
Firmabit: animum de Sione fulciet
3 Vota secundabit, memori tua munera mente
Servabit: omnis perlitabit victima:
Protinus in cineres depasta holocausta resolvet
In astra volvens flamma lucem splendidam
4 Ille aderit cœptis, casusque in prospera vertet,
Eventa finget omnia ex sententia
5 Jam tibi plaudemus reduci, auctoremque salutis
Patrium canemus patrio ritu Deum.
Cuncta Deo grates, fora, compita templa sonabunt
Nomenque sanctum prosequentur laudibus,
Annuet ille pio quæcunque rogabitur ore,
Lætumque precibus exitum justis dabit.
6 Quin (scio nec fallax animum mihi decipit omen)

Regem

2. Ille tibi quoque precanti assentietur, teque incolumem ab inimico immensa vi nominis sui verendi conservabit: è sanctuario cœlesti membra tua robore occulta fulciet, teque de templo in Sione sito, sede ejus aspectabili in ecclesia confirmabit. 3. Petitiones tuas fortunabit, dona tua memoriâ tenebit omneque sacrificium tuum Deum placabit: Ignis lucem claram in cœlum circumflectens, victimasque totas flamma consumptas cumburens in cinerem vertet. 4. Ille consilia tua juvabit, lapsusque formitos in melius convertet, rerumque exitus ex voluntate tua formabit. 5. Jam tibi reverso lætitiæ signa dabimus, & ex majorum consuetudine, Deum parentem, qui nos conservavit, cantabimus: omnia rerum venalium loca, omnes viarum concursus, loca omnia divino cultui sacra, Deo gratias agent, nomenque ejus augustum laudabunt: omnibus piorum petitionibus facilè assentietur, finemque jucundum orationi æqua & justa roganti dabit. 6 Imo certum habeo, regem à te unctum civibus suis Dominus in-

columem

Regem reducet Dominus ſoſpitem ſuum
Mittet opem ſancti reſerans ſacraria cœli,
Et præpotenti proteget te dextera,
7 Gloria ſit Syriæ turmas numerare curules,
Axeſque curvis aſperare falcibus:
Fidat equis lateque vagis diſcurſet habenis
Sonante Perſes arva findens ungula:
Hi currus & equos jactent: nos rebus in arctis
Dei potentis nomen invocabimus.
8 Illis nec currus, nec vis præſtabit equorum
Ne ſcindat uncis vultur artus unguibus.
Nos humiles favor æthereus penituſque jacentes
Tollet ſuoque ſuſtinebit numine.
9 Tu Servator opem fer: tu ſi respicis arma
Nec ſocia cupimus, nec rtmemus hoſtica.
Reſpiciet populique ſui rex optimus omni
Vocatus hora facilis audiet preces

Quod

columem reddet (nec augurium fallax mihi imponit) auxilium regi ſuo feret, templum cœli auguſti Dei ipſius palatium aperiens, teque manu valde potenti defendet. 7. Glorientur Syri ſe magno numero equitum è curru bellum gerentium ordines habere. linguaque inter rotas trajecta ferro inſtar falcis incurvo terribilia efficere; populus Perſicus ſpem in equis ponat, rumpenſque terræ ſolum equorum ungulis ſonum edentibus, & nunc huc flectens habenas, campos ſpatioſos vagis diſcurſibus impleat: hi currus bellicos, equoſque ſuos magni faciant. 8. Perſis Syriſque nec equorum, nec curruum robur hoc dabit, ne aves voraces unguibus curvis eorum membra diſcerpant: At nos indulgentia Dei tenues & afflictos levabit, ſuaque potentiâ divinâ confirmabit. 9. Tu noſter cuſtos, nos adjuva: ſi tu nobis faveas, arma ſocialia nec requirimus, nec hoſtilia formidamus. Deus Rex clementiſſimus nobis favebit, & invocatus populi ſui petitioni ſemper propitius annuet.

Populus gratias agit Deo, enarrans victoriam de hostibus Davidi datam, quæque ipse ac. aperit advitam, salutem, gloriam præsentem, & sempiternam pertinentia; hostium exitium prædicat, Deumque orat ut procuret porro gloriam suam.

Quod hoste victo Rex triumphat gaudio,
Curis solutus anxiis,
Tibi id fatetur Rex beate cœlitum
Debere: tu laboribus
Vires ferendis dedisti e prælio
Redire duro sospitem.
2 Nullam repulsam voce quum te supplice
Rogaret unquam adhuc tulit.
Nil in latebris pectoris reconditis.
Spe concepvit irrita.
3 Et vot supra & ante vota hunc omnibus
Vitæ beasti commodis.
Gemmis coronam terre & auro splendidam
Sacro dedisti vertici.
4 Vitam popoſcit mortis illi est addita
Immunis immortalitas,
5 Tu claritatis auctor illi es, inclyta

Quod hoste superato, rex liber curis, homines anxios reddentibus admodum lætetur, ob id se tibi, Deus, Angelorum beatorum præses, præ se fert obnoxium esse. tu ei robur præbuisti ad periculum perferenda, eique dedisti e pugna gravi & aspera incolumem reverti. 2 Nulla et ad hunc usque diem negata est petitio, cum te oratione humili invocaret, nihil in arcanis animi penetralibus vana expectatione voluit. 3. Hunc omnibus bonis ad vitam hanc tuendam facientibus, beatum fecisti, & ultra petitionem & animo quam peteret; dedisti etiam ejus capiti sacro oleo consecrato coronam ferendam auro coruscantem, & lapillis pretiosis splendentem. 4. Petivit abs te ut vivus & incolumis ex bello evaderet, vitaque mortis expers data est petenti. 5. Tu in lucem homi-

Per te refulget gloria.
6 Felicitatis ei favor dedit tuus
Exemplar ut sit posteris:
Mensura voti ut matribus sit, quum bene
Blandis precantur liberis.
7 Tu nempe spes & anchora es fiduciæ,
Tu portus in rebus malis.
Te fretus uno firmus omnem perferet.
Sortis procellam turbidæ.
8 Tu perduelles comprehendes tu manu
Pœnas reposces vindice.
Ceu flamma clausis æstuans fornacibus.
Antiqua silvæ brachia
Vorat furoris sic tui nefatios
Afflatus hostes haurit.
10 A stirpe torum demetes propaginem
Semenque gentis impiæ.
11 Te namque contra moliuntur abditam
Fraudem scelusque perfidi:

Ft

um illum protulisti, te authore fama singulari celebratur. 6. Tua indulgentia concessit ei, ut forma & idea sit vitæ beatæ eis, qui dehinc nascentur; ut matribus etiam modus sit, & exemplar petitionis, cùm natis dulcibus prospera omnia optantes orant. 7. Tu certè is es, à quo omnia expectat. Tu illi stabilimen es, ut tibi fidat, in rebus adversis perfugium: tuo unius auxilio confisus, omuem violentiam rerum turbulentarum constanter tolerabit. 8. Tu in hostes ejus manum injicies, dextraque ultrici pœnas ab eis repetes. 9. Ceu flamma in caminis arctis velut æstus evolvens, magnos arborum ramos consumit: sic iræ tuæ vaporimpios vorabit. 10. Omnem hostium posteritatem, omnemq; propagationis sceleratorum spem radicitus exscindes. 11 Homines enim nulla fide adversum te dolos occultos & nefaria comminiscuntur, animoq; maligno desideria cogitant exitum felicem nunquam habitura, vanasque expectationes volvunt.

Et mente prava vota versant irrita.
Et spes inanes concoquunt.
12 Te persequente, pallidi in fugam ruent.
In honesta te go vulnera
Ferent in ora, fata dum vitant fuga,
Rursus sagittas diriges.
13 O qui potenti fræna rerum dextra
Versas perennis arbiter.
Exurge vires fac tuas ut hostium
Agnoscat insolentia:
Tum re piorum turba festis cantibus
Orbis parentem concinet,
Votis tuorum supplicum placabilem,
Malisque formidabilem.

12 Tu cum eos urgebis, sese in fugam meticulosi præcipitabunt, plagasque turpes retro accipient: Tu tela in faciem eorum recta coujicies, dum fugiendo mortem declinant. 13. Expergiscere, judex æterne, qui manu forti gubernacula mundi moderaris, efficeque ut hostium superbia robur tuum recognoscat, tum Dei timentes te mundi authorem die festo cantionibus prædicabunt, canent, inquam, te mitem & misericordem precibus tibi suplicantum, & malis metuendum.

PSAL. XXII. CAR. GEN. 3.

Psaltes primum angustias & perpessiones infinitas Christi explicat: in quibus Patrem invocans, ex fide exauditus est: deinde Prophetiam, Sacerdotium & Regnum illius sempiternum atque universale, ad Ecclesiam totam perventurum docet

CUr me reliquis o Deus, Deus meus
Cur me relinquis? irrita
2 Heu verba fundo ceu luce terras dies
Retegit vocan em me dies Frustre

CUr me, Jehova deseris? cur à me, mi Deus recedis? 2. Heu verba non proficientia edo; sive lux lumine suo terras ostendit, lux me videt frustra te invocantem; sive nox obscuritate sua rebus omnibus silentium imponente, terram abscondit, nox omni

Frustra intuetur: sive nox silentibus
Terram tenebris obruit,
Nox me vocantem nulla non audit, meo
Nox nulla questu non sonat.
3 Tu sanctus ille civitatis incola es.
Sanctæ, Isaci nepotibus
4 Tu carmen es: tu sida spes majoribus
Nostris salutem qui tuam
Tibi credidere a te salutis compotes
5 Abiere salvi gratias
Egere, duris qui tuam in malis opem
Petiere: qui tuam in fidem
Se dedidere, non tulere dedecus,
Non hostium ludibria.
6 At vermis ego sum non homo: sum fabula
Vulgi, infimorum opprobrium.
Nam turba nostris obvia illudit malis:
Nutatque, mictatque, & caput
Motat, labella exporrigit, ludibria
Verbis acerbat asperis, 8 En

omnis me te inclamantem sentit, nox omnis meis querelis resonat. 3. Tu ille es augustus habitator Hierosolymæ tibi dicatæ. 4. Posteris Isaci tu materia es & argumentum canendi. Tu genti Judæorum certa expectatio fuisti; qui vitam & incolumitatem tibi commisêre, accepta à te salute incolumes redière. 5. Incolumitate accepta, tibi salutem se debere agnoverunt, qui in rebus asperis auxilium tuum postularunt, qui sese penitus tutelæ tuæ commendarunt, nec infamiam nec inimicorum subsannationes retulerunt. 6. At ego miser insectum sum abjectum, non animal Deo proximum; sum infimæ plebis ludibrium, & hominum tenuissimorum irrisio. 7. Nam vulgus hominum in viis occurrens, mala mea ludificatur, annuitque mihi, motuque oculorum lætitiam ostendit, caput agitat, labra, ut ei deridiculo sim, extendit, irrisionemque oratione virulenta acerbiorem facit. 8. Ecce

8 En ille Domino carus, en fiducia
Securus ille numinis:
Nunc servet illum, nunc periclis eruat,
Quem tanto amore amplectitur.
9 O Domine, tu me protinus susceperas
Alvo parentis editum:
De te pependi spe, parentis pendulus
Infans ad huc ad ubera,
10 Abusque partu tu Deus meus: tuus
Ex matris alvo me favor,
11 Est prò sequutus: ultimo in discrimine
Jam ne recede longius.
Discrimen instat ultimum: mortis metu
Cessere amici territi.
12 Tauri efferati, tauri obesi me undique
13 Circumdedere faucibus
Hiant, leonum more rugientium,
Quos incitat spes & fames:
14 Rivi cruoris corpus omne perluunt,
Exangue: laxat artuum

8. Ecce, inquiens, amicus Deo suo gratus ecce ille spe opis divinæ intrepidus, nunc illum Deus custodiat, nunc imminente malo eum eximat, quem tam charum habet. 9. Tu verò me (Jehova) statim è ventre matris in lucem editum, in fidem & tutelam tuam acceperas; te unum intuens, opem tuam speravi puer adhuc infirmus è mammis matris meæ pendens. 10 Tu Deus es, in quo à nativitate unicè spem pono, tua indulgentia à partu meo, & incunabulis me comitata est. 11. Ne desere me jam in summo periculo versantem: gravissimum enim periculum jam adest: necessarii mei vitæ suæ timentes, trepidi à me discessere. 12. Homines instar taurorum feri & potentes me ab omni parte circumsederunt. 13. Meque invadentes rictus distendunt, instar leonum terribilem vocem edentium, quos prædæ expectatio & inedia provocat. 14. Sanguis abundè fluens, totumque co-

Compago nexus: pectus intra liquitur,
Ut sole cera cor metu.
15 Exaruere testæ ad instar coctilis
Detecta membra viribus?
Rigens adhæsit lingua siccis faucibus:
Jam sto sepulchri ad aggerem:
16 Me rabidi ab omni parte latratu canes
Urgent, petuntque dentibus.
Mihi pessimorum sæva conspiratio
Manusque fodit & pedes:
17 Et ossa numerant, ossa tralucentia
Per corporis tensi cutem.
Tormenta postquam cuncta consumpsit furor
Animus adhuc ira tumens
Se pascit: oculos satiat & fruitur meis
Læto in malis spectaculo.
18 Partiti amictus sunt meos; tunicæ meæ
Fecere sortes arbitras.
19 Tu Domine salutem ne recede, ne malis,

in

pus imbuens percurrit, sanguinis tandem inane: Junctura solvit ligamenta membrorum: cor præ timore in pectore tabescit, ut cera æstu & calore Solis diffunditur. 15. Membra infirma desiccata sunt, tanquam figmentum vasis lutei ignibus à figulo excoctum & induratum: lingua rigida ad aridum gutturis aditum affixa est. Jam sto ad monumentum meum humatorem opperiens. 16. Homines instar canum rabiosi oratione aspera undique me premunt, & dentibus invadere conantur, crudelis nequissimorum conjuratio palmas & plantas meas perforavit. 17. Ossaque computant, quæ per pellem corporis in cruce extenti apparent: postquam rabies hominum pœnis omnibus ad satietatem usque usa est, cor eorum adhuc iracundia inflatum sese oblectat, oculos voluptate perfundit, inque meis pœnis aspectu jucundo ad oblectationem utitur. 18. Vestimenta mea diviserunt, vestam meam intetiorem sortis judicio permiserunt. 19. Tandem (Domine)

ne

in ultimis me deſere.
Tu robor unus, tu meæ es potentia.
Accure, feſtinus meæ
Succure vitæ: deſtitutum ab omnibus.
20 Defende: ſævorum hoſtium
Ferrum cruentum pelle: vim rabidam canum
21 Inhibe: leonum ſpumeos
Compeſce rictus: cornua unicornium
Confringe: ſerva ſupplicem.
22 Tum morte victa ſolpes auxilio tuo,
Narrabo fratribus tuum
Nomen piorum prædicabo cœtibus
Robur, fidem, conſtantiam,
23 O mente pura qui Deum colitis, Deum
Laudate puris cantibus.
Semen Jacobi magnitudinem,
Celebrate feſtis laudibus:
Erga fideles numinis clementiam
Agnoſce proles Iſaci.
24 Non ſprevit inopis ille ſolitudinem *No*

ne me deſtitue, neve in maximis periculis verſantem relinque. Tu ſolus es meæ vires, meæque opes, ades, & properè fer opem ſaluti meæ, meque ab omnibus relictum tuere. 20. Inimicorum crudelium arma crudelia prohibe. 21. Violentiam hominum rabioſorum coerce, ora leonum iratorum cohibe, iramque hominum ferorum comminue, meque opem tuam ſuppliciter petentem defende. 22. Tum morte ſuperata, ope tua incolumi amicis & propinquis magnificentiam tuam indicabo, piorumque conventibus, vires, veritatem, & perpetuum bonitatis tuæ tenorem annunciabo. 23. Quicunque Deum cultu & honore dignam ni animo ſceleris experte, cantionibus piis honoſem Deo tribuit poſteri Iacobi amplitudinem Dei laudibus, quales diebus feſt ei canuntur, notam facite: poſteri Iſaci miſericordiam Dei e vera fide præditos confitemini. 24. Deus enim inopem ab omn

Non pauperum fastidio
Avertit ora, Me vocantem exaudiit.
Vitæque dulci reddidit.
25 Ergo per oras ultimas mundi tuas
Sonabo laudes: gentibus
Te prædicabo, vota te timentium
Præsente solvam Ecclesia,
26 Edet modesta turba fraudis nescia
Vocata sacras ad dapes:
Epulisque functa, ac satura dulci nectare,
Laudabit auctorem Deum.
Deum sonabit. qui vigore flammeo
In corda se quærentium
Se tantus infert, mortis ut procul metu
Perenne viva gaudeant.
27 Ergo excitata tam novo spectaculo
Tellus ab oris ultimis,
Quacunque colitur. colla sub Domini jugum
Submittet, illi servient.
Proneæque Domino supplicabunt omnium

Omnes

bus derelictum nec aspernatus est, nec rejecit: tædio tenuium auxilio carentûm faciem suam ab eis adversam non retorsit: mihi propitius fuit eum invocanti, vitæque jucundæ me restituit. 25. Propterea te, mi Deus, per extremos terrarum fines celebrabo, & nationibus exteris annunciabo, coramque cœtu te colentium promissa tibi reddam. 26. Homines animo ueutiquam elato & simplices comedent ad epulum sacrum invitati, cœnatique & divina potione satiati, Deum epulas eas exhibentem prædicabunt, Deum carmine celebrabunt, qui tanta vi se infinuat in animum, vi ingenti se scrutantium, ut perpetuum viventes securi lætentur. 27. Homines igitur tam insolito visu concitati ab extremis terræ finibus, ubicumque habitant, Domino parebunt, omnesque nationum exterarum cognationes ultro in ejus potestatem pervenient,

Omnes familiæ gentium.
28 Nam sempiterno jure Domino competit
Regnum triformis machinæ,
Ille universis imperabit gentibus.
29 Rerum potentes illius
Mensa accubabunt, & sacri convivi
Dapibus referti sub ingum
Cedent volentes flectet illi poplitem,
Pauper sepulchri in limine,
Qui membra fessis artubus languentia,
Fugiente vita vix trahit:
30 Illumque longa posteri propagine
Colent suisque posteris
Per longa deinceps nunciabunt sæcula
In me favorem numinis.
Hoc semen illi serviet, gens illius
In posterum hæc censebitur.

Quid

Dominumque supplices precabuntur. 28. Nam imperium mundani opificii, quod cœlum, terram, & mare continet, lege perpetua Domino convenit; Dominus cunctis nationibus jus dicet. 29. Reges & Principes cum illo cœnabunt, cœnæque sanctæ epulis satiati, libentes ejus jugum accipient: pauper prope sepulchrum suum, qui membra torpentia ægrè movet, lassò & debili membrorum nexu, vita jam abeunte, illum venerabitur. 30. Deum etiam adorabunt homines per multas generationes venturi, ejusque erga me indulgentiam multis posterorum ætatibus declarabunt, qui longo ordine post nascentur. Hæc generatio illi serviet, ejusque populus peculiaris in posterum habebitur.

PSAL. XXIII. CAR. GEN: 13.

Propheta, Deum pastorem suum agnoscens, & se vicissim illius ovem, docet quam magna & certa sit Dei providentia erga suos, & de futuro animum bonis confirmat.

Est

QUid frustra rabidi me petitis canes?
Livor propositum cur premis impro.
Sicut pastor ovem, me Dominus regit (bum
Nil deerit penitus mihi.
2 Per campi viridis mitia pabula,
Quæ Veris teneri pingit amœnitas
Nunc pascor placide, nunc saturum latus
Fessus molliter explico,
Puræ rivus aquæ leniter astrepens
3 Membris restituit robora languidis,
Et blando recreat fomite spiritus
Solis sub face torrida
Saltus quum pereret mens vaga devios,
Errorum teneras illecebras sequens,
Retraxit miserans denuo me bonus
Pastor justitiæ in viam,
4 Nec si per trepidas luctifica manu
Intentet tenebras mors mihi vulnera,

Form.

CUr instar canum, hostes rabiosi, in me impetum inanem facitis? cur in me invidia inflamati in consilio malo perseveratis? Deus me pascit, tuetur, & gubernat, sicut custos gregis ovem regit & custodit, nulla omnino re egebò. 2. Interdum vitam jucundè transigo inter dulcia vitæ degendæ necessaria, in loco fertili, omnique copia abundanti, quæ ver amœnum, quo omnia tenera sunt, multiplici varietate distinguit: interdum verò laboribus delassatus, corpus illis necessariis satiatum sine molestia extendo. 3. Fluviolus aquæ nitidæ prope me modicè sonans, vires corpori labore fesso recreat, viralemque respirationem aëre ceu fotu jucundo sub vehementi Solis calore reficit. Cùm animus incertus & instabilis inter cogitationes dubias ad vias obliquas & vitæ anfractus laberetur, jucundas fallarum sententiarum oblectationes sequuta, Deus me miseratus rursum rectum reduxit. 4. Non dubitarem tuo ductu per vias umbrosas timorem incutientes & morte ipsa obsessas proficisci, etsi per eas mors ferali manu plagas

Formidem ducente pergere: me pedo
Securum facies tuo,
5 Tu mensas epulis accumulas meum
Tu plenis pateris sufficis: & caput
Unguento exhilaras, Conficit æmulos,
Dum spectant, dolor anxius.
6 Me nunquam bonitas destituet tua,
Profususque bonis perpetuo favor
Et non sollicitæ longa domi tuæ
Vitæ tempora transigam.

mihi minaretur: baculo enim tuo pastorali animum meum à solicitudine & metu abduces. 5. Tu mensas meas cibariis onerasi, tu vinum copiose suppeditas, tu caput suavi odore hilarem me reddente perfundis: dum invidi hæc cernunt, meque Deo tantæ curæ esse vident, tristitia curarum plena vehementer eos afficit. 6. Davidem clementia tua nunquam relinquet, vehemensque tua erga bonos benevolentia nunquam eos deseret, vitamque longam & à curis semotam in templo & sacrario tua traducam.

PSAL. XXIV. CAR: GEN. 2.

Propheta regno Dei universali in res creatas exposito, singulare regnum in ecclesia (cuius notas apponit) explicat, & eam ad honorificè convocanterque excipiendum regem Christum adhortatur.

TOta quidem Domini terra est & quicquid ubique
Vel parca celat, vel benigna sufficit:
Quique colunt montesque feros, camposque feraces,
Urbisque sanctis temperatas legibus,
2 Ille super pelagus sollidum connexuit orbem,
Stabilis ut undas inter instabiles foret,
Et toties rapidis pulsatus fluctibus omnes

UNiversus terræ orbis ad Dominum spectat, & quascunque res reliquus vel avara quovis loco abscondit, vel liberalis hominibus impertiat, Dominique sunt ii omnes, qui montes incultos, qui fœcundam agrorum campestrium planitiem, urbesque habitant, legibus inviolabilibus ad moderationem adductas. 2. Deus firmum terræ globum firmè vinxit pontum ipsum superemineu-

Compage firma sustineret impetus.
3 Cuncta igitur domini merito sunt: sed tamen unam
Sedem sibi illi dedicavit propriam
Ecquis eo scandet? cuive hæc permissa potestas,
Loco ut beatum sistat in sancto gradum?
4 Cui manus & mens est insons, nec vana volutat
Animo nec ulli damna periurus dedit.
5 Huic Dominus donabit opes: hunc numine dextro
Avi procacique erue calumniâ
6 Hæc vera est pietas, hac itur ad æthera, veri
Sic intueri numinis vultum licet,
7 Eia aditus referate fores age pandite portæ,
Portæ perennes sempiternæ regiæ:
Claustra revellite limina pandite, magnus ut intret
Rex ille, multa clarus ille gloria,
8 Quis novus hic sanctis succedit sedibus hospes?
Quis iste multa est inclytus Rex gloria?

minentem, ut inter aquas mobiles immotus esset, undisque minis omnia secum rapientibus crebro verberatus, omnes aquæ assultus partibus compactus & firmiter connexis, toleraret. 3. Propterea omnia jure optimo ad Deum spectant, sed tamen locum unum ceu domum sibi peculiarem consecravit. Quisnam ad ædem Domini ascendet? aut cui id concessum est, ut pedem felicem in illo venerabili loco figat? 4 Cui manus est innocens, cui mens est sceleris pura, nec animo stulta aut mendacia cogitat, nec fide violata cuiquam detrimentum fecit. 5. Huic homini Deus potentiam, vires & divitias dabit: hunc favente sua divinitate à violentia & falsis hominum petulantium criminationibus liberabit. 6. Hæc sincera est religio, hac ratione homines ad cœlum eunt, hoc videndi genere Dei faciem cernere à Deo permissum est. 7. Agitè dum ò portæ, vestibulum vestrum aperite; portæ, inquam æternæ regiæ domus perpetuæ valvas vestras explicate, repagula vestra januam claudentia amovete, januas aperite, ut Rex ille magnificus celebri splendore & fama insignis ingrediatur. 8. Quisnam hic advena ignotus locum hunc augustum

intus

Ille potens late Dominus dextraque opibusque
Belloque multa nobilis victoria:
9 Ea aditus reseraie fores age pandite portæ.
Portæ perennes sempiternæ regiæ:
Claustra revellite, limina pandite, magnus ut intret
Rex ille multa clarus ille gloria
10 Quis novus hic sanctis succedit sedibus hospes?
Quis iste multa est inclytus Rex gloria
Ille potens armis numerosoque agmine ductor,
Hic ille multa est inclytus rex gloria:

intrat? quisnam iste est Rex celebri splendore & fama nobilis est ille Deus per universa mundi spatia bello, potentia, divitiis viribusque pollens, illeque Rex multis in bello, successibus clarus. 6. Agitè dum ô portæ, vestibulum vestrum aperite, valvas vestras explicate, portæ, inquam æternæ regiæ domus perpetuæ, repagulas januam claudentia amovete, januas aperite, ut Rex ille magnificus celebri splendore & fama insignis ingrediatur. 10. Quisnam hic advena ignotus locum hunc augustum intrat? quisnam iste est Rex celebri splendore & fama nobilis? Is est ille imperator bellipotens Deus & Rex exercituum. Rex Deus ille est multa fama celebri splendore insignis.

PSAL. XXV. CAR: GEN. 1

David ab adversariis oppressus, petit à Deo doceri peccata sua condonari in horum expectatione se confirmat, fretus Dei bonitate & testimonio fidei suæ: postremo, sibi totique Ecclesiæ postulat liberationem amalo

HIcfidat armis, plebe se clientium
Defendat alter, militumque copiis
A te creator orbis uno spes mea
Pendet, malusque in rebus unum respicit.
2 Tu sancte Genitor effice insolentibus
Ne spes inanes risui sint hostibus.

ALius apparatu bellico confidat, alius multitudine hominum se colentium & exercitu sese tueatur: expectatio mea, mundi opifex, in tua unius potestate sita est, reque in rebus adversis solum intuetur. 2. Fac pater cœlestis, ne spes mea vana inimicis superbis risus materiam præbeat.

3. Si

3 Sic me pudore liberabis: nec rubor
Confundet ora cæteris. in te suæ
Qui collocarunt anchoram fiduciæ.
Frustretur illis spes, & irritæ spei
Pudor dolorque torqueat, qui sordium
Amore sese sordibus contaminant,
Bonosque nulla provocati injuria.
4 Uexare gaudent. Mihi per anfractus vagos
Uitæ, salebras inter & tenebras, iter
Ostende rectum, & erutum sequacibus
5 Erroris undis, prævio lucis tuæ
Splendore deduc veritatis in viam
Te nempe ab uno pendeo spe, te Deum
Unum & salutis columen agnosco meæ.
6. 7. Si torta vitiis forte morum regulæ
Deflexit, error si fefellit lubricus,
Fracta illecebris si voluptaris malis
Incauta vitiis se juventa polluit:
Benignitatis tu tuæ memor tamen

E

3. Sic mihi cavebis ne turpiter me pudeat, nec color pudoris index cæteris vultum turbabit, qui in tuo unius auxilio spem firmam posuerunt; fallat illos fiducia sua, eosque ob spem vanam & fallam ignomina & tristitia conficiat, qui malefaciendi studio scelerum maculis sese conspurcant, nullaque contumelia lacessita homines innocentes molestiis afficere lætantur. 4. Tu mihi per curvas ambages in vita humana huc illuc ferentes, interque impedimenta, & ignorantiæ errores, veram ad virtutem viam demonstra, meque periculis liberatum. 5. Quæ velut fluctus erroris me sequuntur, ea per inscitiam ingressum, splendore veritatis mihi præeunte, in viam veritatis deducito. Omnia enim bona à te solo expecto, teque solum *Deum* meum unumque incolumitatis meæ firmamentum profiteor. 6. 7. Si lex vitæ rectrix casu aliquo curvata delictis, à recto aberravit; si lapsus per ignoran-

tiam

Et lenitatis, (qui parentes mollibus
Frænans habenis, usque ab incunabulis
Orbis paterna es usus indulgentia)
Misererе, nostris quod negares moribus,
Tuæ negare non potes clementiæ.
8 Nec denegabis, nec precantes bona bonus
Uacuos repelles: nec viam poscentibus
Rectam aberis unquam recti & æqui regula.
9 Tu mitis animi amplecteris modestiam,
Docesque recti & improbi discrimina,
Tu dux comesque tuta per compendia
Ducis carentem fraude mansuetudinem:
10 Peccata bonus & facilis obliviscеris:
Promissa solvis liberali dextera,
Minuitque pœnas mitis indulgentia;
Fidesque dictis stabilis erga omnes adest
Qui pacta sacri fœderis non negligunt. 11. Ham

tiam facilè inducens ad cadendum me deceperat, si stulta juventa à recto deflexa malis vitæ mollioris avocamentis sese peccatis co teminavit; at tamen liberalitatis & clementiæ tuæ memor, qu majores nostros leniter & moderatè cohibens, à mundi creation eo erga illos, quo patres erga liberos favore usus es, da tu inquam, Jehova, parce nobis, quodque nobis vitio non dares, non potes lenitati semper tibi assuetæ non concede 8. Nec abnues, nec clemens eos, qui bona abs te petunt, nul re impetrata, rejicies; nec cum sis justi & moderati mensura, stam vivendi rationem orantes unquam destitues. 9. Tu ani lenis humilitatem charam habes, eique differentiam boni ma que monstras: Tu rector & socius itineris homines mansuetos innocentes sine periculo per viam publica breviorem, deduc 10. Errata nostra mitis, nullaque adhibita severitate, impun permittens velut oblivione deles, quæque pollicitus es, ma munifica reddis: clemensque lenitas pœnas justo minores e git, semperque præsens est firma promissi certitudo erga eos om qui conventa pacificationis tecum initæ amant.

11. U

11 Hanc ut nepotum sæcla manſuetudinem
Noſcant, tuique nominis ſe gloria
Late per omnes fundat orbis angulos.
Ignoſce noſtris mitis erratis parens.
Quæ multa inuſſit ægritudo, & impotens
Amor, regique contumax ira & dolor,
Errórque veri non acutus arbiter.
12 O ter beatum, mente qui pura Deum
Veneratur: illi, qualecunque amplectitur
Vitæ inſtitutum, dux adeſt ſemper Deus.
Rectorque, & omnes actiones proſperat.
13 Securus animus anxio procul metu
Cunctis fruetur affluenter copiis:
Stirpíſque ſeriés longa firmabit domum.
Genuſque multa floridum propagine
Opes paternas ad nepotes transferet.
14 Quin & piorum mentibus myſteria
Contempta pravis, impiè ſapientibus
Occulta, Dominus luce proferet ſua,

Et

11. Ut poſterorum ætas clementiam iſtam intelligat, ſecundaq; nominis tui fama ſeſe per omnes mundi partes diſpergat, da veniam pater lenis, peccatis, quæ multa animi anxietas, amor infrænis, indignatio recta difficilis, mœſtitia lapſuſq; ex ignorantia, malus veritatis judex, in animis noſtris impreſſit. 12. O multùm felicem virum illum, qui Deum mente non ſimulata colit, quodcunque vivendi genus is ingrediiur, Deus ei ſemper præſens, actionum ejus moderator ac gubernator, proſpera reddit omnia, quæ facit. 13 Animus ejus minimè ſolicitus, vacuuſq; timore cor angente, ex rebus omnibus fructum & voluptatem percipiet, longuſq; poſterorum ordo familiam ſtabiliet ejuſq; poſteritas natorum ex ſe multitudine efflorescens, patrum divitias ad ſucceſſores ſuos mittet. 14 Inſuper etiam Deus vi ſua arcana eis tenebris eruet ſententias occultas, ab hominibus neglectas, & philoſophis ignotas, qui falſam ſapientiæ imaginem

Et ſacroſancti fœderis ſcientiam
(Quæ ſola vitæ dux beatæ & regula eſt)
15 Docebit. Ergo rex beate cœlitum
Te mente ſolum quæro: nuſquam lumina
Abs te reflecto: tu pedes ſolus meos
Hoſtis doloſis erues è retibus.
16 O ſancte cuſtos hominum, amico lumine
In me intuere, & deſtitutum ab omnibus
Inopémque ſancta me tuere dextera.
17 Curiſque, mentem quæ perurunt plurimæ,
Noviſque ſemper differunt doloribus,
18 Exolve. pœnis uſque & uſque immanibus
Exercitato, & obruto laboribus
Ignoſce: culpas mitis obliviſcere.
19 Heu quanta vis me factionis impiæ
Perſequitur armis! quanta me crudelitas
Inexpiato quærit odio perdere?
20 Tu me periclis libera: tu protege Ejus

ginem gerunt, tradetq; piis cognitionem ſuæ cum hominibus conventionis inviolabilis, quæ cognitio ſola vitæ felicis monſtratrix eſt. eàq; menſura, ad quam vitam beatam metiamur. 15 Itaque te, Rex Cœleſtium, nulla re egens, unicum toto animo investigo, nullamq; in partem oculos abs te diverto. Tu me compeditum è fraudibus & dolo hoſtis ſolus liberabis. 16 O venerande generis humani ſervator, facilis & benignus me reſpice, méq; ab omnibus etiam amicis relictum, & ſine ope cujuſquam, auguſta potentia tua defende. 17 Plurimiſque anxietatibus me libera, quæ animum vexant, aſſiduéque nova indignatione in diverſas partes diſtrahunt: 18 Da veniam ſuppliciis ingentibus exercruciato, aſſiduéq; moleſtiis oppreſſo, meorúmq; delictorum memoriam facilis deponito. 19 Eheu quàm magna multitudo conſpirationis pravæ bellico apparatu me petit! Quàm multi crudeles odio inexpiabili me de medio tollere cupiunt! 20 Tu me inſtantibus moleſtiis eripe, ejuſque vitam ab inimicorum ſub

Ejus salutem ab hostium ludibrio,
Omnem salutis qui locavit spem suæ
21 Inte, nec aliis fidit opibus, quàm suæ
Integritatiq;, & tuæ clementiæ.
22 Gens quæ tuarum jussa legum amplectitur,
Facundequaque tuta sit te vindice.

subsannatione defende, qui omnem incolumitatis suæ spem in te posuit: 21 Nullamq; alterius potentiæ spem habet, quàm suæ innocentiæ & benignitatis tuæ. 22 Cura servator, ut populus, qui leges tuas earumque mandata libenter accipit, te assertore, periculis omni ex parte exemptus sit.

PSAL XXVI. CAR: GEN: 15.

David ab hostibus pressus ad Deum judicem confugit, fidem suam & vitæ innocentiam probat, ideoq; & liberari ab angustiis, & gratiam consequi expetit, ad glorificandum Deum.

ME vi tyrannus persequitur palam,
Me clàm maligna fraude calumnia:
Te, qui latebras pectoris inspicis,
Appello, rerum conditor optime.
Mens frandis expers. & manus innocens,
A vique pura & flagitio in Deo
Spes fixa, sortis qui violentia
Me sævientis non sinet opprimi.
2 Renésque flammis & penetralia
Scrutare cordis, cæcaque sensuum
Arcana, fusum ceu calidis focis

Explor

REx impius me per vim ad exitium manifestè quærit, falsi criminatores insidiis pravis me occultè persequuntur; ad te interea, mundi opifex optime, qui occulta animi consilia cernis, provoco. Animus simplex est, manusque sceleris immunis, incruenta, & turpium facinorum expers: auxilii expectatio in Deo posita est, qui fortunæ furentis impetu non permittit me obrui. 2 Tacitos affectus meos ignibus experire, inq; secretas cordis co-

Explorat aurum callidus artifex:
3 Mentem videbis munificentiæ
Quæ dona nunquam non meminit tuæ:
Actæque leges purirer ad tuas
Vitæ carentem flexibus orbitam.
4 Procul facessat, nec socium sibi
Me vana speret lingua, procul domo
Nostra recedat qui didicit suos
Fucare sensus pectore subdolo.
5 Odi scelestûm concilia, impios
Cœtus veneno pejus abominor:
Quorum resultant pectora gaudio
Quum perpetrarunt facta nefaria.
6 Sed mente pravi non sibi conscia,
Lotusque puris fontibus, ad tuas
Aras adibo, lætus & offeram
Lætæ choreæ dux tibi victimas.
7 Te nostra pangent tympana, te lyra
Te vox canoro consona tympano

Lyræ-

gitationes, & occulta animi consilia inquire, veluti peritus artifex aurem fornacibus liquatum probat. 3 Aspicies animum munera liberalitas tuæ semper cogitantem, rectumq; vitæ curium sancte & simpliciter juxta præcepta tua peractæ. 4 Vanidi mendaces longè à me absint, nec me sibi familiarem expectent; longèque à familia mea abeat, qui fraudulenta mente novit cogitationes suas falsis coloribus velare. 5 Sceleratorum cœtus apud me odio sunt, impiorum conciliabula magis quàm toxicum detestor, quorum cor præ lætitia palpitat, tibi facinora scelerata ad miserunt. 6 At ego animo pravitatis immuni, aquaq; vivi & limpida ablutus, ad altaria nomini tuo dicata accedam, duc-orque cœtus gaudentium ipse gaudens, hostiis te munerabor. 7 Tympana nostra, cytharaque, & contio cum tympano numerosa

Lyræque cætuque in celebri tua
Miranda pandet facta nepotibus,
8 Tectumque, nomen quo canitur tuum,
Ædémque, numen qua colitur tuum,
Mens ardet: abſentem retrahunt tuæ
Quæ templa celant pignora gloriæ.
9. Hæc oſſa tellus ne ſine ut obruat
Inter cruentos barbara barbaros,
10 Qui fraudulenta monte coquunt ſcelus,
Captant avarâ munera dexterâ.
11 Ego inſtitutum carpere tramitem
Pergam innocenter, tu propius meis
Ætrem benignus queſtibus admove,
Ac me periclis triſtibus aſſere.
12 Perplana firmo quòd gradior pede,
Quod recta ſector, muneris eſt tui,
Ergo ſalutis te columen meæ
Cœtu in celebri laudibus efferam.

PSAL

roſo cytharaque congruens laudes tuas ſonabunt, tuaque miracula poſteris in conventu frequenti vox noſtra exponet. 8. Animus ardenti amore proſequitur domum illam, in qua laus tua cantatur, templumque, in quo tua majeſtas divina colitur; ſacrarium autem illud, quod majeſtatis tuæ monumentum continet, domum me revocat procul ad Hieroſolyma degentem. 9. Ne permitte ut hæc regio malis inſtitutis utens, me inter homines crudeles ſepeliat. 10. Qui animo doloſo nefas verſant, avidaque dextra dona quærunt. 11 Ego autem perſeverabo ire viam, quam ſine noxa ingreſſus ſum: Tu verò facilis querelis meis autem confeſtim applica, meque à diſcriminibus animum triſtitia conficientibus vindica. 12 Quòd ſtabilis per loca non aſpera incedo, quòd juſta ſequor, tibi id acceptum refero. Itaque te præſidium ſalutis meæ in frequenti conventu laude merita celebrabo.

David ab ecclesia aspectabili exul, fiduciam in Deum adversus omnia pericula prædicat; se eadem fide consolatur, Dei gratiam, opem documenta ductum & liberationem petit, seq; & ecclesiam ad confirmandos in Deo animos hortatur.

Deus in tenebris quum mihi præluceat,
Vitàmque muniat meam,
Quæ vis aperta terreat me? quæ mihi
Fraus cæca sit formidini?
2 Adversus unum quum scelesta factio
Cunctas parasset copias,
Dolosa letho quæ tetenderant meo,
Ipsi incidêre in retia.
3 Si comminentur castra, si minacibus
Infesta telis agmina,
Securus animi specto castra, prælia
Timore liber intuor.
4 Unum expetivi, & usq; & usq, id expetam;
Curis ut exemptus malis,
Sim sacrosanctæ semper ædis incola:
Augusta mirer atria,
Deoq; laudes personem, artus dum regit
Vitalis auræ spiritus.

Quum Deus in locis obscuris instat facis lucalentæ lucem mihi præferat, meq; tueatur, quæ violentia manifesta timorem mihi injiciat? quisve occultus dolus sit mihi formidabilis? 2 Cum sceleratorum conjuratio adversus me solum ab omnibus destitutum omnes opes suas ornasset, ipsi dolosi in casses fraudulentos mihi contruciando positos cecidêre. 3 Si exercitus mihi periculum intenter, si acies adversum me prodiens armis mortem mihi comminantibus minas intonet, exercitus absq; metu spectо acies quoq; intrepide video. 4 Hanc rem unam vehementer efflagitavi, assidueq; hoc unum à Jehova efflagitabo, ut solicitudinibus pravis liberatus, in templo ipsius inviolabili tota vita inhabitem, exterioremq; partem ejus venerandam cum admiratione cernam, Deúmque canam dum respiratio, quæ auræ adinstar est, corpus hoc animans gubernat. 5 Tum

5 Tum me sub umbra conditum tentorii
Celabit, & periculis
Procul remotum, rupis abruptæ velut
In arce positum, muniet:
6 Ac ne relictum nunc quidem impiæ sinet
Vi factionis opptimi.
Victorq, solum vota nec victoriæ
Autor mihi tacebere,
7 Audi invocantem supplicem, & fructū malis
Bonus favensq; subleva.
8 Te mens anhelat, vultus ad vultum tuum
Intentus usq; respicit:
9 Ne conde vultus lumen à me amabilis.
Neu me in tenebris desere.
Servum per iram ne sine opprimi tuum:
Vitamq; quam debet tibi,
Tuere ab hoste, & è periculis eripe,
Ospes salutis unica.
10 Me cari amici, me propinqui, me pater.
Me blanda mater liquerat:— At

5 Tum me, Jehova intra umbraculum pavilionis sui absconditum occultabit, neque à malis instantibus longè sepositum incolumem circumdabit, quasi in munimento rupis præcipitis sim collocatus. 6 Nec in præsentia sinet me auxilio destitutum scelerate conjurationis violentia confici; compositq; voti & salutis, promissa tibi sactificia reddam, cumq; te auctore & adjutore hostes superaverim, hujus beneficii laudem silentio non transibo. 7 Exaudi me humi prostratum orantem te, clemensque & facilis rebus adversis profligatum attolle. 8 Animus te vehementer petit, faciésque supplicis ad faciem tuam directa te assiduè intuetur. 9 Ne cela me gratum faciei jucundæ aspectum, néve animi incertum in rebus dubiis relinque: Ne permitte famulum tuum, dum ira incitaris, affligi. Tuque sola incolumitatis exspectatio, servi tui vitam, quam tibi uni acceptam refert, ab inimico defende, cumque rebus anguistis libera. 10 Dilecti consanguinei

At non reliquit. qui pios in asperis
*N*on deserit rebus, Deus.
11 Parens benigne me vias doce tuas.
Rectaque deduc semita:
Ne vis metusque ab hoste me deterritum
De calle recti detrahat.
12 Ne me impiorum obnoxium libidini
Relinque. *T*estes impii
Fingunt maligné falsa de me crimina,
Armàntque se mendaciis.
13 Mens victa tantis jam satisceret malis,
Ni spes foveret me tuæ
Benignitatis, post labores anxios
*M*ox affuturum gaudium.
Vivusque vivos inter ipse commoda
Vitæ beatæ præstolor.
14 In rebus ergo turbidis ne concide,
Sed fortis usque sustine.
Te roborabit Dominus, & cor fulcit:
Tu fortis usque sustine.

PSAL.

guinei mei parens, dulcisq; genitrix præsidium suum mihi subtraxerunt, at Deus me non deseruit, qui bonos in fortuna adversa ope sua non destituit. 11 Legem tuam, pater benefice, mihi ostende, rectamque vivendi rationem demonstra. 12 Ne violentia & timore formidantem ab æquo & bono divertere cogat, nève me pravæ malorum voluntati subjectum desere. Testes scelerati animo pravo criminationes falsas de mecum miniscuntur, fictisque criminibus tanquam armis & argumentis adversum me utuntur. 13 Mens tot tantisque molestiis superata, jam veluti sub earum onere corrueret, nisi liberalitatis tuæ expectatio me sustineret, & post molestias animum angentes lætitiam statim venturam mihi persuaderet, vivensque inter homines vivos commoda vitæ puriter actæ expecto. 14 Dum igitur res sunt turbulentæ, noli animum despondere, sed continuò constanter ferto. Dominus te viribus augebit, animumque tuum sustinebit, tu igitur assiduè animo excelso dura tolerato.

Regnator

David ab hostibus pressus, Deum orat pro salute sua, & illorum exitio salute accepta, Deum celebrat, suo & Ecclesia nomine, totiq; Ecclesiæ bene precatur.

PRincips stelliferis altior orbibus,
Vitæ præsidium & certa salus meæ,
Aurem supliciis da facilem meis,
Ne fiam similis busta petentibus.
2 Audi vota parens, quæ tibi profero
Supplex cum gemitu, brachia porrigens
Ad cœlum tremulis pervigil ignibus,
Cœlum templa tuæ conscia gloriæ.
3 ne me connumera cœtibus impiis,
Neu tanquam socium plecte nocentibus:
Quorum blanditiis illita mollibus
Lingua est, mens gelido livida toxico.
4 Illis nequitiæ præmia sint suæ,
Et merces studiis æqua nefariis:
Pro semente legant semina, pessimis
Dignum consiliis supplicium luant.
5 Non his consilii provida vis tui
(Qui me conspicuis tollis honoribus) In-

REgnator orbis, Cœlo stellato excelsior, minimèque dubium vitæ meæ munimen, & servator. supplicationem meam clementer audi, ne pari sorte sim cum mortem oppetentibus, aut funeribus, quæ ad sepulchrum efferuntur. 2 Audi pater orationem. quam tibi humi prostratus & gemens offero, manus ad cœlum tendens, stellis micantibus semper splendens, ad cœlum (inquam) ædem majestatis tuæ testem. 3. Ne me in numerum sceleratorum ascribe, neve in me tanquam facinorum cum noxiis participem animadverte, quorum sermo adulatione tinctus est, cor vero pallens frigido veneno infectum est. 4 Munera sint illis eorum pravitati æqualia, & remuneratio meditationibus scelentis digna fructus sationi respondentes colligant, pœnasque cogitationibus perversissimis debitas Deo persolvant. 5 Nec enim providentia mentis tuæ divinæ longè in futurum prospicientis

nfectaſve manus à ſcelere avocat.
Aut infeſta odiis pectora mitigat.
Ergo nec ſeries longa propaginis
Florebit, patrias nec ſoboles opes
Longæva accipiet: ſed celeri genus
Clades exitio proruet ac Domum.
6 Laus reddatur Domino, qui precibus meis
7 Se non difficilem præbuit. hinc meæ
Vires, hic clypeus rebus in aſperis:
Hinc ſpes, auxilium non dubium in malis;
Hinc cor gestit ovans: carminibus tuas
8 Laudes ora ſonant: qui populum tuum
In rebus trepidis protegis, & tuum
Regem ex inſidiis omnibus eripis.
9 Cuſtodi populum Rex hominum tuum:
Hebri fac ſoboles largiter omnibus
Vitæ continuò fructibus affluat.
Donec perpetuum ſol referet diem. PSAL.

(qui me muneribus ſpectaculo dignis effers) manus eorum ex gentis à factis nefariis avocat, nec animos mihi inimicos, odiis remiſſis aut finitis, mitiores facit. Ergo nec longus poſterorum ordo rebus proſperis fruetur, nec minorum poſteritas diu hanc vitam incolens, patrum potentiam poſſidebit: ſed calamitas illis à Deo illata prolem eorum, totamque familiam morte cita evertet. 6 Laudetur igitur Deus qui petitionibus meis ſe non inexorabilem exhibuit 7 ab eo meum robur eſt, Deus in rebus malis defenſor meus eſt. ſpes mea à Deo pendet, certumque mihi auxilium eo in rebus adverſis præſidium eſt, ab eo mens læta geſtu motuque gaudium ſignificat. 8 Os meum te cantionibus prædicat, qui populum tibi ſelectum in periculis defendis, regemque a tepopulo tuo conſtitutum à pravis hoſtium conſiliis eripis. 9 Servus Rex humani generis, gentem tibi ſacram; fac ut Hebræi affluenter omnibus vitæ emolumentis aſſiduè abundent, donec ſol continua ſerie diem reducet.

Sim

Propheta hortatur Principes ac potentes hujus mundi ad predicandas Dei laudes, propter documenta naturæ, ac nominatim tonitruum & propter documenta gratiæ, quam cum ecclesia sua communicat verbo.

SEu dives auro es, sive opibus potens,
Seu marte parta clarus adorea,
Agnosce numen gratus, & huc refer.
Quæcunque lætum ducis ad exitum.
2 Huic pange laudes, & prece supplice
Rerum parentem concilia: & Dei
Nutu regentis stelliferam domum
Dignare justis nomen honoribus.
3 Cujus liquentes vox gravida pluit
De nube rores, terrificos ciet
Cœlo tumultus cum tonitru, maris
Turbata ventis concita æquora:
4 Vox dignitatis plena, nec irrita
Unquam ad patrandum jussa potentiæ,
5 Nudare cedris seu Libanum juvat,
Celsasque ventis sternere traxinos:
6 Seu vincta saxis saxa revellere,
Notisque montes sedibus evocos

Ver-

Sive opulentus pecunia abundas, sive in magna sis potentia, sive laude bello quæsitâ nobilis es tu beneficiorum istorum memor, illa Deo omnia accepta refer, ab eo quoque proficisci puta, quæcunque ad jucundum finem perducis. 2 Hunc prædica humilique oratione Deum mundi auctorem amicum tibi facito, ejusque nomen cœlum gubernantis merita reverentiâ dignum existimato. 3 Cujus vox sonora cuncta concutiens, aquam liquidam de nube pluviæ plena demittit, in cœlo terribilem trepidationem cum ingenti sono facit, maris quoque tranquillam speciem ventis vexatam commovet. 4 Vox (inquam) illa Dei magnæ est majestatis, nec virium inefficacium ad ea quæ vult Deus præstanda. 5 Sive velit montem ullum ab arboribus magnis nudum & vacuum facere, sive arbores altas spiritus violentia dejicere. 6 Seu moles lapideas connexas dirumpere, seu montes è locis suis mo-

Versare, taurum ut verna per avia
Vexat juventæ læta protervitas.
7 Ad vocis ictum nubibus exilit
8 Elisus ignis, tesqua Arabum tremunt:
9 Feræ pavescunt: ante diem fluunt
Partus acerbi: robora concidunt.
Quæcunque Templo cœlum habet aureo,
Quæcunque tellus dædala sustinet.
Quæ celat undis æquor in abditis,
Dei fatenrur cuncta potentiam.
10 A voce vindex pontus inhorruit,
Undisque montes obruit, arbiter
Æterne rerum, quum libuit tibi
Delere gentes fluctibus impias.
11 Te dante vires, non opibus feros,
Horremus hostes, non numero graves.
Te dante pacem, progeniem Isaci
Cornu beabit divite copia.

PSAL.

tos huc illuc agitare, ut jucunda ætatis integræ petulantia, taurum huc illuc vere, *quo animalia lascivire incipiunt*, per campos devios versat. 7 Adsonum tonitrus flamma è nubibus expressa emicat. 8 Deserta Arabiæ locâ commota succutiuntur. 9 Animalia indomita metuunt, immaturi hominum & animalium fœtus abortum patiuntur, quercus ingentes cadunt. Quæcunque cœlum insplendido Dei domicilio continet, quæcunq, terra variis floribus artificiosè distincta sustentat, quæ mare in aqua occultiore abscondit, ea omnia Dei Majestatem exprimunt. 10 Mali hominum scelera puniens, à voce tua, judex omnium, commotum est, aquisque altissima quæq; terræ occuluit, cùm visum est tibi homines sceleratos aquis extinguere. 11 Te nos confirmante, inimicos ob potentiam feroces non timemus, eosque ob multitudinem molestos non reformidamus. Te dante ocium, abundantiæ dea posteros Isaci opulentos efficet.

Cantionis

David laudat Dominum quod se à morte per hostes intentata liberarit; pios ad ejus laudes celebrandas hortatur: calamitates & instaurationem suam à Deo factam narrat, eiq; votum laudis exhibet.

TE nostra semper carmina, te lyra
Sonabit orbis conditor optime:
De faucibus lethi imminentis
Incolumis tibi vota reddam.
Per te superbus nec lacrymis meis
Insultat hostis, nec fruitur malis,
2 Te rebus, incertus salutis,
Auxilium in dubiis popposci.
Per te receptis viribus haurio
Vitalis auræ lumen amabile:
3 Nec inferum sub nocte longa
Et tenebris jaceo sepulchri.
4 O turba puris debita ritibus,
Sacrisque castis, tollite laudibus
Placabilem votis parentem,
Et memori celebrate plectro.
5 Vanescit iræ vindicis impetus
Bullæ fugacis more: Dei favor

Bonis

CAntiones nostræ mentionem tui jugiter facient, nostraque lyra laudes tuas cantabit, mundi judex, bonorum omnium fons, deq; propinqua morte servatus, victimas tibi promissas solvam; hostis insolens operâ tuâ dolorem meum non irridet, nec ex meis rebus adversis voluptatem ullam capit. 2 Opem abs te petivi, dum de vita dubitans ærumnis premerer, auxilio tuo robore recuperato, jucundam aëris lucem, unde vivimus, traho. 3 Nec inter mortuos, & sub sepulchro tenebroso quiesco. 4 Vos autem honestis ceremoniis & sacrificiis incorruptis devoti, *Deum Patrem* precibus & donis propitiabilem laudate, cytharaque memoriam ejus usurpante frequenter de eo comemorate. 5 Fervor enim iracundiæ ejus vindictam expetentis, adinstar aquæ tumescentis breviq; evanescentis languescens decrescit: amor au-

tem

Bonis manu vitam benigna
Tristitiæ vacuam rependit.
Si forte sero vespere flebus
Vultus rigamur, mox redit aurea
Cum luce risusque & jacentes
Exhilarans animos voluptas.
6 Pacis beatæ quum frueret Bonis,
Mecum loquebar: De stabili gradu
Felicitatis nulla sortis
Me dubiæ quatiet procella.
7 Te dante vires, divitias, decus,
Te montis instar mœnibus æneis
Firmante regnum, vanum alebat
Credulitas mihi blanda fastum:
Tu me relicto stultitiæ meæ,
Dextram retraxti, retro abiit, domum
Repente turbatam relinquens,
Sors levibus mulcida pennis.
8 O præses orbis, pectore supplice
Mox te vocavi: te lacrymis madens 9 Opem

tem ejus innocentibus manu liberali vitam jucundam reddit. Quòd si casu aliquo vespere sub noctem, faciem lacrymis madefacimus lætitia continuò, jucunditàsque mentem languidam ad gaudium provocans, cum die amœno revertitur. 6 Cum fructu pacis bona secum omnia afferentis gauderem, ipse apud me statuens dicebam, nulla fortunæ incertæ tempestas me de certo vitæ beatæ statu deturbabit. 7 Te enim, Jehova, robur opulentiam, honorem mihi suppeditante; te imperium meum muris fortissimis, quasi monte circundarer, stabiliente, nimia credendi facilitas palpum mihi obtrudens, superbiam inanem fovebat. Tu autem cùm, permisso mei regimine vanis cogitationibus meis, auxilium tuum retraxisti, fortuna incerta leviter & citò discessit, domum confusam subito deserens. 8 Interea te, mundi dominator, mente humili confestim invocavi.

9 Tum

9 Opem poposci Quid profusus
profuerit tibi sanguis? inquam.
Quis mortis usus nostræ erit? an tuas
Laudes sonabunt, factaque posteris
Miranda muti prædicabunt
Sub gelido cineres sepulchro?
10 Placatus aurem da facilem meis
Votis, severos neu quer moniis
Averte vultus: pelle membris
Pestiferi mala dura morbi
11 Tu supplicanti protinus admoves
Aurem benignus: pro lacrymis mihi
Risum reducis, pro dolore
Lætitiamque alacremque plausum,
12 Te semper ergo carmina, te lyræ
Nostræ sonabunt: vox tibi serviet
Dicata, præbebitque nostris
Materiem tua laus camœnis.

PSAL.

9 Tumque auxilium lachrymans petivi, dixique, sanguinis mei effusio quam utilitatem afferet tibi? quod emolumentum tibi mors mea factura est? an corpus in cinerem solutum, elingue, te sub tumulo frigido laudabit? an mortui prodigia à te facta seculis venturis commemorabunt? 10 Tu propitius desideria mea & lenis exaudi, nec velut aversus & asper, querelas meas respue, pestilentiæq; dolorem toleratu difficilem à membris meis expelle. 11 Ecce repentè veniæ liberalis te suppliciter oranti aurem mihi applicas. proque fletu alacritatem, pro ægritudine hilaritatem, & plausum gaudii indicium mihi restituis 12 Idcirco nostra te cantica & instrumenta musica semper celebrabunt, sermoque tibi dicatus, tuo unius servitio mancipabitur, nominisque tui prædicatio cantionibus meis argumentum dabit.

David gravissima calamitate pressus, Deum orat pro salute sua, fidem habet misericordiæ Dei; miseriam suam explicans hostibus eximi imprecatur, liberatione quasi parta Deum laudat ob publica & privata beneficia, pios hortans ad diligendum & colendum Deum.

IN te locavi spem meam
Rerum creator optime:
At tu benignus prospice
Ne spei pudescat irritæ.
O juste vindex, fraudibus
Ab hostium me vindica:
2 Audi benignus supplicem:
Da promptus abjecto manum.
Me rupe serva ut inviâ
Clausum vel arce ahenea:
3 Tu rupis es mihi inviæ
Munimen, arx ahenea:
Ergo ut timori mentibus
Nomen tuum sit impiis,
4 Præi viam mihi, abditis
Me libera de cassibus.
5 Tu robur es meum: tuæ
Commendo vitam dexteræ:

Me

In te, mundi artifex, bonorum omnium fons, omnem salutis expectationem posui; tu verò veniæ dandæ facilis, cave ne subeat me pudor spei nihil mihi proficientis. O qui ex æquo & bono peccata ulciscéris, pro ea justitia, qua promissa præstare consuevisti, ab inimicorum insidiis me liberato. 2 Orantemque facilis & liberalis exaudi, præsensque mihi contempto auxilium afferto, me velut monte prærupto & inaccessibili munitum, vel castello invincibile clausum custodi. 3 Tu mihi munimentum es inaccessibili, tu quoque mihi tutela es invicta; itaque ut à sceleratis timearis. 4 Viam mihi per medias tempestates, *gloriæ tuæ consulens*, commonstra, meq; à fraudibus occultis eripe. 5 Tuis ego unius viribus nitor, meq; fidei & potentiæ tuæ custodi-

endum

Me libera pacti Deus,
Tenax, memor que fœderum.
6 Qui vana stulti somnia
Sectantur odi pessimé,
Tu certa spes mihi es, meæ
Tu portus es fiduciæ.
7 Inter labores asperos
Lumen tuæ clementiæ
Fulgens repente turbidum
Perfulgit animum gaudio.
8 Quum me tyrannis impotens
Urgeret hostis impii
Jam jam imminentis pallidis
Lethi explicasti faucibus.
9 Miserere fracti tot malis
Tot obruti doloribus:
Caligat oculus, mens stupet
Mærore corpus tabuit:
10 Caduca vita elabitur
Mærore fracta & luctibus
Interque; clades aridis
Fluxere vires ossibus

endum dedo: tu verò stans promissis, & conventorum semper reminiscens, servum è periculis erue. 6 Maximum in decipientes odium habeo, qui per stultitiam vanis commentis parent. Tu mihi expectatio non dubia es, tu tibi fidenti famulo tutela es tutumq; perfugium. 7 Dum in duris periculis essem, lux tuæ bonitatis splendens animum solicitum subitò lætitia explevit. 8 Quum effrenata inimici scelerati violentia mihi instaret, tu me à morte impendente pallorem afferente liberasti 9 Respice me favens tot rebus adversis debilitatum, totque anxietatibus mersum visus caligine obducitur, mensque malorum magnitudine hebetata est: Caro ægritudine defluxit seu tabe quadam liquesceret. 10 Vita incerta & fragilis ægrimonia & mæstitia debilitata paulatim gerit, dumque in magnis malis, versor, costis humore defectis robur evanit.

Me ridet hoſtis & meis
Inſultat inſolens malis:
Horrent propinqui: cæteri
Vitant metu periculi.
12 E proximorum mentibus
Obliteror, ſeu mortuus.
Contemptior ſum civibus
Quam lamna teſtæ fictilis.
13 Me multitudo opprobriis
Coram laceſſit aſperis:
Vim machinatur in meam
Jurata mortem factio:
14 *E*go interim fiduciâ
Opis tuæ, dolos, minas,
*I*njurias, & hoſtium
Contemno contumelias.
15 Tu fila vitæ rempera
Meæ, regiſque tempora *t*
*T*u me impiorum libera
Ab hoſtium tyrannide.
16 Oſtende vultum amabilem

Servo

11 Inimicus me ſubſannat, & elatus clamitatibus meis gaudet: quas mihi inſolenter exprobrat; cognati à me abhorrent, alii damni ferendi timore me fugiunt. 12 E propinquorum animis deleor, ceu in ipſa rerum natura non ſim: vilior ſum habitus hominibus ejuſdem mecum gentis, quàm bractea vaſis è lutō confracti. 13 Vulgus me præſentem lacerat, acerbiſque contumeliis ad iram provocat: cœtus ad me interimendum conjuratus violentiam aliquam comminiſcitur. 14 Ego interea auxilii tui ſpe, fraudes, comminationes, injuſta facta, & inimicorum opprobria nihili pendo. 15 Tu meum vivendi curſum moderaris, vitæque meæ ſpatia, *quæ ſolum penes ſunt*, gubernas: Tu me à violentia inimicorum ſcelerorum eripe. 16 Famulo tuo benignus

Servo bonus tuo & favens:
Me tuere qua soles
Semper tuos clementiâ.
17 Ne sit pudori quod tuam
Imploro opem: pudor malos
Confundat, & silentium
Longum sepulchris sopiat.
18 Assueta vox mendacio
Sit muta, vox procacitèr
Solita bonos lacessere
Et arroganter spernere.
19 O quanta te colentibus
Et quot redundat commoda!
Quot teste mundo prosperis
Auges tuos successibus!
20 Hos protegis reconditos
Procul a minis potentium,
Tuaque munis in domo
Linguæ veneno ab impiæ.
21 Tibi perennis gratia
Sit, rector orbis, qui velut

---

signus & facilis. jucundum tui conspectum commonstra, eaque me bonitate defende, qua consueviſti tuos assiduè tueri. 17. Ne sit mihi ignominiæ, quod abs te auxilium peto: turpis erroris confessio ruborem pravis aspergat, & taciturnitas perpetua eos in tumulis quieti dedat 18 Vox quæ consuevit mentiri, silentio damnetur; vox (inquam) assueta innocentes petulanter lacerare, solitaque probos superbe contemnere. 19 O quàm magna, quamque numerosa bona te honore prosequentibus adveniunt! quot rebus ex sententia cadentibus, vel omnibus hominibus conscius, servos tuos ditas! 20 Hos operis absconditos longè à divitum tyrannorum comminationibus, & in ecclesia tua à virulento linguæ sceleratæ sermone tueris. 21 Perpetua animi grati testificatio sit tibi, mundi gubernator, qui me ab imminente damno

Munita in arce me procul
Periculis ſubmoveras.
22 Expes, inops vitam fugâ
Quum vix tuerer anxiam,
Mecum ipſe dixi, jam truci
Reliquit hoſti me Deus.
At tu nec in periculis
Oblitus extremis mei
Aurem benignam ſupplici
Ac invocanti admoveras.
23 Ergo patrem rerum optimum
Amate candidi & pii,
Qui faſtuoſos deprimit,
Et obſequentes erigit.
24 Qui ſpem locatis in Deo,
Conſtanter illi fidite,
Nec robur animi concidat
Sortis procellâ turbidæ.

longè remotum ſubtraxiſti, & veluti in propugnaculo firmo poſuiſti, 22 Quum ſine ſpe, auxilii egens, vitam laborioſam fugiendo vix defenderem, hoc tacitè mecum cogitavi, Deus me jam inimico crudeli deſeruit. At tu non immemor mei, in ultimo diſcrimine mihi ſupplicanti, teq; humiliter inclamanti aurem mitis applicaſti. 23 Vos itaque omnes ſinceri & invidiæ expertes, Deique amantes, rerum omnium creatorem diligite, qui ſuperbos humiles reddit, & dicto audientes beneficiis auget. 24 Qui expectationem boni habetis in Deo, animo firmo illi confidite, nec virtus animi veſtri tempeſtate fortunæ adverſæ omnia turbantis, imminuatur.

PSAL XXXII. CAR: GEN; 15.

Pſalte: felicitatem piorum in peccatorum remiſſione ponit, & experientia ſua confirmat in fide, invocatione & obedientia, propoſitaque admiratione Dei in bonos & malos, illos hortatur ad gaudium in ſpiritu.

O Ter beatum cui patris optimi
Noxas remisit lethiferas favor,
Cui fœda morum flagitia obruit
Oblivioso tecta silentio!

2 O ter beatum cui bonus arbiter
Non imputavit lubrica deviæ
Errata vitæ, , nec reperit dolum
Cæco in recessu pectoris abditum!

3 Donec fovebam sub tacito sinu
Morbum, solutis languidus ossibus
Artus trahebam, luctificus dolor
Questum ciebat non patiens tegi.

4 Tu me premebas prævalida manu
Infestus, atris seu tenebris diem
Nox condidisset, seu rosea dies
Orbem recurrens luce retexerat,
Sic decolorem tabificus cutem
Mœror coquebat. sic macie dolor
Siccabat artus, messis ut Africæ
Cancri per æstum mitius ardeat. 5 Tum

O Valdè felicè in cui benignitas Dei parentis, fontis bonorum omnium, peccata mortifera condonavit, cui turpia animi facinora operuit taciturnitate abscondita, tanquam oblivione deleta! 2 O valdè felicem, cujus vitæ á recto recedentis scelera per fragilitatem *corporis & carnis admissa*, judex favens Deus in rationes suas non retulit! nec fraudem in intimis animi penetralibus absconditam invenit! 3 Quandiu vitium animi taciturnitate alebam, laxis artuum nexibus infirmus, difficulter ingrediebar: ægritudo luctus Exprimens, Impatiens absondi, querelam excitabat. 4 Tu tanquam inimicus me petens, vi potenti persequebaris, sive nox obscuritate sua, quæ atra videtur, lucem abscondisset, seu dies revertens terras lumine jucundo ostendisset, mœstitia corpus tanquam tabe consumens pellem decoloratam sic extenuabat, ægritudo succum corporis penè exanimis macritudine sic hauriebat, ut frumentum Africæ, mense Junio dominante cancro, minus siccetur. 5 Tum

5 Tum mente versâ vulnera protuli,
Tibi renudavi vitium meum,
Fraudem retexi: ac tu mihi protinus
Noxâ soluto conciliatus es.
6 Qui mentis ergo pura sacraria
Servare quærit, te præce supplice
Placet: nec orbem pontus ut obruat,
Formidet æstus lethiferi minas.
7 Tu me periclis eripis asperis
Tutela præsens: tu mihi gaudia
Toto refundis corpore, ut hostium
Qui vincla fracto carcere depulit
8 Nec sat, tenebris pectoris auferam,
Inquis: beatæ qua ferat orbita
Monstrabo vitæ, nec procul a tuis
Unquam reflectam lumina gressibus:
9 Mulis equisque ne similis modo
Sis, bruta quorum pectora gratiam
Non mutuam novêre, sed asperis
Fracti lupatis servitium ferunt. 10 Multa

5 Tum sententiâ mutatâ, peccata mea tibi ostendi, delicta mea tibi detexi, offensionis *sine dissimulatione* tibi monstravi: Tu vero mihi crimine liberato, amicus statim factus es. 6 Qui igitur vult conscientiam intaminatam custodire, ille te sibi oratione humili placatum reddat, nec ullum mortiferum periculum intentatum metuat tametsi mare terras operiat. 7 Tu custos propitius me à magnis malis imminentibus liberas: Tu per omnia corporis membra mihi lætitiam excitas. non absimili ei, qui rupta inimicorum custodia catenas abjecit: 8 Nec hoc satis habes, abs te inquis mihi, inscitiam animi amovebo, tibiq; ostendam per quæ loca via vitæ felicis te deducat, nec unquam longè ab itinere tuo oculos summotos divertam. 9 Tantumodo ne mulos & equos imitando referas, quorum ingenia intellectus & rationis vacua, amoris reciproci sensum nullum habent, sed duris frænis domiti dominis suis parent. 10 Ma-

10 Multa obstinatam nequitiam manent
tormenta: pura qui Dominum fide
Orabit, huic pacem & veniam dabit,
Non durus unquam parcere supplici.
11 Recti tenaces simplicis, & quibus
Est grata fraudum nescia veritas,
Favente læti numine gestibus,
Et voce vestrum pandite gaudium.

10 Malitia contumax multas pœnas subibit, qui autem Deum fide non simulata precabitur, Dominus animi tranquillitatem ei tribuet, gratiamque delictorum faciet: Dominus inquam, sem per facilis ad veniam dandam supliciter oranti. 11 Vos autem qui constantes justitiam, sinceram charam habetis, quibusque veritas à dolo aliena jucunda est, vos inquam hilares Deo vobis applaudite, lætitiam vestram corporis motu & oratione declarate,

PSAL. XXXIII. CAR. GEN. 17.

Psaltes laudat Deum à mirificis operibus ejus ex ordine, vel extra ordinem naturæ facta contra infideles, & erga fideles, erga quos præcipitur singularis Dei providentia: postremò ecclesia fiduciam suam in Deum professa, sibi benignitatem illius exoptat.

VOs quibus puræ est amor æquitatis,
Læti pangite carmine
Orbis auctorem Dominum: æquitatis
Hoc carmen decet æmulos
2 Tinniat blando chelys hunc susurro,
Hunc vocalia nablia,
Docta bis quinis resonare nervis
Hic artem manus approbet.
3 Huic novos canrus meditemur: uni

QVi justitiam inviolatam diligitis, alacres Dominum mundi opificem cantionibus vestris cantate: talis enim cantio justitiæ cupidis & studiosis convenit. 2. Cythara dominum sono jucundo canat, nablia bene sonantia eundem concinant, artifex peritus modos faciendi decachordo artificium suum in eo canendo ostendat. 3. Eidem carmina nova commenti, exercemus, Deoque

soli

Læti clangite buccina.
4 Nam fides dictis rata veritásque est,
Et factis comes æquitas.
5 Quippe qui justi est & amator æqui, &
Veri fallere nescii:
Perque terrarum sola vasta notæ
Cunctis munificentiæ
6 Is suo verbo sinuavit orbem
Lucentem nitidi ætheris:
Quicquid & puris radiis renidet
Campis ætheris igneis,
7 Littus arctavit maris inquieti,
Compressitque licentiam:
Et penu clausas sinuavit undas,
Unde in tempore promeret.
8 Hunc & occasus metuant & ortus:
Hunc unum Dominum colat
Quisquis extremos ubicunque fines
Terræ, aut æquoris accolit:
9 Cujus à nutu viget, interitque

Quo-

soli cornu læti sonate. 4. Nam verba ejus omnia sunt constantes vera, factáque constanter æqua & justa. 5. Quandoquidem Deus is est, qui justitiam, æquitatem ac veritatem decipiendi ignaram amore amplectitur, idemque Deus est liberalitatis per ingentia orbis spatia perspectæ. 6. *Hanc ejus laudem à vobis postulat pulcherrimus iste rerum universitatis ordo:* Deus enim is est, qui solo verbo & decreto suo lucidum cœli splendidi globum in arcum collegit, & quicquid lumine puro relucet, in vasto expansi spatio instar ignis lucido globum etiam flexit. 7. Oram maris semper agitati constrinxit, & vagandi licentiam coërcuit, aquasque vel in cella coërcitas recollegit, ex qua cùm opus esset, eas depromeret. 8. Pars illa mundi ubi occidit, & ubi oritur, Deum refomidet: quisquis etiam prope ultimas oras terrarum aut maris habitat, hunc unum Dominum veneretur. 9. A cujus voluntate quicquid

perit

Quodcunque interit, aut viget
Cujus immotis tremefacta parent
Cuncta obnoxia legibus.
10 Qui malas artes populi prophani
Ludit callidior suis:
Et suo injustæ scelerata turbæ
Fraudat consilia exitu.
11 At quod arcana sibi mente rerum
Author proposuit semel,
Dum dies & nox referent se in orbem,
Usque immobile permanet.
12 O quater, plusquam quater ô beatos,
Patronus quibus est Deus!
Quos sibi excepit, propriamque sortem,
Quos dici voluit suam.
13 Despicit mundi pater è beata
Cœli stelliferi domo,
14 Eque tranquillis adytis laborat,
Et curas hominum videt:
15 Quippe qui cæcos animi recessus

perit, aut aliquo vitæ genere vegetatur, vegetatur aut perit; cujus statutis æternis omnia subdita cum reverentia ac tremore obsecundant. 10. Is etiam est Deus, qui hominibus omnibus sapientior prava populi impii con menta prudentiâ suâ irrita facit, qui nefaria hominum injustorum consulta vana reddit. 11. At, quod mundi opifex consilio suo nobis occulto semel constituit, immutabile semper & firmum perstat, quamdiu lux & tenebræ vicissim per circulum redibunt. 12. O multùm felices quibus Deus propugnator est! quosq, singulari cura complexus, peculiariter sibi recepit suamque hæreditatem appellari placuit. 13. Creator ipse, rerum à se conditarum non ociosus speculator, è felici domicilio cœli stellis ornati, oculos in terram demittit. 14. Et ex intimis cœli locis pacatis molestias & cogitationes hominum cernit. 15. Nec id ei occultum est, quod in animi penetrali abstru-

Humani fabricaverit,
Nec, quod arcano latet in receſſu
Clauſum pectoris, hunc latet.
16 Sperat incaſſum numero tyra
Se tutum fore militum
Sperat incaſſum validis lacertis
Se miles fore ſoſpitem:
17 Sæpe ſpem fallit præeuntis euros
Bellatoris equi fuga:
18 At Deus juſtos oculo irretorto
Semper reſpicit & pios;
19 Mortis ut vertat jacula imminentis,
Diram & ſævitiam famis.
20 Una ſpes nobis opis hinc ab uno
Certum præſidium in malis.
21 Ille perfundet ſibi dedicata
Dulci pectora gaudio:
22 Illi fidentum ſibi ſpes precéſque
Lætum ducet ad exitum.

PSA

ſum & reconditum, homines cogitant & moliuntur; quippe loca animi humani oculis impervia formaverit. 16. Rex ob pias ſuas fruſtra cogitat ſe extra periculum fore. 17. Bella fruſtra expectat ſe vi virium incolumem futurum, celeritas equi bellum parati vento etiam velocioris equitis expectationem ſ decipit; hi autem ſua ipſorum culpa pereunt. 18. Sed Deu quitatis & pietatis ſtudioſos oculis immotis ſemper intuetur. Ut pericula mortis inſtantis ab eis detorquens ſalvos & incolu præſtet, & penuriam victus crudelem irâ Dei mundo immiſſa a tens, *quantum ſatis eſt ad vitæ hujus curſum conficiendum ipſis oppo ſubmin ſtret.* 20. Sola expectatio auxilii & tutela non fallax rebus averſis à ſolo Deo nobis eſt. 21. Ille nos ſibi deditos p miſerias aſperas lætitia grata imbuet. 22. Ille expectationem vota ſibi confidentium ad finem jucundum perducet.

David ab Achis rege Geth liberatus, se & ecclesiam ad Deum celebrandum excitat, doctrinam de officio nostro attexens Dei providentiam, propitiatem & constantiam in nobis servandis a malo, redimendisque exhibitat.

Eu læta fors me foverit, seu tristior
Uexarit, omni tempore
Laudabo Dominum, semper illius meum
Os personabit laudibus.
Mihi hæc voluptas, hoc erit solatium,
Mihi hoc levamen in malis:
Neóque turba tristis exemplo suas
Solabitur molestias.
Una agite cuncti prosequamur laudibus
Nomenque numenque illius.
Ille in periclis me vocantem exaudiit,
Statimque repulit metum.
Qui cuncta ad illum consilia referunt sua,
Læto his nitentes gaudio
Vultus renident, nec repulsæ infamia
Rubore confundet genas.

6 En,

Sive melior vitæ ratio me malius tractaverit, sive durior vivendi conditio me molestiis affecerit, Deum sine intermissione præcabo, perpetuoque ejus præconia ore canam. 2 Laudis Dei celebratio meum erit gaudium, mea consolatio, meorumque malorum alleviamentum, hominesque affectione sua mœsti, me intuentes & imitantes, animi anxietates ex miseriis perceptas lenibunt. 3 Eia igitur nomen & majestatem Dei simul conjuncti magnifice laudemus. 4. Ille enim mihi in discrimine eum invocanti succoratus fuit & repentè timorem mihi ab hostibus injectum dissipavit. 5. Qui ergo ei cogitationes suas omnes committunt, horum facies nitidæ præ lætitia gaudium præ se ferunt, nec ignominia petitionis recusatæ malas pudore eis turbabit. 6. Ecce enim inqui-

6 En, pauper iſte quum vocaret, omnibus
Hunc eruit periculis.
Dominum timentũ caſtra munit Angelus
Demiſſus ad cuſtodiam:
Et imminentes arcet hoſtes, & pios
A vi tuetur impia.
8 Facite periculum, jam ſcietis quam Dei
Immenſa ſit benignitas:
Quam ſint beati, ſpes in illo qui ſuas
Omnes opéſque collocant.
9 Gens ſancta Dominũ colite: nil deerit Deũ
Fideliter colentibus.
10 Violenta feritas ſentiet famem: bonis
Cuncta affluenter ſuppetent.
11 Adeſte filii, audite, vobis numinis
Verum timorem ut indicem.
12 Quicunq; curis liberam & longam cupis
Vitam beatus ducere,

13 Ligua

ent, calamitoſus iſte cûm Deum oraret. ex cunctis eum diſcriminibus eripuit. 7. Nuncius Dei cœlitûs ad piorum tutelam miſſus, domicilia Dominum colentium cuſtodit, prohibetque inimicos ad vim intentos, propius accedere, bonóſque à violentia impiorum defendit. 8. Experimini, ſtatimque inteligetis quam latè patens ſit Dei infinita liberalitas unà mecum exclamaturi, quam ſint felices, qui omnem expectationem, omneque vitæ ſubſidium in eo ponunt 9. Pii itaque omnes Deum veneramini, nihil in tempore aberit cultum Deo ſincerum tribuentibus. 10. Homines autem ſævi per vim omnia agentes, & ex pauperum óppreſſione opes & potentiam ſibi quærentes, victus penuriam patientur; piis verò omnia abundè aderunt, quæ ipſis commoda eſſe poterunt. 11. Præſtò mihi eſtote chariſſimi, auſcultate me, ut vobis veram Dei religionem, & piè vivendi regulam oſtendam 12. Quicunq; vis omni vero bono cumulatus vitam ſecuram diuturnam vivere.

13 Lin-

13 Linguæ refræna virus, os nefaria
A fraude purum continе:
14 Capesse recta, curva vita, dilige
Tranquilla pacis otia.
15 Deus innocentes aspicit; & commodat
Intentus aures ad preces:
16 Torvo scelestos intuetur lumine,
Et nomen etiam obliterat.
17 Justũ invocantẽ Domino audit, omnibo
Eum expedit periculis.
18 Quum spes labores deserit mortalium,
Afflicta quum molestiis.
Succumbit oneri mens, Deus præsens adest
Malasque curas diluit.
19 Justis labores suggerit semper piis
Iniqua sors conatibus:
Sed qui bonorum semper est custos Deus,
Sortis retundit spicula.
20, 21 Et ossa servat ne terantur, impios
Ulci-

13. Linguam maledictis abstine, os à dolo scelesto cohibe. 14. Justa obeas, iniusta fuge, pacem laboris & curarum vacuam amore amplectere. 15. Multa licet piè viventibus subeunda sunt certamina, Deus tamen innoxios, justitiæ studiosos intuetur, deque iis solicitus, orationem ipsorum libenter audit. 16. Malos autem oculo irato contemplatur, eosque & memoriam ipsorum insuper extinguit. 17. Deus pium clamantem exaudit. eumque ex omnibus difficultatibus eruit. 18. Cum homine fructum ex laboribus suis desperant, ad extrema usque redacti, curisque malis oppressi, animum despondent, Deus ad juvandum animo fractos paratus est, anxietates eorum mitigat. 19. Fortuna voluntati piorum adversa, bonis justitiæ studentibus molestias semper suppeditat, sed Deus justorum perpetuo patronus pios calamitatibus liberans, irritos facit fortunæ conatus. 20. 21 Ossaq; piorum tuetur, ne

ab

Ulciſcitur ſcelus ſuum.
Et quiſquis hoſtis eſt piorum, cum domo
A ſtirpe cæſus interit.
22 Animas tuetur ſe colentium Deus,
Nec rem domumque deſerit.

ab hoſtibus comminuantur: de malis verò ſua ipſorum vitia pœnas ſumunt, & quiſcunque inimicus eſt bonorum, cum familia radicitus evulſus perit. 22. Deus autem vitas ipſum venerantium defendit, nec eorum bona & familiam auxilio ſuo deſtituit.

PSAL. XXXV. CAR: GEN: II.

David implorat Dei opem ad hoſtium exitium & ſalutem ſuam, injurias ab eis hypocriſin explicat, ſervari a Deo petit, contra eorum conatus teſtem & judicem appellans Deum improhibitatis illorum & innocentiæ ſuæ, ad gloriam ipſius, & publicum Eccleſiæ bonum.

RUrum ſancte opifex ades,
Et patrocinio protege me tuo:
Et retro refer in meos
Hoſtes perniciem, quam mihi comparant:
2 Scutum cum jaculiscape:
3 Enſem ſtringe: meis hoſtibus obviam
Prodi: dic animæ meæ,
Secura auxilio nil metuas meo.
4 In vultus pudor hoſtium
Et turpis ſubeat dedecoris rubor:
Fœdam corripiant fugam
Cæcas inſidias qui mihi præparant.

5 Ut

AUxilio ſis mihi, mundi Creator, meque favore & ſubſidio tuo tuere, inque meos inimicos malum, quod mihi machinantur, rejice. 2 Clypeum cum miſſilibus accipe. 3 Gladium nuda, & adverſum inimicos meos exi, dicitoq; animæ meæ expers timoris, nil time me defenſore. 4 Metus ignominæ, & fœdus infamiæ timor in faciem inimicorum meorum irrepat, quod propoſiti eventu fruſtrentur: rapiter in fugam vertantur, qui mihi dolos occultos ſtruunt.

5 Et

5 Ut ſævus boreas levem
Raptat præcipiti turbine pulverem;
Sic illos trepida fuga
Vindex præcipites urgeat Angelus:
6 Sit cœno via lubrica,
Et cœlum tenebris lurida nox tegat,
Et formidine pallida
Vindex præcipites comprimat Angelus:
7 Nam me fraude mala ſuis
Conati immeritum prendere caſsibus
Et cæcam innocuo ſcrobem
8 Effodêre, ſuis caſsibus hæreant:
Et factam exitium in meum
Cæci & Præcipites in foveam ruant.
9 Perfuſa interea mihi
Dulci lætitia pectora geſtient.
Mens ſecura periculi
Authorem Dominum lætitiæ colet:
10 Et ſenſus animi indices
Clamabunt, Domino quis ſimilis Deo? Qui

5 Et quemadmodum aquilo vehemens terram ſolutam mobilem flamine violentiore violenter rapit, ſic nuncius Dei ſcelerum ultor cœlitùs miſſus, eos ex alto dejectos, fuga feſtinata in præceps impellat. 6 Via eorum luto ſit inſtabilis, quocunque pedem moverint, & nox obſcura ſtellas in cœlo caligine abſcondat, Deique nuncius ultor dubios in præceps euntes perſequens coerceat, timore eis injecto pallorem inducente. 7 Nam me dolo malo innocentem poſtis inſidiis capere attentarunt, inſontique foſſam occultam excavarunt. 8 Retibus impliciti maneant, inque foſſam ad interitum meum factam improvidi & in præceps cadant. 9 Hæc dum hoſtibus contingent, cor mihi gaudio ſuavi velut imbutum & oblitum ſaliet, & mens abſque ullo damni timore Deum venerabitur, qui me lætitia afficiet. 10 Membraq; ea, quibus ſentimus eos ſenſus interioris interpretes, tam clarè indica

Qui fastus gravis improba
Defendit tenues a violentia:
Verantemque opis indigos
Frangit sævitiam vindice dextera.
11 Conjurata calumnia
In me criminibus sævit atrocibus:
Ignotum scelus in meam
12 Fingunt perniciem: quæ bene feceram,
Compensant odiis malis,
Et vitæ invigilant exitio meæ.
13 Illos tabificæ luis
Ægris visceribus quum dolor ureret,
Squalens veste ego lugubri,
Jejunaque fame pallidus & siti,
Et postratus humi, Deum
Lenibam lachrymis & prece supplice,
14 Sic sincerus amici amor
Sub cari interitum luget amiculi:
Sic fratrem gemit unicum
Frater: sic pietas anxia filii
Maternum ad tumulum dolet,
15 Me fortuna gravi sitetigit manu,

indicabunt acsi clamarent, quis æqualis est Domino in cujus testate sunt omnia? qui pauperes ab importuna vi superbiæ molestiæ munit, manuq; ultrici crudeles, inopes molestiis afficientes, comminuit. 11 Calumniatores conspirantes criminationibus truculentis sævitiam in me exercent: facinúsque nefarium de quo nihil unquam cognovi, in exitium meum comminiscuntur. 12 Officia mea malevolentia remunerantur, inque perniciem meam animum intendunt. 13 Quum vehemens pestilens sensus corpus in tabem solventis illos acerrimè affligeret, pannis interioribus male affectis; ego incomptus, veste luctum indicante, & victus aq; potus penuriâ ex longo jejunio pallens, humi jacens, fletu & oratione humili Deum flectebam. 14 Sic am

Concurſant, mala gaudia
Inter ſe celebrant: fæx populi coit.
Incauto invidiam creant:
16 Proſcinduntque avidâ me petulantiâ
Scurræ cum balatronibus,
Dentem dente acuunt, & rabiem vomunt.
16 Quem finem patientiæ
Tam lentæ ſtatues, ô pater optime?
Arce hoc ludibrium, neque
Deſertum rabidis trade leonibus;
18 Acceptum ut referam tibi
Quòd vivo, & video lumen amabile:
Et cœtu in celebri canam
Te, pronum auxilium ferre vocantibus.
19 Fac ne ſpes alat improbas
Semper turba meis læta moleſtiis:
Neu nutu acoeuſis noter,
Exulletque meis hoſtis atrox malis: 20 Qui

ens verè & ex animo ſuos amore proſequens, morte charo amico imminente, dolet: ſic germanus germanum unicum morbo abſumptum ingemit, ſic filius amans parentis & animo turbatus, ad matris ſepulchrum luget. 15 At ſiquis gravior caſus mihi incidit, hoſtes adverſum me conveniunt, viliſſimi quique ex infima plebe concilia ſua habent, odium in me improvidum concitant. 16 Paraſiti & nebulones verbis probroſis & procacibus me laceſſunt, ringuntur, & inſana maledicta è pectore promunt. 17 Quando, genitor indulgentiſſime, finem facies tam longæ maledictorum tolerantiæ? hunc contemptum à me depelle, neque me, à te relictum, hominibus violentis exponas. 18 Ut fatear me tibi debere, quòd ſuperſim, & lucem jucundam cernam, teq; in magno populi conventu laudem, promptum ad te invocantes juvandum. 19 Fac ne multitudo meis doloribus læta inanes & malas ſpes has nutriat, fore ut de me ſuperato, gaudio eadem triumphet: non crudelis inimicus me capitis motu, aut oculorum geſtu indicet, meiſque rebus adverſis lætetur.

20 Qui ſermonibus aſperis
Inſultat, trucibuſque inſidiis petit
Pacatum malé callidus,
Incautum ut tacitis illaqueet dolis.
21 Non diducere deſinunt
Rictum riſu: Oculis (euge) oculis diem
Lætum vidimus inquiunt.
22 O qui luminibus cuncta tuentibus
Terras reſpicis, hæc vides?
Ergo ſepoſita protege me mora:
23 Jam tandem evigila, & manu
Ultrice indomitam frange ſuperbiam:
24 Juſto & ſuplicio preme
Vindex juſte malos, neu ſine de meo
Luctu lætitiam ferant.
25 Neu ſecum tacito pectore murmurent,
Evax, recté habet: omnia
Supra vota cadunt: vicimus, en jacet.
26 Fœda ignominia luant
Stultam lætitiam, dedecoris comes Inſam

20 Qui oratione virulenta & prava calliditate me invadit, pacifique & otii ſtudioſum fraude crudeli perſequitur, ut me inſidiis occultis imprudentem opprimat. 21 Non ceſſant os ad ridendum ſolvere, bene res habet, aiunt, diem jucundum aſpeximus. 22 O qui univerſas nationes oculis omnia cernentibus contemplatis, haſne injurias aſpicis? Itaque me, abjecta omni cunctatione, defende. 23 Et poſt longam moram interpoſitam mihi expergiſcere, ac inſolentiam, quæ alioqui compeſci non poteſt manu vindice imminue. 24 Ultorque æquus pravos pœna meritâ coërce, neu permitte ut de triſtitia mea gaudium auferant. 25 Neu apud ſe in animo dicant, O rem jucundam! res bene habet, omnia melius eveniunt, quàm optaremus, victoriam deo retulimus, ecce contemptus eſt. 26 Gaudium hoc ſine ratione acceptum turpi dedecore ſolvant; & verecundia ignominioſa de-

deco-

Infamis pudor eluat
Importuna meis gaudia de malis.
27 At cordi quibus æquitas
Est nostra, ac animus nil sibi conscius,
Vitam tristitia procul
Lætam semper agant, ac Dominum ferant
Cœli ad sidera laudibus,
Qui curis famulos liberat anxiis.
28 Semper justitiam mea,
Custos sancte hominum, lingua canet tuam,
Et præconia, dum mihi
Impellet calidus pectora spiritus.

decori adhærens lætitiam ex malis meis alieno tempore perceptam abstergat. 27 At verò, qui justæ causæ nostræ animoq; meo nulla à se commissa scelera agnoscenti favent, semper læti, & a mœstitia anxietatem afferente exolvit. 28 Lingua autem mea, gentis humanæ servator, æquitatem istam in hostibus nominis tui ulciscendis perpetuò commemorabit. laudesque clementiæ in tuis conservandis decantabit, quamdiu respiratio calida pulmones movebit,

PSAL. XXXVI. CAR. GEN. 18

David regnum aditurus, Deum celebrat, à diuturna patientia & beneficentia ejus erga impios & contumaces, erga res omnes creatas, & erga Ecclesiam suam orans deum pro salute & prosperitate populi dei & sui.

UT exta flammis mille sacrificis cremes,
Oscula des saxis, ingeminesque preces;
Atque donis largus accumules tuis,
Non facies tamen ut te reor esse pium:

Sce

Quamvis innumera victimarum viscera ignibus ad sacrificia cremanda adhibitis combures, simulachraq; lapidea osculeris frequenterque orationes repetas, & altaria muneribus abs te oblatis liberaliter impleas; non efficies tamen ut credam te religiosum dei cultorem esse: nefaria tua facta te mendacii arguunt, ai-

Scelera reclamant & negant te credere,
Consilio mundum qui regat, esse deum.
2 Utcunque coram blandiare, non tamen
Impietas tacito pectore clausa latet:
Erumpit ignis instar ac tui trahit.
Secum odium atq; odii perniciem comitem.
3 Quodcunque loqueris fraude tinctum est: res-
Auribus ingratis qui potiora monent (puit
4 Scelus nefandum nocte tota cogitas:
Recta fugis semper deteriora foves.
5 O magne rector orbis, indulgentiæ
Munera terra, fretum sentit & astra tuæ.
Quæcunque cœlum amplectitur, parentia
Legibus orta vigent lapsa caduntque tuis.
6 Modus æquitatis & tuæ sapientiæ
Cunctaque quæ fecit, cunctaque facta regit,
Longe nivosis montium fastigiis
Altior est vasti gurgitibusque freti: Humana

aiuntq; te non existimare ullum esse deum, quum orbem providentia suaque berner. 2. quomodo cunque in præsentia hominum tibi ipsi placens oratione blanda utaris, contemptus tamen Dei ac rerum divinarum in animo inclusus, Deo & hominibus non ignoratur. Impietas tua tanquam flamma sese prodit, unaque in te malevolentiam hominum ac pestem odium sequentem concitat. 3 Omnis oratio tua, ut proximo noceas, dola imbuta est, ingratusque refugis eos, qui meliora tibi suggerunt. 4 In sceleſtis ac nefariis factis excogitandis noctem totam consumis, æqua vitas, pejora consilia auxilio tuo semper juvas. 5 Potens mundi gubernator, terra, mare, & cœlum munera ex favore tuo in indignos etiam profecta, percipiunt; quæcunque mundus continet, cum oriuntur, voluntati tuæ obedientia vegetantur cum pereunt, voluntati quoque tuæ parentia deficiunt. 6 Mensura justitiæ & prudentiæ tuæ, quæ & creavit, & gubernat omnia postquam creata sunt, sublimior est montium cacumi-

bus

Humana gens hinc haurit auram & spiritum:
Nec pecudes curam præteriêre tuam.
9 Hinc cuncta vitæ suppetunt nobis bona,
Dum mens corporeo carcere vincta latet.
Fœtus sub alis volucris ut tegit suis,
Præsidii fugimus spe mala cuncta tui.
10 At exul animus, morte liber, patrium
Quum repetet limen, sidereamque domum,
Illinc egestas & dolores exulant:
Nemo feret votis non potiora suis.
Passim voluptas, para passim gaudia:
Delicias largo flumine rivus agit.
9 Illinc, perenni vita fonte profluit,
Vita, gravis fati non resecanda manu.
Illic latiscent mentium caligines,
Quæ modò sub tenebris pectora nostra pre-
Vultuque radius purus effusus tuo (munt:
Lumine nos puræ cognitionis alet. 10 Benig-

bus nive rectis, & altissimis maris immensi locis profundior, ut hanc satis perspicere & scrutari nemo possit; homines è cœlo à te, tuaque providentia vitam & vim spirandi trahunt, nec bruta animantia à te unquam neglecta fuerunt. 7 Omnes commoditates, quibus in vita fruimur, nobis á te sufficiuntur, dum animus vinculus latet in corpore, quod est tanquam animæ carcer: & sicuti aves progeniem suam sub alis operiunt; sic nos, quos peculiari favore complecteris, mala omnia expectatione auxilii tui vitamus. At anima nostra jam extra patriam suam, per mortem, i. sui à carcere corporis separationem, in libertatem vindicata, cùm in cœlum domum paternam redibit, paupertas & anxietates illic non sunt: nemo non illic meliora accipiet, quam sciat optare: jucunditas illic ubique est, illic etiam sunt gaudia ægritudine non mista, fluvius illic secum fert animi oblectamenta largiter, fluentia. 9 In cœlo vita vera è scaturgine semper fluente emanat: vita, inquam, mortis molestæ manu non finienda ignorantia, quæ animum nostrum hic velut in obscuro coërcet, in cœlo evanescet,

usq;

10 *Benignitatis interim tuæ bonis,*
Qui te cognoscunt, & tua facta, fove:
Qui mente pura veritatem diligunt,
Justitiæ facias commoda ferre tuæ.
11 Me nec feroci calcet arrogans pede,
Exigat aut tectis impia turba meis.
21 Qui scelere gaudent, scelere sic ruant suo,
Perpetuò ut lapsos justa ruina premat.

visq; luminis sineeri è conspectu tuo profluens, nos cognitione ablque ullo errore nutriet. 10. Interià dum illuc eamus, libe alitatis tuæ bonis eos sustine, qui te Deum potentem colentes, erga homines beneficia agnoscunt; qui mente non simulata v ritatem amant, eos efficias justitiæ tuæ commoditates percipe 11 Ut hostis etiam insolens me pede violento & superbo no conculcet, nec mali me domo mea expellant. 12. Qui vi factis nefariis oblectantur, fac ut per scelus suum sic pessum ea ut merita ruina eos, ubi ceciderint, continuò coërceat.

PSAL. XXXVII. CAR. GEN.

David hortatur pios ne urantur impiorum rebus prosperis, sed Deo fida horum infaustam vitam & mortem, illorum verò felicem esse ostend etiam in mediis calamitatibus itaq; pios hortatur ad fugiendum ma um, colendum bonum, & amplectendas fide promissiones de ipso bono, & improborum exitio.

NE livor urat æmulus
Te, si beatos videris
Pravos, nec Euris iis opes
Fugaciores invide.
2 Nam sic facessit ilico
Umbratilis felicitas.
Marcent comes arentibus
Ut falce secta gramina.

NUlla æmulatio animum tuum exerceat, si homines perversos opulentos aspexeris, nec indigneris eis esse devitas ventis magis fluxas. 2 Nam beatus vitæ eorum status instat umbræ vinus, & evanescens sic repentè abit ut herbæ falce concisæ, emo tuo virore & foliis exsuccis marcescunt.

3 At tu, Dei fiduciâ
mbe rectis artibus:
que terram ut incolas
habit, ac te nutriet.
4 In hoc sit oblectatio,
hoc voluptas unica:
te fovebit jugiter,
oique reddet compotem.
5 Committe vitam, rem, decus
lius uni arbitrio:
imi tibi ex sententia
fecta reddet omnia.
6 Illustris auroræ ut jubar
u faciet ut sit æquitas:
luce virtus sit tua
eridiana clarior
7 Perfer modeste quod tulit
ortuna læva. neu tumens
a, impiorum prosperas
s cerne torvo lumine.
8 Compesce bilem, noxia
Facessat indignatio:

Ne

3 Artu deo fidens studiis honestis operam dato, dabitque tibi Deus, ut longo tempore terram habites,, ibiq; te vitæ hujus commodis fruentem sustentabit. 4 Delectatio tua solumque gaudium sit in Deo: quite assidue uutriet, efficietque ut desiderio tuo potiaris. 5 Salutem tuam, divitias, & honorem ejus, solius voluntati concede. omniaque tibi ut voles conficiet. 6 Efficiet etiam ut justitia tua omnibus ita luceat, ut stella veneris mane oriens, utque tuum honesti studium omnibus conspicuum, sit medio die splendidius. 7 Æquo animo fortiterque sustine, quod fors adversa tibi obtulit, neu ægrè ferens felicem malorum statum invidiosè aspice. 8 Cohibe iram, discedat molestia ex aliorum rebus secundis capta, ne contendendi studium impatientiæ indul-

Ne sors nefarium ad scelus
Impellat æmulatio.
9 Eliminantur impii
Fumo levi velocius:
Terras modestus incolet,
Seriisque linquet posteris.
10 Morare paulum, & impium
Nusquam videbis: aspice
Ædes, superbi vix heri
Agnoveris vestigium:
11 Modesta bonitas otio
Lætam senectam transiget,
Et incolenda hæredibus
Paterna linquet prædia.
12 Clàm rete nectit impius,
Bonisque concinnat dolos:
Et dente frendens livido,
Dolore & ira ringitur,
13 *Hæc* cernit ex alto Deus,
Minàsque ridet irritas:
Quippe imminentem vertici

Cladem

indulgendo te ad facinus execrabile forte incitet. 9 Mali fumo volucri celerius exterminantur, contrà verò vir moderatus & mansuetus Jehovam patienter expectans, terras habitabit, easque posteritati suæ sero venturæ relinquet. 10 Paulisper expecta, neminemque pravum nullibi cernes: domum ubi consistebat, contemplare, vixque ullum indicium domini potentis pervestigans cognosces. 11 Viri modesti & boni senium jucundum in vitæ tranquillitate traducent, agrosque à parentibus acceptos posteris habitandos relinquent. 12. Conscleratus rationem fallendi furtim meditatur, fraudesque piis & justis struit, dentèque invido iram præ se ferens, mœstitia & iracundia disrumpitur. 13. Deus hæc ex cœlo aspicit, ejusque comminationes inanes nihili pendit, quia

Cladem scelesto prospicit.
14 Ensemque stringet improbus
Arcumque tendet, pauperes
Ut perdat, ac innoxios
Figat sagittis impiis:
15 Districtus ensis in sui
Domini redibit viscera:
Frangetur arcus lethifer,
Et frustrà acuta spicula.
16 Præstat supellex sobria,
Rectèque parta recula,
Quam rapta per vim divitum
Fastidiosa copia.
17 Malè parta justus arbiter
Disperget, & potentiam.
Franget scelesti: dextera
Justum sua tuebitur.
18 Innoxios fovet Deus,
Ac rem tuetur: providet
Longævo ut usque in sæcula
Sit sempiterna hæreditas.

pernicicm & interitum pravis impendentem prævidet. 14. Sceleratus tum gladium è vagina educet, tum arcum etiam intendet, ut tenues piè & justè viventes evertat, ac innocentes telis execrandis transfigat, 15. Ensis contra justos nudatus in corpus heri sui convertetur, arcusque lethalis comminuetur, & quæ in nullum usum acuerat tela, rumpentur. 16. Parva res domestica bonis animis comparata, melior est, quàm divitum abundantia fastidii plena, vi ablata. 17. Deus æquus judex divitias malè quæsitas dissipabit, magnasque opes hominis perversi imminutas infringet; justum autem sua manu stabilitum sustinebit. 18 Deus innocentes, cum pro eorum salute excubet, indulgenter amplectitur, eorum facultates defendit, patrimoniumque ut in multas ætates usque eorumq; perpetuum sit, prospicit.

19 Seu pestis atra, seu furor
Turbabit orbem bellicus,
Nil deerit usque innoxio,
Famem nec ægram sentiet.
20 Sic hostis impius Dei
Perit repentè funditus.
Adeps opimæ ut victimæ
Vanescit in fumos leves.
21 Nil donat usque & fœnerat
Injustus: at justo sua
De sorte superat paupere
Quod donet indigentibus.
22 Justorum amici prædia
Linquent suæ propagini:
At hostium radicitus
Semen peribis erutum.
23 Amatque justum & dirigit
Ejus Deum vestigia:
24 Dextra ruentem sustinet,
Lapsumque dextra sublevat.

25 Puer

19 *Sive* lues pectifera corporis colores corrumpens, sive militaris insania sursum ac deorsum res mortales versèt, nihil innocenti assiduè aberit, *habensque quod ei sufficiat*, victus penuriam, corpus ægrum reddentem, non tolerabit. 20. *Contra verò*, sceleratus Dei inimicum sic penitus evanescit, ut pinguedo hostiæ singularis in ventos celeres abiens disperit. 21: Malus nil largitur, & fœneri dat; at homini probo de modica & tenui re sua supereft, quod pauperibus impertiat. 22. Qui justos amant, agros suos ad posteros transmittent: at posteritas inimicorum justitiæ ad nihilum redacta, penitusque deleta, pessum ibit. 23. Deus virum bonum diligit, & gressus ejus constanter regit. 24. Manuque sua tenere labatur, ubi verò ceciderit manu prehensum attollit.

25 Ego

25 Puer fui nunc ſum ſenex;
Ope deſtitutum, nec pium
Videre memini, nec ſtipem
Ejus petentes liberos.
26 Juſtus miſertus pauperum
Dat uſque & uſque mutuum:
Seræ tamen propagini
Non larga deeſt opulentia.
27 Vita ſcelus nefarium,
Sectare recta; dum diem
Sol fundet aureum, tui
Terras nepotes incolent.
28 Deus æquitatem diligit,
Bonos nec unquam deſerit:
At interibit funditus
A ſtirpe ſemen impii.
29 Juſtus beata jugera
Agri tenebit, & colet
Cum prole, donec ultimus
Inſtabit orbi terminus.

30 Sermo

25 *Egomet ipſe hoc expertus, loquor*; fui *enim* junior, nunc autem conſenui, nec vidi, *quod ſciam*, virum bonum auxilio egentem; nec poſteros ejus ad mendicitatem redactos. 26. Juſtus inopum fortunæ afflictæ miſericordiam adhibens, dat eis rem ſuam utendam, ejus tamen poſteritati *Dei benignitate* facultates amplæ non deſunt. 27. Fuge facinus execrandum *aliis nocituram*: ſtudiiſq; honeſtis incumbe; quamdiu ſol lucem ſplendidam emittet, tamdiu poſteri tui terram habitabunt. 28. Deus juſtitiam juſtoſque amat, nec ope deſtitutos unquam relinquit: at libri hominis a pietate abhorrentis radicitus evellentur. 29. Vir bonus agros fœcundos cum poſteris ſuis poſſidebit, eiſque cum ſobole ſua culturam adhibebit, donec finis aderit mundo.

30 Sermo ſapiens & æquitas
In ore ſemper eſt bonis:
31 In corde ſcripta lex Dei,
Ne pes labet, greſſum regit.
32 Obſervat impius pium,
33 Ut perdat: aſt illum Deus
Cuſtodit, ante judicem
Tuetur à calumnia
34 Spem colloca in Deo, Dei
Sectare leges: & dabit
Dives potenſque ut hoſtium
Cernas ſuperſtes exitum.
35 Vidi potentes impios
Gravique faſtu turgidos
Vireſcere inſtar laureæ
Amœna propter flumina.
36 Specto repentè, en lubricæ
Imago nuſquam gloriæ:
Nuſquam manent veſtigia
Cunctis gravis potentiæ.

37 Juſti

30 Oratio prudens, & de juſtitia mentio ab ore bonorum ſemper emanat. 31. Divina præcepta animo eorum impreſſa, gradientes dirigunt, ne *greſſu inſtabili incedentes*, labaſcant. 32 Malus eſt, ut virum bonum evertat: 33 Sed Deus illum *impii libidini minime expoſitum*, conſervat, & in judicio à falſis criminationibus munitum defendit. 1. Omnem in Jehova fiduciam pone, Dei legibus pare, quibi donabit, ut opulentus, magniſque viribus & opibus pollens, finem & exitium inimicorum ſpectes, ipſe poſt eorum internecionem incolumis. 35 Sceleratos ipſe vidi magna potentia fruentes, ſuperbiaque omnibus moleſta inflatos, tanquam lautum prope aquas aſpectu pulchras florere 36 Statim contemplor, & ecce gloriæ eorum fluxæ nullibi veſtigium eſt, nullibi opulentiæ omnibus moleſtæ indicia reſtant.

37 Ob-

37 Juſti intuere & integri
Vitæ ſtatumque & ordinem,
Videbis alto in otio
Lætam ſenectam degere.
38 At prompta ſemper lædere
Prorſum interibit factio:
Vitamque claudet terminus
Dignus paratis nequiter.
39 Juſtus ſalutis collocat
Omnem in Deo fiduciam,
Qui fulcit æquos robore,
Adverſa cùm ſors intonat.
40 Dominus petenti fert opem,
Et in periclis liberat
Ab impiis, qui ſe & ſuam
Illi ſalutem credidit.

37. Oculos coniice in rationem vivendi, quam ſibi boni & innocentes inſtituunt, eoſque aſpicies tu ſumma quiete ſenectutem ſuavem agere, *& feliciter obire.* 38. Homines verò factioſi, aliis noſcere ſemper parati, omninò peribunt, exituſque miſerrimus maleficiis eorum debitus vitæ finem faciet. 39. Vir bonus omnem vitæ ſuæ ſpem in Deo ponit, qui eum viribus firmat, cùm fortuna ei contraria magna vi incumbit. 40. Dominus ſe oranti opitulatur, eumque in rebus dubiis ab improbis ſervatum incolumem facit, qui temporibus miſeris ſe ſuaque ille commendavit.

PSAL XXXVIII. CAR. GEN. 3

David morbo graviſſimo laborans, peccata ſua confitetur, de infirmitate animi, & hoſtium improbitate conqueritur; tandem ad Deum ſe convertit. opem ejus implorat, ac ſalutem petit.

NE me furoris æſtuante incendio
Servator orbis argue:
Neu

Non recuſo caſtigari, author rerum univerſitatis & cuſtos, ſed id unum peto, ne dum iræ tuæ flamma flagrat, velis me *ſeu reprobum,* reprehendere

Neu promerentem quamlibet pœnas graves
Pergas per iram plectere.
2 Hærent medullis penitus infixæ meis
Tuæ sagittæ dexteræ.
Iræ tuæ, hinc me & inde mentis conſciæ,
Sic vis paventem perculit,
3 Ut nulla plagis ſaucii Pars corporis
Non langueat lethalibus:
Oſſa ut ſolutis artuum compagibus
Sceleris venenum attraxerint:
4 Sceleris, profundo quod meum ceu gurgite
Caput reſorbens obruit.
Quod in alta rurſus me renitentem, velut
Immane ſaxum degravat.
5 Veteris cicatrix vulneris recruduit,
Vomitque tabem luridam.
6 Afflictus humilis ultimis premor malis
Luctu ſiruque ſqualidus.
7 Clauſumque cæcis fervet in præcordiis Ulcus

prehendere, nève in me ſupplicia, quamlibet magna me ritum, iratus animadvertas: 2 Tela enim à te potiſſimum in me miſſa intimis meis pœnetralibus valdè impacta hærent: Iracundiæ tuæ magnitudo *jure optimo* accenſæ, me timentem ab una parte, ab altera verò parte conſcientiæ ſtimulus & labes ita afflixit. 3 Ut nullus corporis locus vulneribus mortiferis ſauciati, non ſit æger oſſaque ipſa junctura membrorum laxatis, viroſam & noxiam peccati vim imbiberint; 4 Venenum dico peccati illius. quod me totum operit, velut in aqua profunda demergens, quod me etiam in ſummam aquam redire conantem, tanquam ingens ſcopulus pondere ſuo deprimit. 5 Prioris plagæ veſtigium rurſus in vulneris faciem reddiit, ſanguinemque fœdi aſpectus corruptum emittit. 6 Ego verò ærumnis dejectus, animoque demiſſo, ac præ dolore & ſordibus contractis aſpectu turpis, malis extremis angor 7 Plagaque putris in vitalibus occultis incluſa, exæſtuat;

nec

Ulcus, nec ulla corporis
8 Expers doloris pars vacat, Sic debilis
Et fractus usuque & usuque sum:
Malis ut impar voce lamentabili
Cor ejuletque & rugiat.
9 Dominator orbis, vota nec animi mei
Nec te latent suspiria.
10 Pavens tremensque turbidum cor palpitat:
Defecta membra viribus
Torpore marcent languido: noctem trahens
Caligat acies luminum.
11 Vicini, amici, & sanguinis communio
Quos propior admorat mihi,
Procul abstitere, fœditatem vulnerum
Viz sustinentes cernere.
12 At prompta semper in meum exitium manus,
Molita vim nefariam,
Dolosa tendit continenter retia,
Fraudesque versat impias.
13 14 Ceu mutus ore, surdus aure, ego interim
Obtorpui silentio. Elin-

nec ullum est membrum à dolore vacuum. 8 Sic sum sine viribus, *malisque & doloribus* sic sum assiduè conquassatus, ut cor damnis ferendis non sufficiens. voce mœsta lamentetur, instarque leonis rugientis fremat. 9 Perspecta sunt tibi, Rex mundi, desideria mea, nec gemitus mei te fugiunt. 10 Cor metuens, & pavore trepidans consilii expers, assidue movetur; membra debilitata præ stupore inerti,, vigore carent, oculos tenebras attrahens, caligine obducitur, 11 Finitimi, necessarii, & quos propinqua cognatio mihi conjunxerat, longè steterunt, ægrè ferentes turpem plagarum faciem intueri. 12 At cœtus hostilis, in eædem meam semper pronus, qui violentiam execrabilem excogitavit, fraudes occultas, *ut me captat*, assiduè parat, secumque insidias scelestas meditatur. 13, 14. Ego intereà stupefactus fui, & me continui, ceu loquendi facultate privatus, quasique sensu audiendi

Elinguis inſter & ſtupentis, crimina
Qui neſciat refellere.
15 In te repoſta eſt ſpes mea: ô rerum potens
Rector benignus annue.
16 Ne riſus hoſti ſim ſuperbo, qui meis
Inſultat inſolens malis:
Qui, ſi vacillent lubrico lapſu pedes.
Læto triumphat gaudio.
17 Ad perferenda ſum paratus verbera:
Vibice ſemper area
Cruenta rurget exarati corporis
Sulcis flagrorum grandibus.
18 Merui ſceleſtus, fateor, heu merui: nocens
Do jure pœnas debitas:
19 Sed invaleſcit hoſtis atrox interim
Viteſque ſumit factio.
Vivunt, vigen que, & immerentem injuriâ
20 Me proſequuntur: pro bono
Malum rependunt: jugiter calumnias,
Quia recta ſector, ingerunt. 21 Tu

audiendi carens *nihil iſtorum audirem*, velut mutus, & attonitus, qui criminationes objectas refutare neſciret. 15 Omnis auxilii expectatio in te, gubernator mundi, collocata eſt, qui in res omnes imperium habes, placatus mihi fave. 16 Ne inimico arroganti ludibrio ſim, qui ſuperbus geſtu & oratione ſeſe ob mea mala lætum oſtendit; quod ſi greſſus caſu aliquo titubent in loco veſtigia non ferente, lætitiam magna animi alacritate aperte fert. 17 Non recuſo plagas perferre, *ecce jam* cutis corporis plagis conciſi ſanguine perfuſa, verberum veſtigiis, & magnis flagellorum cicatricibus intumeſcit. 18 Improbus ego pœnas has fateor, promerui, ſceleratus juſtum ſupplicium luo. 19 Sed interea crudelis inimicus indies fit violentior, & adverſus me conſpiratio fit major; hoſtes animo fruuntur, & valent mihique immerito aſſiduè injuriam faciunt. 20 Pro beneficiis mala reddunt, adverſus me aſſiduè falſa crimina afferunt, quia artibus bonis incumbo.

11 Tu ne recede longius, neu deseras
Periculis in ultimis.
12 Accurre: dextram da salutarem, mese
Salutis auctor unice.

Tu ne procul abi, neu me in discrimine gravissimo relinque. 12 Cito ades, manumque ad me servandum porrige, qui solus mihi incolumitatem præstas.

PSAL XXXIX CAR. GEN. 1.

Fatetur David secum patienter vitam, transigere cogitaret, repente oppressum, ab instituo aberrasse, & obmurmurasse Deo itaque deprecatur peccata & supplicia sua, & misericordiam in præsente calamitate sibi exhiberi postulat.

QUum lævus hostis me meo lætus malo
Lacesseret convitiis,
Mecum ipse, verbis abstinere ab aspetis
Et jurgiis decreveram,
2 Linguæ obseravi claustra fræno, pertinax
Obmutui silentio:
Ac temerè ne quid os mali profunderet,
Verbis bonis clausi exitum.
3 At ignis instar, vetitus egredi dolor,
Exarsit intus acriùs,
Tandem obstinatæ fræna pertinaciæ
Perfregit ira. ac talibus

4 Dominum

QUum inimicus crudelis meo incommodo gaudens, injuriis me provocaret, apud me statueram à verbis molestis & à litigando me continere. 2 Linguæ munimina tanquam sera & fræno adjecto occlusi, obstinatusque silui, ac ne os inconsultè verbum illum, *novas molestias mihi exhibiturum*, effutiret non passus sum verba ea exire, quæ optimo jure poteram pro mea defensione proferre. 3 At ægritudo animi, exitu prohibita, tanquam flamma, intra pectus vehementiùs excanduit: post diuturnum silentium iracundia; pervicaciæ constantis obstacula rupit, *ac mente quidem ab hostibus aversa, ad Deum verum conversa*, talibus verbis eum precatus sum.

4 Dominum rogavi. Mihi meæ vitæ modum
Qui sit futurus indica:
Quando evolabo liber hoc molestiæ
Fastidioso è carcere.
5 Tu clausa nullo sæcla degis termino,
In te bèatus ac potens:
At nos quod ævi vivimus pené est nihil,
Ac pené brevius quàm nihil.
6 Umbræ fugacis instar, atque imaginis,
Quam reddit æquor vitreum:
Idque ipsum inani invanitate atque anxiis
Ægrescit in laboribus.
Animum libido torquet. inflat gaudium;
Spes tollit, ac timor premit.
Tumultuamur temeré; congerimus bona
Incognitis hæredibus.
7 Quo me ergo vertam? quis laboranti feret
Opem? quis eximet malis?
8 Spes omnis in te: miseriæ fontem meæ
Peccata tolle noxia.

4 Spatium vivendi, quod mihi adhuc restat, roganti commonstra: quando mei compos, ex hac corporis custodia anxietatis plena, effugam? 5 Tu tempora longa agis nulla fine conclusa, per te solum beatus ac tuis unius viribus sine ulla vi externa potens; ætas, quam nos vivimus propemodum nihil est temporis, & minus ferè quàm nihil. 6 Ætas nostra umbræ fugitivæ similis est, & effigiei, quam speculi planicies effícit, illudque nihil temporis in rebus vanis, & molestiis animum angentibus agit transfigitur, cupiditas effrænata animum cruciat, lætitia eundem nimium attollit, spes sublevat, ac timor demergit, solliciti sumus tota vita inconsultè de rebus nullius momenti, divitiasque posteris ignotis coacervamus. 7 In quam igitur partem cogitatione meam *ab his rebus nihili* transferam? quis mihi laboribus presso auxilium dabit? quis me curis his & vitiis noxiis eruet? 8 Omnis mea expectatio melioris fortunæ in te unum, Jehova, defixa est,

Néve esse stultis me sinas & improbis
Despectui & ludibrio.
Hostis protervi lingua me quum turpibus
Proscinderet conviciis,
9 Obmutui, iræ vindices pœnas tuæ
Has esse gnarus scilicet.
10 Rector parensque gentis humanæ, tua
Paulisper aufer verbera.
Viresque linquunt, vita nec semper novis
Plagis ferendis sufficit.
11 Te persequente scelera pœnis, illico
Vigor decorque defluit.
Tineis perelæ more vestis. O homo
Cuduca res & futilis!
12 Parens benigne precibus aurem da meis:
Neu verba spernе supplicis:
Neu lacrymanti averte vultus hospiti.
Namque hospes hanc terram colo:
Nec ego, parentes nec mei certum locum
Habemus hic: sed in diem Soliciti

scelera mala calamitatum mearum originem à me auferto, *hocq; mihi tribue*, ne me amentibus & scelestis contemptui & risui esse permittas. Cum inimicus per stultitiam fœdis injuriis me lacerat. 9 Ipse quidem obticui, quod scirem profecto hæc supplicia *te conscio & volente mihi illata esse*, quibus iracundiæ tuæ vindictam in crimina expetis. 10 Flagella tua, hominum gubernator & pater, brevi à me amovero: namque me & vires deficiunt, vivusque ad verbera nova patienda non sufficio. 11 Te peccata ullius puniente, vis omnis & pulchritudo ejus statim evanescit adinstar vestis ver miculis consumptæ: O homo res tantum fragilis & fluxa! 12 Orationem meam, pater bone & liberalis, exaudi, neu mea supplicantis verba contemne, neve a me peregrino flente faciem detorque, peregrinus enim hanc regionem incolo: nec ego, nec majores mei hic firmam habitationem possidemus, sed singulis diebus

Soliciti & horas, turbidas moleſtias
Vitæ brevis tranſigimus.
13 Igitur ſeveram paululum abſtine manum
Feſſum ut reſumam ſpiritum:
Mortis priuſquam (reditus unde non patet)
Tranſmiſerit me janua
diebus & horis curis obnoxii, moleſtum vitæ exiguæ tempus vi-
imus. 13 Ergo ad breve temporis ſpatium a me pœnas grau
auferto, ut a laboribus pauliſper conquieſcam. antequam pos
mortis (a qua nemo reverti poteſt) tranſire me permiſerit.

PSAL. XL. CAR. GEN. 16

*David ab antacta experientia privata & publica, a gratuito fœde-
Dei, ab obſequio ſuo ſeipſum in fide confirmans, gratiam & liberati-
nem a Deo petit improborum ruinam, & bonorum conſolationem &
gloriam Dei.*

QUum circũ fremerent me timor & minæ
Inter tànſq; avidam mors fera dexteram
Spes cæleſtis opis, ſera licet, tamen
Lenibat trepidam ſolicitudinem.
2 Advertit Dominus, méque voragine
Cœnoſi implicitum gurgitis extulit:
Ac ſaxi ſolidis impoſito jugis
Monſtravit facilem quam graderer viam,
3 Afflavitque novo pectora ſpiritu,
Suffecitque ſuæ materiam novam
Laudis, quam canerem dulce loquacibus

QUum metus & comminationes hoſtium mihi inſtarent, mortis crudelis avaram in me manum tendens impenderet. ſpes auxilii diviui, quamvis tarda, curam nihilominus mihi minuebat. 2. Dominus animadvertit, meque hærentem in cœno tenaci è palude aquæ limoſæ profundiſſima extraxit, *eumque in firmo ſaxi colle è puteo profundiſſimo extractum* ſtatuiſſet, iter, quod irem, mihi expeditum oſtendit. 3. Mentem etiam novam in pectus ſuſpiravit, mihique novum ſe laudandi argumentum dictavit, quod

ſidi-

Nervis, ac numeris lenè sonantibus.
Hæc cernant rapidæ qui violentiæ
Fati vel dubiis casibus impurant
Eventa, ac trepidi se Domini in fidem
Dent, qui stellifero regnat in æthere.
4 Felix qui stabili spes Dominum ac fide
Spectat. quem tumidæ pompa superbiæ
Non ad se illecebris ducit inanibus,
Fallacique boni ludit imagine.
5 In nos sancte parens quot vigilantiæ
Et quam mira tuæ pignora suppetunt,
Quæ nec mens acie cernere languida
Possit, nec numero lingua retexere!
6 Aurem mi taeité vellis, & admones
Quòd labem sceleris nec prætium levet,
Nec sanguis pecudis nil meritæ eluat,
Nec consumpta focis expiet hostia.
7 Tum dixi, Venio: quod libet impera.
Adsum sancte parens, jussa capessere Edunt

fidibus suaviter sonoris & versibꝰ leniter canoris cantare tenebor. 4 Hæc videant, qui facta ea quæ eveniunt fatali necessitati attribuunt, vel fortunæ adscribunt ac se reverenter committant in auxiliũ & tutelam Domini in cœlo stellato imperiũ agitantis. 4. Beatus is est qui exectatione & persuasione firma à Domino pendet, felix (inquam) is est, quem vanus arrogantiæ apparatus, quæ tumidos facit, ad se voluptatibus vanis non trahit; falsaque virtutis similitudine neutiquam fallit. 5. Quot monumenta, sancte pater, tuæ erga nos diligentiæ, & quam admirando *semper nobis præst.* succurrunt, quæ mens oculis debilibus tueri non queat, nec sermo, propter multitudinem, recitare possit! 6. Tu ocultè me commonefacis, mihique in memoriam revocas, quòd nec pecunia maculam peccati tollat, nec cruor pecoris innocentis, fusus delicta lavet, nec victima igni cremata scelus ullum deleat. 7. *Quæ cum a me non postulares, tum gratia tua factus idoneus ad serviendum tibi, & ad te audiendum.*

Promptus: ceu tabulis scripta fidelibus
Edunt perpetui fata voluminis.
8 Hunc mens, huc studium tendit, uti tuis
Conformem monitis quæ gero, quæ loquor.
Quæ mecum tacitus cogito, nam tua
Incisa est animo lex penitus meo.
9 Famam justitiæ per populos tuæ
Late præco fero: nec labiis meis
Nec linguæ requies, omnibus ut tua
Terris (ipse vides) nota sit æquitas.
10 Nec justum tacui te male plectere,
Promissique tenacem, & miseris opis
Largum: me bonitas indice gentibus
Cunctis facta palam est, & tua vesitas.
11 Defendant igitur me bonitas tua
Promissique fides fallere nescia:
Obsessumque malis innumeris tua
Me rerum genitor protege dextera.

endum, ecce Christus adsum, dixi, quæ vis jube, præsto sum; paratus bone, paratus mandatis tuis parere; sicuti oracula Dei relata in libros veritatis, plenos, & omni errore vacuos, libros, inquam testamenti nunquam interituri palam nobis ostendunt. 8. Animus meus, voluntas & labor ad hanc metam spectant, ut facta dictaque omnia & secretas cogitationes præceptis tuis componam; tua enim jussa intus plane in corde meo insculpta sunt: 9. Ergo memoriam æquitatis tuæ diffusè per oes gentes prædicator porto; nec ori meo, nec sermoni ulla cessatio est, ut tua bonitas & justitia (quam tu ipse cernis) cunctis nationibus sit cognita. 10. Indicavi etiam in sceleribus puniendis æquum esse, fidelemque & auxili liberalem pauperibus oppressis declaravi; me prædicante, benignitas tua, certaque promissarum constantia populis omnibus indicata est. 11. Itaque benignitas ista, & pollicitationis firmitas, quæ fallere nescit, tueantur, meque rerum author, calamitatibus infinitis circundatum manu tua defende. 12. Supplicia, n. peccatis de-

bita,

12 Me pœnæ, capitis quæ superent pilos,
Omni ex parte premunt, quas neque luminis
In promptu est acie nosse : animus stupet,
Curarum innumeris obrutus æstibus.
At tu mundi opifex sancte, salutifer
Adsis : auxilium fer citò, & ultimis
Oppressum penitus subtrahe me malis
14 Ut pravi pudeat consilii improbos.
Turpem ignominiæ tristitiam ferant,
Tendunt exitio qui laqueos mea.
Infamem referant consilii exitum,
Nostris qui capiunt lætitiam é malis.
15 Hunc fructum sceleris percipiant sui,
In fraudem ut recidant, quam mihi struxerant,
Frustratus doleatque & rubeat, meas
Qui ridet lacrymas, & fruitur malis
16. Qui credunt fidei se penitus tuæ,
Illos auxilii spes recreet tui :
Ac semper Domini nomen amabile

Cer-

bita, numeroque capillos vincentia undique instantia me urgent quæ oculorum aspectu non facilè est cognoscere mens quoque, multis solicitudinum perturbationibus oppressa languet. 13. At tu mundi fabricator, authorque salutis, mihi opitulare, meque confestim juva, maximisque malis valdè obrutum libera. 14. Ut malos propositi scelerati pigeat; & inhonestum infamiæ dolorem sentiant, qui in exitium meum fraudem pararit, turpemque eventum propositi sui reportent qui calamitatibus meis lætantur. 15. Hanc quoque ex nequitia sua utilitatem percipiant, ut ipsi in dolos incidant; quos mihi comparaverant, is deceptus etiam lugeat, erubescat, qui fletum meum ludibrio habet, & ex miseriis meis voluptatem ullam capit. 16. Quicunque se tutelæ tuæ omninò committunt, opis tuæ expectatio illos reficiens consoletur, contemplatque jucundum Domini nomen summis in cœlum laudi-

bus

Certent tergeminis tollere honoribus.

17 Expes, pauper, inops sim licet, at mihi
Custos rerum opifex pervigil excubat.
Vitæ ô præsidium & certa salus meæ,
Adsis, neu trepida me crucia mora.

bus effetre. 17 Ego autem quamvis sim sine spe, sine re, sine potentia; Deus tamen servator assiduus ad me custodiendum vigilias agit; qui autem defensor & servator meus es, *& jam exaudisti*, nunc mihi auxilio sis, nec me diuturna subsidii tui spe torqueas.

PSAL. XLI. CAN. GEN. 1.

David ægritudine animi potius quam corporis affectus, eos beatos prædicat qui miserio cordiam de afflictu capiunt, se in afflictione queritur a multis iniquè tractatum, liberationem à Deo petit, pro fungenda administratione sua, confirmanda fide, & celebrando Deo.

BEatus ille qui misertus pauperis,
Fert rebus in duris opem
Nec arroganti despicit fastidio
Prostratum & oppressum malis.
Quem rete fractum & penitus abjectum, Deus
Attollet & solabitur
2 Cura fideli Dominus illum muniet
Et é periclis eruet:
Interque vivos sospiti dabit frui
Vitæ beatæ commodis.
3 Artus cubili quum dolor prostraverit,
Opem feretque, & lectulum Versabit:

FElix ille, qui vicem inopis dolens, in rebus adversis ei auxilium affert, nec superbo contemptu abjectum & miseriis obrutum negligit; quem tu debilitatum, & cunctis omnino despectum arbitraris, eum Deus sublevabit, & consolabitur, 2 Dominus pauperem illum, fideliter pro eo curam gerens, custodiet, & discrimine liberabit, eique incolumi donabit, ut inter viventes, utilitates vitæ copiosæ cum voluptate ad usus suos conveniat. 3 Quum morbus corpus illius in lectum detruserit, Dominus auxilium

Versabit: omnem prorsus ægritudinem
In dulce vertet gaudium.
4 Quum me doloris vis acerbi affligeret,
Opem popoſci te Deus:
Animæ medere ſauciæ (dixi) ſui
Sceleris pudendo vulnere.
5 Dira imprecatur hoſtis, ac me devovet
Lætus meis incommodis.
Quando interibit, (inquit) & cum corpore
Nox una nomen obruet?
6 Si forte quis me viſit horum, corporis
Animique morbis anxium,
Vultu dolorem fingit, ac ſuſpiria
Læto trahit de pectore:
Foras profectus conditum in præcordiis
Repente virus evomit.
7 In me ſuſurrat clanculum atque obmurmurat
Sceleſta conſpiratio.
Clam machinantur ſæva, in exitium meum
Conſilia cuncta conferunt:

8 Secum auxilium afferet, lectumq; ſternet, omnemque penitus mœſtitiam lætitiâ jucundâ mutabit. 4 Quum enim gravis morbi violentia me proſterneret, tuum (Jehova) auxilium rogavi: tibique dixi, Medicinam animæ meæ afferto turpi peccati ſui plaga affectæ. 5 Inimicus meus adverſus me deteſtabilia precatur, malisque meis gaudens me execratur quando, inquit, morietur, unumque momentum memoriam cum cadavere delebit? 6 Si forte hoſtium aliquis officii ſpecie me inviſit, corporis mentiſque doloribus internis & externis conturbatum, ille quidem triſtitiam vultu ſimulat, ſonumque, doloris teſtem, è pectore hilari ducit: domo vero egreſſus, confeſtim malevolentiam in animo celatam ſermone divulgat. 7 Hoſtes nefarii adverſus me conjurati, ſermonibus & conſiliis inter ſe collatis tacitè in aurem loquuntur, interque ſe muſſant, & occultè contra me crudelia excogitant, omnes conſultationes, omnemque vim animi in perniciem meam intendunt.

6 Interqu-

8 Secumque jactant, Missa certè cœlitus
Nunc dira vis mali hunc ligat:
Prostratus hæret; lectulo affixus jacet,
Noctem trahens novissimam.
9 Quin & sodalis, & mihi mensa & domo
Conjunctus, & cui maximè
Fidebam, ad hostes conferens se meos,
In me ferox recalcitrat.
10 At tu salutis author & custos meæ,
Benignus in me respice:
Manum jacenti da salutarem, hostibus
Parem ut rependam gratiam.
11 Tui favoris pignus id certissimum
Erit mihi, & constantiæ
In me tuendo, quod malis lætus meis
Hostis ferox non gestiat.
12 Vires recepit corpus, innocentiam
Servavit animus, dexteram

8 *Interque sē læti sic colloquuntur:* Malum profectò è cœlo veniens *Deique irâ immissum*, hunc velut vinctum lecto alligat, dejectus tenetur, *ita que cubat* lecto adhærens, vitæq; finem paulatim ducens, ut inde surgere non possit. *Insuper etiam qui* mensæ meæ adhibitus una mecum ede at, mihi convictu & familiâ sociatus, cui maxima rerum verborumque fides fuit, ad inimicos meos transiens, meque elatus petens, adversum me calcem effert. 10 At, tu qui salutem das, vitamque meam incolumem custodis, bonus me contemplare, ægroque mihi & abjecto manum salutem afferentem dato, ut inimicis male de me merentibus par pari referam, *meique muneris ratione justa de illorum perfidia pœnas sumam.* 11 Idque erit tuæ erga me indulgentiæ, tuæque, in me protegendo fidei monumentum indubitatum, quod nimirum inimicus arrogans, nequam meis calamitatibus gaudens, exultret. 12 Corpus robur pristinum recepit, animus quoque puritatem à scelere custodivit, te me juvante, qui perpetuam

Te porrigente, qui receperas tuam
Semper tuendum me in fidem.
13 Agnoscat orbis, unicum & colat Deum,
Quem gens honorat Isaci.
Unumque laudet, temporum donec vices
Luces & umbræ divident.

petuam mei curam gesseras, meique tutelam à te susceptam, semper administrabas. 1. Nationes omnes illum Deum solum cognoscant & honorant, quem Isaci tantummodo posteri venerantur; illumque solum prædicent, quamdiu nox & dies temporum vicissitudines partientur

LIBER SECUNDUS

PSAL XLII. CAR: GEN: 13

David exulans a populo Dei, studium suum observandi cultus Dei in Ecclesia explicat, seipsum spe consolans, de perturbationibus animi. de gravibus miseriis suis, & adversariorum blasphemiis conqueritur, animumque suum ad spem & fidem in Deum excitat.

NOn cervus fluvios sic avet algidos,
(Cervus turba canum quem premit) ut tui
Cor desiderio carpitur anxio,
Rerum conditor optime.
2 Huc me raptat amor dulcis, & impotens
At dor ferre moras: O niveum diem
Qui templo reducem me statuet tuo!
O lucis jubar aureum 3 Jeju-

CErvus non sic amnes frigidos desiderat; cervus, inquam, quem multi canes venatici urgent ut cor meum consumptum sollicita tui mundi creator, absentis siti & cupiditate, qui fons vitæ perennis es, contabescit. 2 In hanc cupiditatem trahit me dilectio quædam suavis, vehemensq; tui desiderium me tenens, quod longum temporis dilati spatium ferre non potest. ô diem illum jucundum, qui me ab exilio reversum, *ut te in æde tua conspiciam*, constituet! ô lumen illius diei amœnum! 3 Jejunus & dolens,

3 Jejunus lachrymis pro dape se dolor
Pascit, turba meis obvia dum malis
Illudens rogat. Heus iste tuus Deus
Cur nunc deserit exulem?
4 At rursus bonitas quum subiit tua,
Et menti auxilii certa fides tui
Illuxit trepidæ, temporis illius
Me consolor imagine:
Festis quum populi me reducem choris,
Faustisque excipiet vocibus, & Dei
Pompa cum celebri, me comitabitur
Augusta ad penetralia
5 Cur me solicitis, teque doloribus
Mens ægra exanimas? pene metum, ac Deo
Te da: quo patriæ vindice redditus,
Grates sospes adhuc agam.
6 Hæc mentem recreat spes, licet aviis
Jordanis lateam saltibus, Hermoni

Exul

cibi loco, fletu me assidue nutrio, quando multitudo mihi occurrens, & mala, quæ perpetior, ridens, me insolenter interrogat; Heus *nobis ille ignotus*, Deus quem tu prædicas, cur te modo e patria exterminantum relinquit? 4 At contra cùm misericordia tua mihi in mentem venit, firmaque opis tuæ spes animo solicito quasi lumen prætulit, dolorem levo cogitatione temporis illius, cum me populariũ meorum cœtus, choreis, quales die festo duci solent, boniſque lætarum acclamationum omnibus in patriam reversum accipiet, meque ad templum usque Dei venerabile cum magna civium multitudine sequetur. 5 Cur me, mens solicita, teque curis anxiis enecas? *quin potius bene sperando*, timorem pelle, teq; Deo totum committe, quo assertore & adjutore, ipse in patriam incolumis restitutus, me beneficii accepti memorem ostendam. 6 Hæc expectatio animum meum recreavit, tametsi vallibus Iordanis *procul ab hominum consuetudine remotis* occulter; patriaque pulsus & hermoni degens, aç rupes ejus asperas

Exul dura licet saxa perambulem,
Solis hospita belluis.
7 Quamvis agminibus me mala densius
Omni ex patre premant, quam super horridos
Montes grando sonat, quàm mare verberat
Raucis littora fluctibus:
8 Tu si me placido lumine videris,
Cedent tristitiæ nubila: tetricas
Mœroris tenebras discutiet mihi
Lucis dulce jubar tuæ,
Laudes interea non mihi nox tuas,
9 Non curæ impedient, ô columen meum,
(Dicam) & certa salus, ludibrium seris
Cur me deseris hostibus?
10 Dirumpor, tacitis æstuat ignibus
Pectus, turba meis impia dum malis
Insultans rogat, Heus. iste tuus Deus
Cur nunc deserit exulem?
11 Cur me sollicitis teque doloribus Mens

ras fera solum animalia hospitio recipientes, transiens, pererrem. 7 quamvis calamitates etiam agminatim undique me circundantes urgeant frequentius, quam grando super montes incultos strepit, crebriusque quam mare fluctibus raucum sonum edentibus oras suas flagellat. 8 Si tutamen me oculis amicis respexeris mœstitia deceder, claritasq; jucunda *quam mihi interna præbebit*, densam mœroris obscuritatem mihi expellet, *ut nefas esse mihi existimem animum desponsare*, Nox interea, *tempus licet tristitiæ deditum*. 9 Curæque non obstabunt, quo minus te laudem, dicamque, ô anchora & spes mea, cur me inimicis immanibus contemptui relinquis? 10 Differor doloribus, mens irâ occulrâ ardet, dum multitudo à pietate abhorrens, *mihiq; occurrens*, & mala quæ perpetior ridens, me insolenter interrogat, Heus, nobis *ille ignotus Deus*, quem tu prædicas, cur te modo á patria exterminatum relinquit? 11 Cur mens ægritudine consternata, me, teq; curis

anxiis

Mens ægra exanimas? pone metum, ac Deo
Te da: quo patriæ vindice redditus,
Grates lætus adhuc agam.

anxiis enecas? benè sperando timorem pelle, teq; Deo totam concrede, quo assertore & adjutore, ipse in patriam incolumis restitutus me beneficii accepti memorem ostendam.

PSAL. XLIII. CARI GEN. II.

David adversariorum vi & fraude pressus, à Deo liberationem petit, a fœdere ad glorificandum eum, & in spe confirmat animum suum.

VIndex esto mihi Deus,
Et patrocinio protege me tuo,
Oppressum scelere impio:
Et fraudum laqueas frange nefarios.
2 Vitæ ô presidium meæ,
Cur me præsidio destituis tuo?
Cur luctu vagor obsitus,
Dum sævæ furias vito tyrannidis?
3 Profer lumen opis tuæ:
Montem pande viam quæ ferat ad tuum:
Montem, quam propriè domum
Majestate tui numinis incolis.
4. Atque aram adveniam ad tuam,
Ac te, lætitiæ materiam meæ:
Et grata citharа tibi

5 Cur

ME, meamque causam justam (Iohova) assere, & ab homnibus sceleratis & impiis circumventum, vexatumque auxilio tuo defende, scelestàque fraudulentorum retia rumpe. 2. Cur me, spes & auxilium meum dum vivo, subsidio tuo vacuum relinquis? Cur mœstitia obrutus obambulo dum tyrannù furiosum & crudelem fugio? 3. Lætam adjumenti tui consolationem ostende viamque monstra quæ me ad templum tuum in monte Sione situm deducat, monte, inquam, domo tua, quam tibi solidicatam cum indicio amplitudinis divinitatis tuæ habitas. 4. Et ad

altare

Grates lætus agam conditor optime.
5 Cur mœres anime anxie,
Ac me solicito pectore maceras?
Omnem pone metum, ac Deo
Curam crede tui, quem super æthera
Quum salvus patriæ reddar amabili.

altare tuum in templo tuo accedam, téque gaudii mei causam & fundamentum adibo, lyraque tuorum beneficiorum teste, gratias tibi, Creator, omnium fons bonorum, alacriter agam. 5. Cur mens solicita doles? cur me curarum plenum excrucias? omnem timorem depone, teque Deo committe, quem incolumis, carmine laudes ejus canente, ad cœlum tollam, cùm jucundo mihi natali solo sospes restituar.

PSAL. XLIV. CAR. GEN 3.

Commemoratis Dei beneficiis erga patres, conqui tur Ecclesia Deum sibi non adesse, ut adfuerat olim: integritate animi & vita sua freta probat se calamitates perpeti pro nomine Dei, opem ejus implorans pro salute sua.

VEtusta ad aures fama nostras attulit,
Seriique patres posteris
Stupenda facta tradidere à te Deus
Patrata priscis sæculis:
2 Eliminatis quum prophanis gentibus,
Et incolis prioribus,
Horum laborem fructibusque perfrui
Nostris dedisti patribus,
3 Certe nec armis lucidis, nec viribus
Debemus has victorias:

FAma à veteribus ad nostra usque tempora dimanens, pertulit ad nos mirabilia opera, à te Jehova, nostri causâ antiquitus facta, eademque majores posteritati suæ exposuerunt. 2. Cum tuâ unius manu, nationibus te non rite colentibus, & pristinis terræ hujus habitatoribus expulsis, majoribus nostris in hac regione plantatis tradidisti, eorum opera & emolumentis cum voluptate uti. 3. Certè nec telis splendidis, nec potentiæ nostræ hanc

in

Tempore dimanans, pertulit
Sed nos favoris aura mollis, & tua
Protexit indulgentiæ.
4 Ergo salutis author unice ô Deus,
Ades piis salutifer,
5 Te dante vires, hostium ferociam
Tam facilè profligabimus,
Taurus minaci quam jacit cornu pilas
Stipulæve fasces aridæ:
Superba regum colla crasso in pulvere
Prostrata conculcabimus.
6 Non arcus istam lethifer fiduciam,
Non mucro sævus ingerit:
7 Tu nos ab hoste subtrahes, sternes solo
Infensa nobis agmina.
8 Non ergo semper jure te cantabimus
Nostræ salutis vindicem?
Ac donec orbis astra volvet ignea,
Te prosequemur laudibus?
9 At nunc relictos objicis ferocium

In-

in bello successum felicem acceptum ferimus; sed favor tuus instar auræ leniter aspirans, tuaque paterna benignitas nos ab hoste defectos corroboravit. 4. Tu itaque, qui solus incolumitatis das, bonis salutaris, auxilio sis eos perpetuo in libertatem vindicans. 5. Tu si robur dederis, tam levi memento inimicos feros & superbos prosternemus, quam facilè taurus pannos purpureos instar pilæ convolutos, cornu minabundo iræ ipsius indice, aut aridi stramenti fasciculos, vertat: reges etiam fastuosos in terram dejectos & pulverulentos pedibus conteremus. 6. Non arcus noster vulnera lethalia infligens, non ensis crudelis hanc nobis spem injicit. 7. Tu nos ab inimico liberabis exercitusque nobis iratos pudore affectos humi prosternes. 8. Nonne te propterea vitæ nostræ assertorem merito canemus? quamque diu cœlum sphæras lucentes circumaget, te cantionibus nostris prædicabimus? 9. At nun-

nam

Injuriæ nos hostium,
Non prodis ante nostra ductor agmina,
Qualis solebas antea.
10 Hosti imminenti terga cogis vertere.
Prædæque das prementibus.
11 Pecus ut macello destinata exponimur,
Cædentium libidini.
Omnesque terras barbararum gentium
Errore complemus vago.
12 Vænum dedisti nos palàm, nec auctio
Te ditiorem reddidit.
13 Vicina nostris oppidà insultant malis
14 Cladesque rident, fabula
Sumus prophanis nationibus, caput
Motant, labella exporrigunt:
15 Oculis oberrat usque contumelia,
Pudorque vultus inficit:
16 Dum voce acerba injurias exasperat,

Minas-

nam hæc repentina rerum mutatio est: nos jam ope tua destitutos, inimicorum crudelium contumeliæ exponis, Nec imperator exis ante nostros exercitus, sicuti superioribus seculis consueveras. 10. Dum hostis nobis instat, fugam nos capessere impellis, & persequentibus in prædam exponis. 11. Vita nostra impotenti interimentium voluntati objicitur, tanquam ovis lanienæ præparata errantes & vagabundi, ut in servitutem trahamur, cunctas hominū impiorum regiones implemus. 12. Apertè nos vili prætio venales exposuisti, nec venditio te locupletiorem fecit. 13. Urbes propinquæ mala nostra ludibrio habent. 14. Nostrasque calamitates risu excipiunt, materia ludibrii sumus nationibus à vera religione alienis: caput, nos irridendi causa, agitant, labra extendunt. 15. Verba factaque probrosa cernere & audire semper videmur, ve recundia etiam, faciem rubore suffusam colorat; 16. Dum hostis procax orationes molesta facta probrosa accumulat, iræque

Minasque torvas adjcit
17 Hostis protervus. Obruti tot cladibus,
Tot undequaque instantibus:
Tamen nec unquã est animus oblitus tui,
Tecumque pacti fœderis.
18 Sese nec ullis territus periculis
Avertit aut flexit via.
16 Recta pes: & si penitus abjecti interim
Abs te: licet draconibus
Immitioris gentis addicti jugo,
Feramus umbram ergastuli:
Et servitutem lugeamus, & necem
Uitæ precemur tædio.
20 Iniqua meritis si tuis oblivia
Offuderint se mentibus
Nostris, manusve suplices protendimus
Diis impiarum gentium,
22 Id te lateret, abditas qui pectoris

prot-

suæ indicia, comminationes vultum torvum reddentes, insuper addit. 17. Nos licet tot malis, tot, inquam, calamitatibus undique exorientibus oppressi simus; non tamen unquam te, nec pactum tecum initum ex memoria nostra deposuimus. 18. Nec pes ullius incommodi metu perterrefactus, aliò quam ad te sese convertit, aut à lege tua deflexit. 19. Quamvis interea omninò abs te contempti sumus, deditique libidini gentis serpentibus crudelioris, tenebras carceris toleremus, servilemque conditionem doleamus, vitæque fastidio mortem oremus, 20 Si ulla oblivio beneficio tua malè expendens, mentes nostras ceperit, aut si supplicantes preces nostras diis gentium perversæ religionis obtulimus 21 An tu id ignorares? hujusque sceleris rationem non reposceres, qui omnia omninò in pectore recondita, cordisque ipsius penetralia intueris? 22. Aliæ nationes tuâ causâ nobis malevolunt, nec alio loco sumus, quam oves à laniis mactationi destinatæ: amoris

Prorsus latebras inspicis?
22 Te propter, odio cæteris populis sumus
Et instar ovium cædimur,
Inte favoris pendimus pœnas. tui
Amoris odia nos premunt.
23 Exurge, similem somnolentiæ moram
Salutis auctor corripe.
24 Cur ora condis, immemorque negligis
Tuos malis in ultimis?
25 Afflictus animus, & malis præsentibus
Lassus, futuris anxius,
Succumbit oneri: strata tal escunt humi
Defecta membra viribus.
26 Exuge genitor, & vigore corporis
Animique cassos subleva:
Clemens bonusque nos ab hostis impii
Immanitate libera.

Cor

moris unius in te causâ punimur, & quia te amore amplectimur, malevolentia hostium nos infestat. 23. Erige te, qui tuos servas, moramque in tanta tuorum calamitate tolle, moram, inquam similem tarditatis illius, quæ somnum consequitur. 24. Cur vultum abscondis? cur servorum tuorum oblitus, eos in maximis periculis aspernaris: 25. Animus cruciatus, fessusque calamitatibus, quas nunc ferimus, & ob ærumnas venturas solicitus, earum pondere opprimitur, membraque debilitata in terram adjecta paulatim adsumuntur. 26. Attolle te, Pater, viribusque corporis & mentis defectos porrecta manu extolle, nosque misericors & facilis à crudelitate inimici scelerati erue.

PSAL. XLV. CAR. GEN. I.

Laudatur rex Salomon à dignitate formæ, gratia eloquentiæ, fortitudine, potentia, tum in se, tum in conjuge, Christum sponsum & Ecclesiam adumbrantibus.

COr micat, exultant trepidis præcordia fibris,
Eructantque novum gravido de pectore carmen:
Certat lingua animum fando, manus æmula linguam
Scribendo exæquare, meo nova carmina regi
2 Dum cano: regi, hominum cui nemo é semine cretus
Audeat eximiæ contendere munere formæ:
Quem decorat lepor, & rosèis affusa labellis
Gratia: cui rerum cœli indulgentia spondet
Hunc fore perpetuum longæva in sæcla tenorem:
3 Ergo armis invicte heros age, fortibus apta
Ensem humeris: ensem. per quem te gloria cœlo
Æquat: & adversum fidens fer pectus in hostem.
4 Fræna tibi currus verum moderetur & æquum,
Et quæ præcipitem clementia temperat iram
His ducibus tibi surget honos, tua dextera factis
Clara per ignotas fundet miracula terras:
5 Cordaque vulnificis figens inimica sagittis, Sponte

COr salit, interanea, quæcordi obtenduntur, nervis tenuibus sese moventibus, lætitia gestiunt, carmenque recens factum de pectore materiæ ad scribendum pleno, effundere cupiunt; lingua loquendo se ad certandum cum mente intendit, manus cupida lingua loquendo se ad certandum cum mente intendit, manus cupida linguam imitari scribendo pari celeritate eam comitari contendit; 2 Dum regi Domino meo novum epithalamium canto, Domino, inquam quocum nemo è natura humana genitus, auspicio dono pulchritudinis egregiæ decertare, quem facundia quidem, & tacita quædam commendatio labris purpureis aspersa exornat, cui favor divinus hanc rerum constantiam in multas ætates continuam fore promittit. 3 Ergo vir magnanime bello insuperabilis cia gladium validis humeris accommoda, gladium, inquam, per quem, hominum de tua virtute opinio te in cœlum magnis laudibus effert: deque virtute ista bene sperans, contra inimicum adversum te venientem progredere. 4 Veritas & justitia cum lenitate iracundiam vehementem moderante conjuncta, te omni ex parte gubernent, horum enim ductu & authoritate laus bonorum

Sponte tibi coges validas procumbere gentes.
6 Nec maris aut terræ spatium, nec terminus ævi
Finiet imperium, sceptri moderamine justi,
7 Quod regis, & leges mollis clementer acerbas.
Te super æquævos omnes regnator olympi
Diligit, & læto vultum exhilaravit olivo:
8 Unde tui mulcent populi nova gaudia mentes,
Pallia quum loculis tibi depromuntur eburnis,
Et myrrhæ passim lachrymæ, stactæque suavis
Halitus, & molles casiæ funduntur odores.
9 Ancillæ apparent genus alto é sanguine regum
Inter Honoratas promptæ ad tua jussa ministras.
At regina thori consors tibi dextera adhæret,
Auro picta sinus, auro radiata capillos,
Misit ab Eois Ophyre quod flava caminis, 10 Tuque

rum omnium tibi accrescet, tuque ipse rebus gestis insignis mira auditu per regiones longinquas effundes. 5 Dumque sagittis valnerantibus hostes tuos penetras, nationes potentes genibus tuis advolutas se prosternere coges, *ut ultro tibi honorem habeant*, 6 Nec mare quantumvis magnum, nec terra immensa, nec ullius temporis finis regnum terminabit; 7 Quod quidem exerces clemenriâ virgæ justitiæ, quam nec fraude, nec vi tyrannica, sed jure penes; tu enim leges duras moderate lenis idcoque Deus rex cœlestis te æqualibus omnibus chariorem habet, faciemque oleo gaudium secum afferente hilarem tibi effecit. 8 Quamobrem lætitia recens suavitate quadam animos civium tuorum capit. cùm vestes tibi de arcis eburneis eximuntur, cumque myrrha gummi ex arbore sudans, dulcisque stactæ spiritus, & jucundi herbæ Casiæ odores tibi sparguntur. 9 Ministræ tuæ soboles ex sublimi regum stirpe prognatæ præsto sunt, inter famulas nobiles mandatis tuis accipiendis paratæ: at regina uxor à dextra honoratiore parte tibi assidet, vestibus acu pictis & filis aureis variatis ornata. eque coma decora velut radios aureos fundens; aurum illud quidem obrizum est, quod ophyres insulæ eo abundantis coloni à fornacibus orientalibus ad te mittendum curaverunt. 10 Tu etiam regina ausulta,

verba-

10 Tuque adeo regina audi, & rem pectore conde:
Nec mea dicta nega placidas demittere in aures:
Jam nunc & patriam & patrem obliviscere, jam nunc
Exanimo charos penitus depone propinquos:
Unum oculis specta, unum animo cumplectere regem,
11 Regem oculis animoque tuo qui pendet ab ore
Unius, & pulchris defixus vultibus hæret.
Hunc Dominum agnosce, & supplex venerare: nec ille
2 Officio, studioque tibi concedet, & illa
Undarum regina Tyrus, te murice & auro
Accumulans colet: & vicina per oppida laté
Procumbent tibi suppliciter, gazisque potentes,
Aut opibus clari: meritumque feretis honorem
13 Hunc populi. Phatii proles generosa tyranni
Tota decens, tota est gemmisque insignis & auro:
Et facies cultum illustrat, facieque decora
verbaque mea in animo repone, nec recuses orationem meam benevolè audire; noli deinceps terram natalem & patrem reminisci, deinceps ex animo memoriam consanguineorum dilectorum abjice, regem solum conjugem tuum diligenter respice, de illo solo in animo tecum cogita. 11 Regem, inquam, illum solum animo comprehende, qui in tuum solius vultum animo & cogitatione intentus est, quique admirabundus à facie tua unius formosa abesse non potest; hunc prodomino tuo habe, eumque prostrata honore prosequere, *cum in ejus potestatem & familiam transieris.* 12 Nec ille se a te voluntate aut beneficiis vinci patietur: Tyrus etiam urbs illa insignis, quæ laté in mari dominatur, purpuram tibi & aurum cumulatè afferens te venerabitur, perque urbes propinquas, multaque nationes, homines divitiarum abundantia magni, aut ob potentiam, in qua sunt. viri etiam illustres, amicitiam tuam expetentes, te in terram dejecti adorabunt; vos etiam gentes vicinæ justum hunc reginæ cultum tribuetis. 13 Nobilis regis Ægypti filia tota lapillis pretiosis decora, & spectabilis est, formaque mundum muliebrem gratiorem facit; mens quoq, pulchra ejus ipsius facie formosior est. 14 Ecce, rex, conjunx

tibi

14 Pulchrior est animus. Tibi rex en ducitur uxor
Dives opum, divestpictavi vestis & auri,
Virginibus comitata suis, de stirpe propinqua;
15 Virginibus, quas pompa frequens clamore secundo
Insequitur, plausuque fremens lætæque choreæ
Cantibus augustam lætas deducet ad aulam.
16 Neu desiderio nimium tangare tuorum
Virgo, tibi dulcem patrisque & matris amorem
Leniet adnascens sobolis generosa propago:
Quos regere imperio terras: totumque per orbem
Aspicies populos sceptris frænare superbos.
17 Nec tu carminibus rex magne tacebere nostris
Quaque patet tellus liquido circumsoua ponto,
Posteritas te seta canet, dumque aurea volvet
Astra polus, memori semper celebrabere famâ. Quum

tibi datur, divitiis, veste varia, & auro abundans, puellis suis, puellis, inquam, ipsi reginæ cognatis stipata. 15 Quas longus ordo populi acclamationibus fastis sectatur, quas populus, inquam, fremitum & murmur edens; manibus complosis, & cantionibus chori virginalis gaudio cumulatas ad regiam sacram comitabitur. 16 Noli nympha cogitatione de absentia tuorum vehementis moveri, nobilis liberorum stirps ex te dehinc exoritura, *regnumque majorum possessura*, parentum absentium desiderium molliet, quos etiam terras gubernare, populosque divites & potentes per nationes, insignibus regiis *jure ad se spectantibus* conspicuos coercere videbis. 17 Nec tu (rex potens) in cantu meo sileberis, & quacunque parte orbis terrarum cum fremitu à mari circumpulsatus, expanditur, homines posteris temporibus venturi te celebrabunt, magnaque semper laude cantaberis, dum cœlum stellas instar auri splendentes circumaget.

PSALM XLVI. CAR. GEN: 6.

Psaltes Dei beneficium erga, pios piorumque in rebus adversis fidem in Deum prædicat & operibus Dei: gentesque provocans ad cognoscendum ex operibus Deum, fiducia suæ prædicatione concludit Psalmum.

Quum

QUum muniat nos præsidio suo
Virtute firmet, quum gravis intonat
Procella, fortunæ periclis
Eripiat dominator orbis
2 Nullam expavemus vim: quatiat licet
Orbem tumultus, terraque sedibus
Convulsa, montium ruinis
Arctet aquas pelagi frementis:
3 Insana quamvis æquora sæviant,
Et vorticoso gurgite torqueant
Spumamque limumque & procellis
Terrificis scopulos flagellent
Nam civitatem cui Deus unicé
Indulget, aris & propriam suis
Dicavit, algenti perorrans
Lympha fugax hilarat liquore.
5 Occulta ne vis aut timor hosticus
Urbis quietem, sollicitet, Deus
Gentis suæ intentus saluti
Prævenit auxiliis pericla.
6 Gentes tumultus concitet impias,
Et regna belli concutiat furor, Flamm;

QUum Jehova, qui in res omnes dominatur, auxilio suo nos in periculis tueatur, animum nostrum fortitudine corroboret, nosque à damnis liberet, ubi vehemens fortunæ tempestas incommodum minatur. 2. Nullam timemus violentiam, tametsi summa perturbatio mundum universum commoveat, terraque locis & fundamentis suis violenter abrupta, montium casu mare graviter murmurans angustius facit. 3. Pontusque vehementer æstuans vim & violentiam exerceat, fluctuque in vortices contorto, spumam & cœnum verset, littoraque tempestatibus terrorem incutientibus verberet. 4. Urbem enim Hierosolymam, quam Deus singulari amore prosequitur, temploque suo ac domicilio peculiarem consecravit, aqua lenitet fluens, eandemque humore

Flammis fremat cœlum cótusis,
Terrificet fabefacta tellus:
7 Hac & duelli pacis & arbiter
Stat, præliorum, qui regit exitus,
Munimen, & nostræ salutis
Præsidium, Deus Abrahamī.
8 Venite, adeste & cernite non prius
Audita, mira, incognita, quæ Deus
9 Patravit in terris ab ortu
Solis ad hesperium cubile,
Funesta belli incendia sustulit:
Fregit cruentæ spicula lanceæ:
Contrivit arcus, & volucres
In cineres minuit quadrigas.
10 Sedate motus mentis, ait Deus,

Meas-

more frigido percurrens, exhilarat. 5. Ac ne infidiæ ullæ, fraudes, aut metus ab hoste, urbis tranquillitatem disturbent, Deus pro incolumitate, & vita gentis suæ hæreditariæ curam gerens discrimina impendentia ope sua antevertit. 6. Summa licet rerum confusio gentes profanas adversus eam commoveat, bellumque mentes humanas in furorem concitans, rerum dominationes labe, factet, cœlum ingenti sono ignibus inde micantibus strepat, terraque agitata terrorem omnibus incutiat. 7. Deus tamen à partibus nostris stat, qui arbitrio suo bellum & pacem regens administrat, & quales ipse vult, pugnarum fines facit, ille inquam Deus propugnaculum nostrum nostræque incolumitatis defensor, quem Abrahamus ipse coluit. 8. Accedite, accurrite, videte inaudita prius, mirabilia, ignota antè. 9. Quæ Deus inter homines terras habitantes ab oriente extremo ad occidentem usque effecit; regiones enim illas vastans, quæ sese adversum nos tantopere commoverant, mortiferam belli violentiam à nobis abstulit, cuspides lanceæ ad cruorem fundendum comparatæ, comminuit, arcus confregit, celeresque currus armatos, igne crematos in cinerem redegit. 10. Componite, inquit Deus hostibus, animorum per-

Meaſque vires noſcite, quem colet
Quocunque ſub cœlo repoſtas
Gens hominum colit orbis oras.
11 Hac & duelli pacis & arbiter
Stat, prælio.um qui regit exitus,
Munimen, & noſtræ ſalu.is
Præſidium Deus Abrahami.

turbationes, meamque potentiam intelligite, quem unum hom̃nes, ſub quacunque cœli parte extremos terræ fines habitant, ve-nerabuntur. 11. Deus propugnaculum noſtrum à nobis ſta. qui arbitrio ſuo bellum & pacem regens adminiſtrat, & quales ipſe vult pugnarum fines facit, ille, inquam, Deus noſtræ incolumitatis defenſor & propugnator, quem Abrahamus ipſe coluit.

PSAL XLVII. CAR: GEN: 1

Judæi hortantur gentes ad gratulandum Chriſto, & prædicandum eum i comm.niipſorum vocatione ad Evangelium, & à potentiſſima regn Chriſt. dminiſtratione & gloria.

TElluris omnes incolæ
Deo canoros edite
Plauſus, canoris pangite
Læti Deum præconiis:
2 Deum verendum & arduum,
Maliſque form dabilem,
Qui regna f.ſtu turgida
Frænat pote.ti dextera:
3 Qui bellicoſa compulit
Parere nobis oppida:
Noſtrumque gentes inclytas
Armis coegi. ſub jugum,
4 Hæredi-

OMnes undique homines aggregati in Dei honorem, ſonum numeroſum manibus complosis date, Deum laudibus ad numerum factis alacres cantate: 2 Deum, inquam, metuendum & potentem, maliſque formidandum canite, qui manu forti regna ſuperba coercet. 3 Qui urbes bello claras noſtro imperio obtemperare coegit, qui gentes bello illuſtres ad noſtrum etiam imperi-

um

4 Hæreditatem qui ſuam
Nobis colendam credidit
Unde Iſaci nepotibus
Æterna fulget gloria.
5 En templa ſcandit prævio
Lætum canente claſſico:
En ſcandit author omnium
Vulgi ſecundis plauſibus:
6 Cantate læta carmina
Deo, canora carmina
Cantate, regi pſallite
Iucunda veſtro carmina
7 Qui ſceptra rerum temperat.
Ac regna terræ dividit.
Docti modorum dulcibus
Hunc ferte in aſtra cantibus:
8 Qui dirigit mortalium
Res, & ſalubri vinculo
Legum coercet, lucido
E ſiderum prætorio.
9 Adhunc potentes gentium
Se contulere principes: Utroque

um compulit. 4 Qui terram peculiariter ſibi receptam nobis habitandam commiſit, qua de re laus perpetua poſteris Iſaci paſſim diffunditur. 5 En rerum omnium creator, tubâ præeunte, carmen lætum canente, vulgique favore eum proſequente, in ædem Hieroſolymitanam aſcendit. 6 Canite in Dei honorem cantiones lætitiæ veſtræ indices; canite ei carmina bene ſonantia, Deo regi veſtro cantica voluptatis plena cantate. 7 *Qui mundi totius monarcha*, imperia ejus ita moderatur, ut quibus velit dominationes diſtribuat; omnes periti muſicæ Deum cantionibus jucundis in cœlum tollite. 8 Qui res humanas omnes diſponit, qui ſalutaribus ſanctionum cancellis hominum negotia è ſplendida cœli regia cohibet. Opulenti nationum principes hunc adi-

e tnur

Utroque colla sub jugum
Rerum dedêre præsides.
Nostrum Deum diis cæteris
Sublimiorem agnoscite,
Cœlum, solumque, & sidera
Suo regentem numine.

erunt, ducesque non rogati sese ejus imperio subdiderunt. 2 Intelligite Deum quem noscolimus, diis gentium altiorem esse; & cum quibuvis potestatibus longè sit sublimior, cœlum, terram & stelas suâ potentiâ gubernare.

PSAL. XLVIII. CAR: GEN.

Psaltes Deum celebrat, gratias agit de salute in Judæos, pericula prædicentia explicat, fidem piorum confirmat, Ecclesiam hortatur ad recognoscendam veritatem promissionum Dei.

REctor beate cœlitum, cui nil viget
Simile aut secundum, cœlitum
Beate rector, sancta jure te Sion
In astra tollit laudibus:
2 Sion opacam versa ad arcton, regia
Formosa regis optimi:
Sion voluptas gentium, uberis soli
Arvis beatis accubans.
3 Senisere Domini vindicis potentiam
Solymæ superba mœnia:
4 Senisere numen, quum feroces viribus

Co-

SPirituum cœlestium gubernator, cui nihil æquale aut primum vivit, rex (inquam) spirituum cœlestium, cui semper bene est, omnisque felicitatis auctor, Judæi te *pro Deo suo agnoscunt & colentes*, oratione honorifica meritò in cœlum evehunt, Judæos dico incolas civitatis Hierosolymæ in sancto Sionis monte sitæ. 2 Quæ ad septentriones à sole aversos spectans, pulchrum est regis benignissimi palatium, nationumque omnium deliciæ, divitibus terræ fertilis agris vicina. 3 Sublimes & magnifici Hierosolymæ muri robur Dei maleficos ad pœnas reposcentis intellexere, 4 intellexêre divinatis vim etiam cum reges potentiâ suâ elati, ex-

exer-

Coïere reges copiis
Castrisque junctis: servitutem civibus
Tuis minati & vincula.
5 perstrinxit oculos intuentium stupor,
Et horror artus perculit.
6 Quales tremores querulus excitat dolor
Vexante partu fœminas:
7 Pavorque trepida sparsit attonitos fuga,
Euri procella ut æquora
Verrens, ab imis penitus excitum vadis,
Trepidas carinas dissipat.
8 Hæc facta priscis retulere sæculis
Parvis parentes liberis,
Hæc nos in urbe vidimus Dei, ratis
Qui strænat orbem legibus.
Hæc urbe in illa vidimus, cui pervigil
Deus ipse custos excubat.
9 O sancte rerum genitor, in rebus malis
Tuam advocamus dexteram
Tuas ad aras supplices advolvimur,
10 O rector orbis optime,

Tua

ercitibus tentoriisque conjunctis, in unum convenerunt, habitatoribus tuis, Hierosolyma, servitium & catenas intentantes. 5 Talis admiratio oculis spectantium sese objecit, talisque tremor eorum membra repentè percussit. 6 Quales horrores sensus mali tempore patiendi querelas movens gravidas mulieres concitat. 7 Metusque stupentes subita & confusa fuga ita dissipavit, ut tempestas ab euro orientali vento coorta, aquas marinas à fundo usque excitans timidas naves conquassatas dispergit. 8 Has res superioribus temporibus a te gestas patres filiis pusillis narravere, hæc nos conspeximus patrata in urbe Hierosolyma Deo sacram, qui rerum universitatem legibus firmis moderatur, hæc, inquam, facta conspeximus in oppido illo, cui Deus ipse conservator insomnis excubias agit. 9 Mundi creator sanctitatis ergo venerande, te

unum

Tua laus per oras ultimas mundi, & tuæ
Imago fulget gloriæ.
11 Et æquitatis. Te sceleſtos verbere
Plectente juſto, geſtient
Colles Sionis: nec ferret tacitum ſuum
Iudæ propago gaudium,
12 Ite, & Sionem obamulate, mœnia
Spectate, turres arduas
13 Numerate, foſſam & aggerem intuemini,
Moleſque celſas ædium
Narrate natis, poſterorum ut audiant
Et obſtupeſcant ſæcula:
14 Solumque noſcant & colant noſtrum Deum;
Ortuſque finiſque inſcium;
Qui ſempiterna nos ope
A fraude vique proteget.

uxum in rebus adverſis in auxilium vocamus, humique in pulvere jacentes ad altaria tua proſternimur. 10 Honor tuus, mundi creator, omnium fons bonorum gloriæque exemplar, tuæque laus juſtitiæ per oes orbis totius angulos reſplendet: 11 Te flagellis malos puniente, Hieroſolymitani præ gaudio exilient, nec Judæi in lætitiam ſoluti eam tacebunt. 12 Ite, & Hieroſolymam circumeuntes cernite, muros ejus contemplamini. 13 Turres ſublimes recenſete, caveam circumjectam, terræque cumulos, altaſque domorum magnitudines ſpectate; dicite hæc poſteris, ut hominumſequentium ſucceſſiones eadem accipientes admirentur. 14 Unumque Deum noſtrum ſempiternum coguoſcentes honorent, qui immortalis auxilio ſuo perpetuo nos à dolis & violentia defendet;

PSAL XLIX CAR GEN: 15.

Pſaltes hortatur omnes ad doctrinam audiendam quam propoſiturus eſt, fiduciam ſuam in Deum prædicans, & ſecuritatem de reſurrectione carnis & vita æterna: vanitatem eorum qui altis rebus confidunt, explicat, pioſque non ad illorum ſed ſui imitationem vocat.

Audite

AUdite gentes: ortus & occidens
Advertite aures, & medio dies
Quos torret axe, & qui vitreum solum
Ponti nivali finditis orbita.
2 Audite, sive ignotus, & infima
De plebe pauper, sive opibus potens,
Multaque fulges plebe clientium,
Aurique gazis ditibus incubas.
3 Fontes recludam jàm sapientiæ:
Plenoque promam pectoris è penu
4 Prudentiam: jam lingua recondita
Oracla gestit carmine pandere.
5 Cur congerendis me cruciem bonis
Famemque & acrem pauperiem timens,
Ut vita cultis anxia tristibus
Me tristiorem trudat ad exitum?
6. Gemmis & auro & murice divites
Superbientes aspice, qui sibi Gaudent

NAtiones omnes quod dicturus sum auscultate, omnesque orientis & occidentis, incolæ aures mentesque arrigentes, ad verba mea attendite; vos quoque, quos dies sole meridionali adurit, quique glaciem oceani instar vitri solidam *in septentrione* rotis nivosis transitis, 2 Sive ignobilis & tenuis. parentibus maxime obscuris ortus es, sive opulentus magnaque te observantium turba clarus es, avique similis ovis incubanti, divites auri thesauros anxiè conservas, aures (inquam) vestras omnes arrigite. 3 Jam enim thesauros cognitionis aperiam rerumque multarum scientiam è cella animi referta depromam. Nam lingua abscondita Dei decreta versibus declarare jam vehementer cupit. 5. Cur divitiis cogendis me torquerem? victus penuriam, & paupertatem metuens, quæ homines ad res oes vehementer impellit; ut spatium quod vivo, solicitudine tristitiam afferente districtum me ad mortem molestiorem impellat. 6. Contemplare opulentos ob gemmas, aurum, & purpuram fastuosos, qui sibi ipsis, ob felicitatem fluxam & inanem libenter assentantur, gauden-

Gaudent beato plaudere somnio,
Tutosque fluxis credere, se bonis
7. Germanus auro non redimet suum
De morte fratrem: non prætio Deum
Donisve flectet fata retexere,
Ut membra liquit, frigida spiritus.
8, 9. Sed nec perennes interitus moras
Dives paciſci, nec potis est putres
Ne solvat artus tempus edax. vetat
Id lege durâ fixa necessitas.
10 Mors æqua stultis & sapientibus
Intentat arcum: par manet exitus
Vitæ hos & illos, occupat improbis
Gnotus hæres parta laboribus.
11 Uillæ superbæ delicias breves,
Luxuque structas regifico domos
Linquunt: sepulchrique irremeabilis
Tenebricosis sub latebris jacent.

Qui gaudentque se ob bona fragilia & fugacia omni periculo & metu vacuos existimare, 7. Frater fratrem suum pecuniâ ad interitum non eximet, nec Deum præmio aut muneribus ad revocandum decreta sua movebit, ut postquam anima corpus frigidum deseruit, defunctum vitæ restituat. 8, 9. Sed nec pecuniosus perpetuum vitæ spatium à morte liberum, ulla cum Deo pactione sibi adipisci potest, nec cum eo paciſci ne longum temporis spatium omnia consumens, corpus corruptum in pulverem redigat: vi quædam firma, quæ refringi non potest conditione irrevocabili prohibet. 10 Mors enim æque omnibus sine ullo discrimine, fatuis & prudentibus favens, telum intentat, similisque vitæ finis stultis & sapientibus futurus est, succeſſorque incognitus bona magno labore parata repente invadit. 11 Homines brevem cum magnificæ in agris extructæ oblectationem deserunt, ipsasque adeo domos abundantia regali positas relinquunt, inque tenebrosis tu-

Quid fama duris parta laboribus
Prodeſt? inanis quid tituli decus?
Quid aura blandæ laudis, & ambitus
Nomen futuris prodere ſæculis?
12 Quum vani honoris ver breve floruit,
Lethale ſpirans mortis hiems, viros
Et bruta raptans interitu pari,
Oblivionis nube pari premit.
13 Hac ſtulti ierunt: hanc malè providos
Ducet nepotes error in orbitam
14 Quos mors ſepulchri ſub fcrobe conditos
Depaſcet, imbelles ut oves lupus.
Æterna cœli temperies pios
Manes fovebit luçis in aureæ
Splendore: qualis manè fluit nitor
Per prata vernis picta coloribus.
Stultis ſenectus robora deteret.
Pro ſumptuoſis buſtum erit ædibus:
15 At me benignus de barathri cavo

Specu-

muli obſcuritate, unde nemo redit, eò projecti cubantquid: uſi litatis habet nomen magnum laboribus difficilibus comparatum? quodvè emolumentum habet honor monumenti nihil profuturi? quid præclara laudatio auribus jucunda, & deſiderium tradendi memoriam ſui poſteritati, prodeſt? 12. Quum exiguum lætitiæ tempus, ob honorem non profuturum, gaudii materiam obtulit, triſte finis vitæ tempus flans mortiferùm, homines ſimul & animalia rationis expertia ſimili ſilentii obſcuritate utroſque abſcondit. 13 Imprudentes hanc ſecuti ſunt ſententiam, ignorantia verè poſteros incautos in eandem viam inducet. 14. Quos quidem ſtultos ſub tumuli foſſa abſconditos, mors ut lupus oves meticuloſas vorabit: *contra verò, quamvis rectum iter ingreſſi moriendum quoquo ſit*, moderata tamen, & bona cœli tempeſtas, perpetuo durâns, eos in voluptatibus cœleſtibus, & lumine jucundo degentes leniter

Specu remissum suscipiet Deus

16 Nec te cupido saucier æmula,
Stupórve, si quem videris impia
De plebe fluxis conspicuum bonis,
Clarumve multa fulgere gloria.

17 Quum dexteram mors illachrymabilis
Injecit, ex tam divite copia
Secum sub umbras nil feret: & comes
Infida fastum gloria deseret.

18 Dum commeantis pectora spiritus
Haustu calescunt, perfruitur bonis,
Seseque curat molliter, & monet
Omnes eundem pergere tramitem:

19 At quum parentes cesserit ad suos,
Longum dolebit stultitiam brevem,
Ad regna tractus lucis egentia,

Qui

continebit qualis splendor manè per campos floribus vere crescentibus variatos discurrit: Imprudentibus vero temporis spatium vires comminuet, eritque illis sepulchrum loco ædium magnificè structarum. 15. At me è tumulo vitæ restitutum, Deus ipse bonus in tutelam suam recipiet. 16. Itaque ne te æmulatio ulla, nec admiratio torqueat, si quem inter malos bonis fugitivis spectabilem conspexeris, aut illustrem magna honorum de illo opinione & fama splendere. 17. Quum enim mors lachrymis immobilis, eum sibi asseruit, nihil è tanto luxu in tumulum & ad inferos secum portabit, ejusque honos comes cui malè creditus, enm sepultum relinquet. 18. Dum impii illius pectus, reciprocatione anhelitus sæpe redeuntis, calet, è bonis suis imprudens ille opibus & honoribus auctus, voluptatem capit, tractatque se delicatè, omnesqn eandem vitæ rationem sectari jubet. 19. At quum ad majores suos abierit, ob imprudentiam non diuturnam ad inferos ablatus, quos tremor obscurus semper operit, ibi ad tristi-

tiam

Quæ semper horror nubilus obsidet.
20 Rectrix honoris ni sapientia
Accesserit, brutis homo bestiis
Nil interest: quos vita facit pares,
Expectat æque inglorius exitus.

tiam perpetuam contorquebitur. 20. Nisi prudentia, magistratuum & gloriæ ipsorum moderatrix, utrisque adjuncta fuerit, homo bestiis ratione carentibus nihil præstat, quos enim vita facit æquales, eos quoque finis inhonoratus æqualiter manet.

PSAL. L. CAR: GEN: 6?

Psaltes Deum Sione habitantem, à natura, majestate, gloria, operibus, & verbo commendans, Ecclesiam docet rationem colendi eum foris ceremoniis & intus spiritu: improbos improbitatis evincens palàm arguit: eos minis & promissionibus ad bonam frugem revocans.

QUi frænat æquis legibus arbiter
Superba regum colla minacium,
Vocabit in jus orbem ab ortu
Solis ad hesperium cubile.
2 Vultu verendo tum sacer ardua
Pulchræ Sionis de specula loquens,
Ad gentis humanæ coactum
Concilium Deus ora solvet.
3 Non facta semper non sinet impia
Impune grassari, veniet Deus:
Flammæ vorax illum antecedet
Vis rapidis agitata ventis.

4 Testes

JUdex ille æternus, qui reges superbos, & minabundos & legibus justis comprimit, omnes ab oriente homines ad occidentem usque in judicium citabit. 2 Tum Jehova aspectu timendo venerabilis de tribunali suo in speciosо monte Sionis sito loquens cum multitudine hominum collecta aget. 3. Non permittet ille scelera nefaria in perpetuum bonos sine pœna violenter opprimere, Deus ipse ad judicium aderit, violentia ignis omnes ei adversantes consumens. ventis vehementibus excitata, cum præcedet,

4 Testes vocabit, cum populo suo
Acturus, ignes, lumine consicio
Qui cuncta despectan ab alto, &
Omniparæ sola vasta terræ.
5 Adeste primum gens mihi propria,
Gens facta, (dicet) cui super hostias
Legem dedi rité offerendis,
Perpetuum pepigique fœdus:
6 Hic æquitatem judicis igneus
Miratus æther, justitiam Dei
Annunciabit. nam sedebit
(Ne dubita) Deus ipse judex:
7 Audi Abrahami progenies boni,
Peculiaris gens mihi: te voco
Testem benignitatis in te
Perpetuæ, & solidi favoris.
8 Non arguam te quod mihi victimæ
Cruore raro altaria sparseris,

Au

Cum autem populum Hebræum sibi peculiarem judicio experietur, stellas sibi velut arbitras ad vocabit, quæ luomine suo omnia conspiciente facta humana è cœlo contemplantur, ingentiaque terræ matris omnium spatia tanquam arbitrum & testem alterum sibi adversum contumaces sumtum citabit. 5. Adeste vos primum, inquiet, populus, quem præ cæteris singulari favore dignatus sum, mihique in hæreditatem receptus, populus (inquam) mihi dedicatus, cui jura de victimis mihi legitime dandis præscripsi, quocum etiam pactum sempiternum ligavi: 6. Tum cœlum stellis collucens admiratione justitiæ judicis æterni captum, Dei constantiam in jure dicendo prædicabit; nam certo scias, Deus ipse jus dicet. 7. Vos, inquiet, posteri justi & pii Abrahami, gens peculiariter mihi selecta, credo tibi de mea in te liberalitate continuo, deque meo in te amore firmo teipsum in testem adhi-
beo. 8. Non ego te reprehendam, quod hostiis raris aram meam im-

Aut parcus armenti cremaris
Rara sacris holocausta flammis.
9 Non taurum egens te de stabulis peto,
Hircumve caulis: omne pecus meum est.
10 Quod montium anfractus pererrat:
Quod nemorum tegitur latebris.
11 Nec me volucris rupis in edito
Usquam recessu nidificans latet:
Non ulla picturato amictu
Ruris avis genialis hospes.
12 Quod si esurirem, scilicet ut petam
A te necesse est, arbiter ætheris,
Terræ, fretique, & quicquid ingens
Orbis habet gremio capaci.
13 Taurine vescor carnibus, aut bibo
14 Hirci cruorem? pectore candido
Grates age, & quovis litabis
Rité Deo sine cæde voto.
15 Tum deprehensus rebus in asperis

imbueris, aut pecorum tenax, sacrificia pauca ignibus super altare accensis combusseris. 9 Non ego abs te flagito, quasi in egestate sim, taurum de bubulibus tuis, aut capram de septis ovium & caprarum; omne enim animal ad me spectat. 10 Quod per obliquas montium vias pascens vagatur, quodque in secretis sylvarum locis absconditur. 11. Non avis ulla nidum alicubi struens in alta & remota montis saxosi parte, aut ales ulla variis plumis decora, ruris jucundi habitator, præterit me. 12. Si fame tentarer, cerè an opis est, ut ego, ego (inquam) Dominus cœli, terræ totius, maris que, & quicquid mundus in triplici illarum ejus partium sinu continet, abs te quid postulem? 13. Mene carnem bubulam edere? aut caprarum sanguinem potare existimas? 14. Imò potius munera mea animo sincero & grato recognosce, Deoque quacunque velis votorum oblatione sine animalium internecione, legitimè sacrificabis. 15. Insuper rebus adversis impeditus, sine

metu

Securus implora: auxilium feram,
Grates ut accepta salute
Lætus agas, Dominumque laudes:
16 At impium sic alloquitur Deus,
Qua fronte leges tu recitas meas?
Et ore sanctum impurus audes
Sacrilego memorare fœus?
17 Tu legum habenis impatiens regi,
Et institutis, moribis & bonis
Juratis hostis, voce laudas,
Tecum animo mea verba rides;
18 Cum fure furti consilium cois,
Mœchis adulter te socium applicas:
19 Ad probra projectus, dolosâ
Perniciem meditare lingua.
20 Cum fratre juncti vincula sanguinis
Oris procacis non rabiem premunt:
Infamia germanum eodem
Dedecoras utero creatum. 21 Et

metu auxilium pete, tibique opitulabor, ut malis liberatus beneficium acceptum hilariter incolumis fatearis, totaque vita gloriæ meæ studiosus me Dominum prædices.

16 *Contrà vero,* Deus ita cum pravo agit, qua impudenti pietatis simulatione mea præcepta citas? sceleratus etiam non vereris ore perjuro pactionis sacrosanctæ tecum factæ mentionem facere? 17 Idem etiam præceptorum meorum moderamine non ferens te gubernari, legibusque bonis & vitæ integritati ex professo inimicus, oratione quidem verba mea commendas, mente verò eadem tacitus aspernaris. 18 Cum latrone, enim furti societatem facis, alienique matrimonii violator, *ut sceleris participem te præbeas,* adulteris conjortem te adjungis. 19 Ad convitia proclivis, lingua mendaci aliis exitium parare cogitas. 20 Propinquitas generis cum germano oris petulantis, eumque calumniis proscindentis maledicentiam non cohibet, ignominia afficis fratrem ex eadem etiam matre genitum, *tantum abest ut ab ignotis! Lædendis abstineas.*

21 An

21 Et arbitaris me similem tui,
Quod perpetrata hæc dissimulaverim?
Ne crede: tecum expostulabo,
Ante oculos tua facta ponam.
22 Considerate hæc vos, quibus excidit
De mente cæca mentio numinis:
Ne quum prehendam, nemo sit qui
De manibus mihi prensa tollit
23 Si victimam vis magnificam mihi
Mactare, laudes canta, age gratias:
Hac itur ad certam salutem,
Hæc superos via pandit axes.

21 An tu putas me æque ac te malum, & horum scelerum approbatorum esse, quòd hæc à te perpetrata reticuerim? noli id existimare: imò ipse te tanto severiùs redarguàm tuaque scelera palàm faciam. 22 Vos autem quibus memoria Dei ex animo ignaro abolita est, hæc vobiscum diligenter expendite ne, siquando quem arripiam, nemo sit, qui de mea irati potestate semel à me capta auferat 23 Si vis hostiam condignam mihi sacrificare, beneficia mea prædica, eaque grata memoriâ repete hac enim ratione homines ad vitam æternam eunt, hæc etiam ratio est, quæ cœlum Dei ipsius domicilium aperit.

PSAL. LI. CAR: GEN: 15

David audita comminatione Dei per Nathanem gratiam, peccatorum remissionem. & sui instaurationem petit. ut duce spiritu, sua sanctificationi. aliorum institutioni & Dei Gloriæ possit incumbere orat pro salute populi, omnesque boni votum Deo nuncupant de seipsis Deo consecrandu. & gratiis agendis.

O Salus rerum, lachrymis precantum
Mollibus flecti facilis, rogantem
Lenis exaudi, scelerumque terras
Ablue sordes

JEHOVA vita custosque omnium, quæ mundus complectitur, misericors fletibus te invocantûm animi mollitiem indicantibus, me precantem placabilis audi, fœdasque peccatorum meorum

2 Usque peccati lava & usque labem,
Dum repurgatum maculis pudendis
Purius corpus niteat recocto
Ignibus auro.
3 Nam meam agnosco (pudet heu pigetq;)
Ah miser labem: vitiique fœda
Mentis obversans oculis imago
Semper oberrat.
4 Unus arcani es mihi teitis. unus
Arbiter verax, temerario ausu
Improbas linguas tua judicantûm
Facta refutas.
5 Quippe jam primo scelus usque ab ortu
Hæret infectas vitians medullas:
Deque conceptu genitricicis hausi
Semina labis.
6 At tibi cordi est sine fraude veri
Simplicis candor, fideique certæ
Puritas, nullo labe facta duri
Turbinis ictu

rum maculas dele. 2 Maculum sceleris alrè mihi insidentis multùm lava, dum corpus à turpibus notis purum & elutum clariùs auro flammis sæpe fuso splendescat. 3 Nam, miserum me, pudore suffundor, pœniterque me, delictum meum seriò detestans recognosco, turpisque offensæ species animo meo se objiciens, sæpe mihi semper ostendit. 4 Tu solus criminis occulti conscius es, soluſque judex æquus, qui mendacii arguis linguas eorum petuentes, qui, laquæ à te struuntur, condemnant. 5 Peccatum certè mihi est veluti affixum, intima quæque corporis, cor ipsum & animam á nativitate inficiens, ejusque originem ex eo tempore primum imbibi, quo me mater primum in utero conceptum fovebat. 6 At puritas sola veritatis nudæ, dolique expertis. stabilisque persuasionis sinceritas, nullâ rerum adversarum vi commota, tibi unicè placet; tanti autem fidem firmam æstimas, ut mihi turpibus scelerum maculis aspersò felicem mandatorum & sapien-

Hanc

Hanc facis tanti, vitiis ut atris
Oblito, legum sapientiæque
Tu mihi arcanæ facilis beatum in.
Dulseris haustum.
7 Ergo me hyssopi, sator alme, lustra
Frondis aspersu: maculæque cedent,
Membra candorem tibi lota vincent
Pura nivalem.
8 Si bonus lætum placidusque mittas
Nuntium, tristem mihi recreabis
Gaudio mentem: stupidos recurret
Robur in artus.
9 Ne meos lapsus oculis acutis
Semper observa, numeràve labes:
Sed malæ culpæ nimium tenaces
Ablue sordes.
10 Cor mihi rectum, scelerisque purum,
O potens rerum genitor, refinge:
Spiritum firmum renova novatâ
Cordis in aula.
11 Neu mihi avertas faciem, tuoque Arceas

tiæ occultæ gustum dederis. 7 Itaque me, sancte parens, aspergine rami tuæ illius veræ hyssopi purgatum expia, omnesque vitiorum notæ discedent; membraque per te a sordibus purgata & abluta nivem ipsam albedine superabunt. 8 Si tu liberalis & favens jucundam favoris tui me exhilaraturi significationem mittas, *si spiritum (inquam) tuum menti insculpas*, jucundum remissionis peccatorum nuntium mihi afferentem, tum animo mœsto lætitiam dabis, tum vires etiam in ortus debilitate torpentes redibunt. 9 Noli sedulo errata mea semper animadverrere, aut offensas numerare, sed sceleris fœditatem vehementer adhærentèm expurga. 10 Cor æquitati deditum & peccati expers denuò mihi instaura, creator rerum omnium potestatem habens, spiritumque invictum in penetrali animi expurgato, refice. 11 Vultum tuum ne

Ideas vultu procul, auferasque
Spiritum sanctum, calidâ incitatus
Rursus ab ira.
2 Redde, speratæ solido ut salutis
Gaudio per te fruar, inquieti
Spiritus motus animi rebelles
Principe firma.
13 Tum meo exemplo moniti scelesti,
Quos viâ flexit malesuadus error,
Denuò legum duce me tuarum
Jussa capessent.
14 Expia noxâ mihi sospitator
Cædis infandæ caput obligatum, ut
Te canam justum, pariterque lapsis
Parcere largum.
15 Tu viam vocis mihi pande: mutum
Tu Deus linguæ moderare plectrum:
Tum feram laté tua magna gentes
Facta per omnes. 16 Victimæ

mihi abscondas, nevé me à conspectu tuo longè repellas, neve ab ira vehementi iterum incitatus, spiritus tui affectu me, spolians, sanctorum animi motuum inspirationem à me tollas. 12 Hoc mihi etiam restitue, ut benignitate & operâ tuâ, veram lætitiam assequar, *quod per te à peccato & morte liberatus*, salvus sim, *id quod de te semper sperabam*; animique turbati commotiones legibus tuis repugnantes, inspiratione tua valdè efficaci confirma, *ut tibi deinceps, meipsum ultrò addicam*. Tum improbi, quos ignorantia ad mala vitia impellens, à lege tua detorsit, meam authoritatem sequuti, & ad te conversi, legum tuarum mandata iterum amplectentur. 14 Purga, servator. a crimine cædis hujus nefariæ vitam meam pœnæ propterea obstrictam, ut te quidem æquum & errantibus veniæ largum celebrare queam. 15 Mihi denuò os aperi, *quod prius ob sceleris meum occlusum obmutuit*, linguamque, instar plectri, sonos facientem tempera; tum miracula tua per omnes nationes passim circumferam. 16 Si

16 Victimæ si te caperent, dedissem
Victimam: sed te neque sanguis hirci
Fusus, aut sacris holocausta placant
Addita flammis.
17 Pœnitens fraudum scelerumque pectus,
Spiritus fracti, mala cor perosum,
Hæc Deum placant: adhibe hæc, & absque
Thure litabis.
18 Gentis humanæ bone dux, Sionem
Quo soles vultu facilis tuere:
Pace Florentes Solymæ beatæ
Protege turres.
19 Tum tibi votis bona mens pudicis
Sacra persolvet: facet hircus ignes
Pascet, & sanguis vituli calentem
Imbuet aram. PSAL.

16 Si victimarum sacrificia a meis manibus impuris oblata tibi placerent sacrificassem: sed neque hircus mactatus, aut sacrificia tota in ignem conjecta te propitium faciunt, *cum in his non sit, quam peto, peccati expiatio.* 17 Sed animus peccatorum sensu attritus, & submissus, mensque in delicta odium habens; hæc autem sacrificia Deum placatum reddunt; hæc deo offerto, eumque absque externo ullo sacrificio tibi placabis. 18 Hierosolymam interea, Rex hominum, quo more consueviſti non durus aspice, nec peccata mea tuæ in eam gratuitæ benignitatis cursum abrumpant, arcemque urbis felicis tranquillitate abundantem defende. 19 Tum conscientia recta, animusque plane tibi reconciliatus castispurisque oblationibus promissis, tibi, sacrificabit, hircusque tibi mactatus ignes alet, vitulique sanguis aram igni sacro calidam madefaciet, *omneque sacrificiorum genus sic acceptum habebis.*

PSAL LII. CAR. GEN: 10

David doegum accusatorem reprehendit scelerati facinoris, animi & mendaciorum nomine: Dei judicia denunciat, ecclesiæ gratulationem prædicat & fide gloriatur se aliquando in Ecclesia fidei officia præstiturum.

QUid gloriaris impie
Tyranne pravis artibus
Innoxiis clementia
Divina semper excubat.
2 Tua lingua semper strandibus
Intenta comminiscitur
Nefas, nitente cotibus
Acutior novaculâ
3. 4. Te prava rectis plus juvant,
Plus falsa veris recreant:
Dolisque pestilentibus
Libenter aurem commodas.
5 Ergo Deus te conteret,
Hominumque contubernio
Eliminabit, ac domum
Evertet omnem funditus.
6 Justus videbit, & gravem
Dei pavebit dexteram:
Vanaque dignos exitus
Ridebit impotentia:
7 En ille gazis (inquiet)

6 Ut tyranne execrabilis, te in nequitia tua ostentas? bonitas Dei pro bonorum incolumitate & custodia vigilias semper agit. 2. Tua lingua ad mentiendum semper parata, scelus excogitat, magis acutè scindens, quam culter tonsorius à saxo splendens, cujus attritu acuitur. 3. 4. Mala te magis quàm justa delectant, tibique mendacia gratiora sunt quam ipsa est veritas; aurem quoque ad fraudes noxias audiendum summo studio applicas. 5. Deus itaque te malè perdet, eque hominum consortio abreptum exterminabit, genùsque tecum à radice evulsum subruet. 6. Justus hæc aspiciet, manùmque Dei severam, & ad puniendum potentem, timebit, finémque impiorum, animi ipsorum furore nihil ipsis profuturo dignum, lætus accipiet, ludosque faciens, di- 7. Ecce illum, qui in divitiis & strandibus suis potius quam

Malisque fidens artibus,
Securus ille numinis,
Divinæ opis nil indigens.
8 Ego, ceu viteus olivula,
Domini in agello consita,
Florebo, spes fretus bona
Cælestis indulgentiæ,
9 Te semper in cœtu pio
Fraudis scelestæ vindicem
Canam, & tuæ clementiæ
Spe, dura cuncta perferam,

in Deo, spem ponebat; ecce non timentem Deum eccum, qui credebat se Dei auxilio non opus habere. 8. Ego autem, quem ille perditum cupiebat, tanquam Oliva frondes virides gerens, in agro Domini (cujus ille ministros trucidavit) plantata, felciter agam, nixus bona in futurum fiducia de divina erga me clementia. 9. Celebrabo te semper, mi Deus inter bonos; nequitiæ & scelerum ultorem, tuæque bonitatis expectatione fretus, difficilia omnia constanter tolerabo.

PSAL LIII. CAR. GENI 30

Eodem est argumento cum Psalmo. 14.

OPinionum fœda mentem toxico,
Corpusque scelerum sordibus
Contaminata turba, vela dum cupit
Suo furori obtendere,
Fetri ac referri sortis arbitrio omnia
Humana comminiscitur.
Ergo evoluta numinis formidine,
Dat frænа turpitudini:

Sceleste

MAgna pars hominum animum gerens sententiarum incertarum veneno fœdatum, corpusque facinorum nefariorum turpitudine conspurcatum, dum sententiam suam insanam velare studet, fingit res omnes humanas sursum ac deorsum Fortunæ vo-

luntate

Scelesta, fœda, abominanda excogitat,
Excogitata perpetrat.
2 Ex arce celsa siderum deflexerat
Dominus in orbem lumina,
Si quem videret forté non penitus malis
Corruptum opinionibus,
Qui mentis oculis omnium fideliter
Rerum parentem quæreret:
3 Erroris omnes nubili fallacibus
Fraus illigarat cassibus;
Se cuncti eisdem polluere sordibus,
Nec recta cuiquam curæ erant.
4 Ergo ille mitis, ille munificus parentm,
Ira incitatus aspera,
Gens (inquit) ista plena scelerum ac sordiū;
Crudelis animo, & impia,
Quæ panis instar devorat plebem meam,
Ecquando cognoscet Deum?
Ecquando mentis lumine in periculis
Agnoscet orbis arbitrum?

luntate agitari: ergo abjecto Dei timore, nequitiæ suæ libertatem largitur; scelerata, turpia, detestanda invenire ita stupet, inventaque perficit, ut ne ullus quidem rectè vitam instituat. 2. Deus autem, quem nihil latet, è sublimi cœlorum templo oculos in terram detorserat, si fortè cerneret aliquem nequissimis sententiis non omninò contaminatum, qui intellectu suo, bona fide totius mundi conditorem investigaret. 3. Error universos implicuerat retibus fraudulentis falsæ opinionis obscuræ & incertæ; omnes eisdem vitiis sese fœdarunt, nec æqua & justa ab ullo expetebantur. 4 Ille igitur pater facilis semper & benignus suis, iracundia difficili permotus, Hæc, inquit, natio valdè scelerata, & vitiis admodum coinquinata, mente truculentâ, perversæque religionis, quæ populum mihi deditum consumit, acsi panem voraret, unquamne bonitatem & potentiam Dei intelligit? unquamne Dominum

Certè timebit non timenda, & conscius
Vexabit horror pectora.
Nam Dominus ossa conterétq;, & hostium
Ausus retundet impios.
Vultum pudoris turpibus sparget notis:
Turbabit animum infamia.
En unquam Eoo lucifer salutifer
Ab axe promet hunc diem?
Ab arce Dominus quum Sinois ardua
Speratam opem feret suis.
Patriæque vinclis liberos hostilibus
Reddet nepotes Isaci,
Electa laudes illius gens ut canat
Perfusa vero gaudio.

minum pro arbitrio suo mundum regentem in discriminibus intellectu recognoscet? 5. Profecto metuet quæ non sunt metuenda terrorque peccati sui memorem animum torquebit: Jehova etiam hostium membra confringet, sceleratosque eorum conatus vanos reddet, faciem signis fœdis confundet, mentemque ignominia vexabit. 6. Sed an unquam stella Veneris hominibus salutaris tempus hoc secum ab oriente ducet, quum Dominus ab excelsa tum Hierosolymitana, liberatoris promissi auxilium din expecta, tum populo suo afferet? patriæque restituet Judæos Isaci posteros hostium imperio immunes? ut populus ei peculiariter acceptus, lætitiâ sincerâ delibutus, præclara ejus facta cantet.

PSAL. LIV. CAR: GEN: 10.

David a Ziphæis proditus, Dum erat pro salute sua & hostium exitio, promittens se, accepto hoc beneficio, amplius culturum & prædicaturum Deum.

RErum parens me protege
Et sævo ab hoste libera,
Nomen boni ut colant tuum,

DEfende me rerum omnium author, & ab inimico crudeli eripe, ut pii cum honore celebrent te, & religionis expertes potentiam

Et vim paveſcant impii.
2 Audi benignus ſupplicem,
Nec durus aurem quæſtibus
3 Occlude: vitæ nam meæ
Crudelis hoſtis imminet
Infeſtus hoſtis imminet
Vitæ meæ: nec vindicem
Dei potentis dexteram
Sibi imminentem reſpicit.
4 Rerum ſed æquus arbiter
Opem feret: periculis
Me liberatum tulciet,
Et ſoſpitem tuebitur.
5 Suis perbit artibus
Sceleſta fraus, & incident
In ipſa cæci retia
Qui clam mihi tetenderant.
6 Liber periclo, victimis
Te munerabor: te canam
Patrem, bonis placabilem,
Maliſque formidabilem.

tiam tuam timeant. 2 Exaudi facilis te ſuppliciter rogantem nec difficilis autem querelis meis obſtrue. 3 Inimicus enim ſanguinarius ſemper mihi inſidias locat: hoſtis inimico animo inſtat ad vitam mihi eripiendam, nec animadverti ultricem Dei manum ſummæ fortitudinis, periculum ſibi intentantem. 4 *Sed abſit, ut propterea animum diſpondeam*: Juſtus enim omnium judex, auxilium afferet, meque rebus dubiis ereptum ſuſtinebit, ſalvumque abhoſte defendet. 5 Scelerati & fraudulenti, machinis ſuis *in aliorum perniciem excogitatis*, perdentur, inque ipſas fraudes improvidi cadent, quas adverſum me occultè paraverant. 6 Ego autem interea extra periculum ſacrificiis te donabo, boniſque te patrem facilem, pravis, autem judicem terribilem prædicabo.

7 Qui libero molestiis
Mihi dedisti gaudia
Haurire læto lumine
De clade gentis perfidæ.

7 Qui mihi anxietatibus liberato donasti, lætitiam capere huisce oculis exitio hominum fraudulentorum gaudentibus.

PSAL LV. CAR: GEN: 5

David orta abschalomi conspiratione, Deum orat pro salute sua & hostium ruina, saepissimque de utriusque eventu confirmat a fide sua, & experientia beneficiorum Dei, & ab aliorum impietate & inhumanitate. Postremo se & omnes suo exemplo confirmat.

CÆlitum rector bone, mitis aurem
Admove in rebus trepidis vocanti,
Neu meos vultu terrico severus
Despice questus.
2 Aspice attentus mihi quo tumultu
Æstuet pectus: gemitu dolores
3 Quo fremant, dum vis mihi frausque sævi
Imminet hostis.
Imminet sævus capiti tyrannus,
Et meæ famæ meditatur atrox
Crimen, & secum furit impotenti
Turbidus irâ.
4, 5 Cor micat, nervis trepidant solutis
Ossium nexus, animus labascit,
Semper

FAc audientiam, rex cœlestis, lenis & clemens, orationi meæ temporibus dubiis te invocantis, neu vultu austero, & inexorabilis querimoniam meam neglige. 2 Animum etiam adhibens cerne, quanta perturbatione mens mihi agitetur: 3 Quaque lamentatione animi mei tristitia tumultuetur, violentia & insidiæ inimici crudelis mihi intentantur: crudelis enim & impius magistratus saluti meæ minatur, meoque nomini criminationem sævam excogitat, animoque turbato, intra se irâ infræni ringitur. *Jam in me impetum facere cogitat.* 4, 5. Itaque cor mihi palpitat, artuumque junctura, nervis laxatis tremunt, animumque prorsus

Semper & pallens oculis oberrat
Mortis imago,
6 Ergo sic mecum loquor: O quis altos
Nubium in tractus celeri columbæ
Me levet pennâ, nemorum & remotis
Sistat in antris!
7, 8 Ut procul curâ trepida metuque
Montium solos habitem recessus,
Ocyor ventis ferar & coruſci
Fulminis alis.
9 O Deus, linguas malé perde pravas.
Illitas linguas gelido veneno:
Quæ dolis, probris, rabidisque vexant
Litibus urbem.
10 Sive nox fundat radios micantes,
Sive nox fundat tenebras opacas,
Excubant muris maledicta, vicis
Omnibus errant.
11 Vis, furor, fraudes, scelerum libido
Obsidet cunctos aditus viarum:

abjicio, & pallidum mortis præsentis similachrum in oculos assiduè incurrit. 6 Ergo sic tacitè mecum in animo cogitans, in verba hæc prorumpere cogor: O quis velocibus avis cujusdam alis me undique obsessum, in excelsam aëris regionem inter nubes sustollat! O si quis me in longinquis sylvarum speluncis collocare velit! 7, 8. Ut longè a solicitudine cogente me festinatione uti, remotus, proculque hostium timore solitarios montium locos incolam, ventisque & fulmnie lucente velocior illuc repentè transferat. 9 Linguæ, sacrilegæ, Jehova, frigido pharmaco imbutæ pereant, quæ cives fraudibus, maledictis & furiosis contentionibus judicialibus solicitos habent. 10 Sive dies radios corruscos instar spiculorum lucentiam emittat, sive nox umbras solem excludentes effundat, convitia in mœnibus urbis pervigilant, perque vias omnes vagantur. 11 Violentia, insania, doli, cupiditas peccandi

Et fames auri miseram trucidans
Fœnore plebem,
12 Si palam sævos inimicus enses
Stringeret, si clàm laqueos pararet,
Dente si famam peteret maligno,
Æquior essem.
13, 14 Tu mihi insultas comes & sodalis,
Testis arcani taciturni & auctor
Consili, sacræ totiesque junctus
Fœdere mensæ.
15 Gentis humanæ moderator, orbem
Qui salutari regis æquitate;
Fraudis auctores scelerumque vivos
Obrue terrâ.
16, 17, 18, At mihi attentam dabis æquus aurem
Sive lux promat radios ab undis:
Sive lux condat radios sub undis
Vespere sero. Inter

peccandi, avaritiaque pauperes miserós usuris affligens, omnes viarum ingressus observant. 12 Si hostis apertè mecum inimicitias gereret, si occultè insidias faceret, si prava maledicentia nomen meum invaderet, minùs molestè ferrem, *sic enim mihi ab hoste aperto cavere studuissem.* 13. 14 Tu vero (*quod omnium mihi acerbissimum est*) familiaris & convictor meus, secretorum tacendorum consicius & tam sæpe in factarum epulatum communione mihi conjunctus, molestus mihi insurgis. 15 At tu, Jehova, hominum gubernator. qui justitiâ salubri mundum moderaris, fraudulentos istos & sceleratos etiam ante mortem humatos terrâ absconde. 26, 17 18 Me verò favore æquabili prosequens, autem ad audiendum promptam mihi commodabis, sive dies solem è mari attollat, sive tempore serotino, eundem sub aquis occultet; efficiesque, ut sine damno per bellicas hostium perturbationes liber exitus mihi pateat: hostis enim potentia immensa & multitudine, qua superbiat, consilus, mortem mihi intentat.

Inter hostiles dabis ut tumultus
Tutus evadam, mihi nam superbis
Viribus frætus numeroque sævos
Intumet hostis.
19 O potens rerum, sine fine pœnis
Tu premes justis scelus impiorum,
Arrogans pectus quibus obstinata
Iutmnet irâ
20 Pace qui ficta simulant amicæ
Mentis affectus, animoque virus
Occulunt, prisco neque facta curant
Fœdera ritu.
21 Lacteus blando fluit ore rivus:
Bella cor spirat fera, suaviorque
Balsamo fermo secat instar ensis
Vulnere cæco.
22 Tu tui curam Domino relinque.
Is tuos gressus reget, is dolores
Leniet, justumque ope sublevabit
Rebus iu arctis.
23 Impio, fallaci, avidoque cædis
Fila mors rumpet viridi in juventa:

Metu

19 Tu verò, Jehova omnipotens, sceleratos & impios digno supplicio perpetuò compesces, quibus animus superbus irâ pertinaci inflatus est. 20 Qui concordiâ etiam simulatâ amicitiam ostentant, intus autem malevolentiam abscondunt, pacemque more antiquo constitutam non magnifaciunt; 21 Flumen lactis ex ore eorum blandiloquo manat, animus verò crudeles inimicitias meditans gerit, sermoque succo balsami arboris gratior, plagâ occultâ, gladii de more, vulnera mihi infligit. 22 Tu autem cultor Dei securus custodiam tui Deo committe; is pedes tuos ducet, ærumnas molliet, virumque bonum in rebus difficilibus auxilio juvabit: 23 Sacrilego verò, doloso, crudeli, mors cursum vitæ

in

Me tui, rector bone, spes favoris
Certa fovebit.

injuvenili ætate florente recidet: at indubitata tuæ (vitæ meæ moderator) erga me indulgentiæ expectatio me sustinebit.

PSAL. LVI

CAR:GEN:6

David a Schaulis persecutionibus veniens in Peliscbtæorum manus, Deum orat pro salute sua, fidei & innocentiæ nomine, & adversariorum exitio: fidem suam in Deum prædicat, eis laudem tribuit de acceptis promissionibus, quarum commentum expectabat.

RAbis creator me bonus aspice,
Injurioso quem pede prorutum
Hostisque conculcat premitque
Assiduis agitans periclis.

2 Conculcat hostis me numero ferox,
Et insolenti sævitia premit:
Nec liberas luces laborum,
Nec vacuas sinit ire noctes,
Seu luce terror solicitus mihi,
Seu nocte circumstat, pater optime,
Spes rebus in duris mihi una
Et columen superas salutis.

4 Tefretus uno, pollicitis tuis
Innixus unis, nec metuam dolos
Mortalium cæcos, minasque

Ter-

RErum omnium auctor clemens, me contemplare, quem inimicus violenter humi stratum sub pedibus terit, damnisque vexans, continuò opprimit. 2. Hostis, inquam, multitudine superbus terit, & crudelitate instratâ opprimit. 3. Nec patitur dies à periculis vacuas, nec noctes calamitatum immunes, transire: sive metus curarum plenus de die, sive de nocte me obsideat, Tu, Pater clementissime, sola mihi in periculis expectatio restas, vitæque meæ columna superes. 4. Te ergo solo confisus, inque tuis unius promissis spem omnem ponens, nec occultos hominum dolos, nec ulla pericula ostentata, nec ea, quæ non insidiis, sed

palàm

Tertificas & aperta bella.
5 Calumiantur quæ loquor omnia,
Pravaque carpunt facta libidine:
Huc conferunt omnem labotem, ut
Exitium mihi moliantur.
6 Cœtusque cogunt, & capiti meo
Qua fraude, qua vi jugiter imminent:
Vestigia observant, nec horam
Insidiis vacuam relinquunt.
7 Impune tantum nequitiam ferent?
Pravique fructum consilii legent?
O arbiter mundi, nec illos
Præcipite agis in ruinam?
8 *Meæ* labores tu numeras fugæ:
Urna repostas tu lachymas meas
Servas: apud te certa constat
Usque mei ratio doloris,
9 Aurem vocanti tu facilem mihi
Das, atque inanes spes facis hostium:

palàm geruntur, bella timebo. 5. Hostes mei, cuncta, quæ dico, in pejorem partem detorquentes, interpretantur, & quæcunque gero, cupiditate mihi nocendi, reprehendunt. 6. Multitudinem colligunt, periculumque adversus meam salutem, partim violentiâ, intentant, iterque meum solicitè animadvertunt, nec ullum temporis momentum omittunt, à dolis, quibus me captent, liberum. 7. An citra pœnam tantum scelus auferent? propositique mali, ô judex omnium, proventum annon colligent? nec illos festinanter in exitium impellis? 8. Tu molestias exilii mei veluti numeratò tenes, omnesque ægritudinis meæ fletus, tanquam vasi commissos, custodis, apudque te permanet mearum molestiarum computatio, quasi in commentarios tuos relata. 9. Tu me precantem benignus audis, hostiumque expectationem irritam facis, claraque animi me amantis, firmæque benevolen-

tiæ

Et signa non obscura amici
Das animi, & stabilis favoris.
10. 11. Te fretus uno, pollicitus tuis
Innixus unis, nil metuam dolos
Mortalium cæcos, minasque
Terrificas & aperta bella.
11 Te semper ergo carmine patrio
Laudabo, vitæ præsidium meæ;
Ex hostium ferro dolisque
Incolumis tibi vota reddam.
13 Te liberatus vindice, te meum
Firmante gressum, ne titubent pedes
Dum spiritus fovebit artus,
Jussa sequar tua, rector orbis.

tiæ argumenta omnibus ostendis. 10, 11, Te ergo solo confisus, & in tuis unius promissis spem ommem ponens, nec occultos hominum dolos, nec ulla pericula ostentata, nec ea, quæ non insidiis, sed palàm geruntur, bella formidabo. 12. itaque te, salutis meæ tutela, carminibus more parentum, patrioque sermone contextis, perpetuo prædicabo, solvesque ab armis & inimicorum insidiis servatus, dona tibi promissa dabo. 13. Idemque, te mein periculis vindicante, liber, gressumque stabiliente, ne pedes mihi vacillent, leges tuas, mundi arbiter, sectabor, dum halitus vitalis artus hos molliter refocillabit.

PSAL. LVII. CAR: GEN: 2

David Schaulem fugiens, gratiam & salutem à Deo petit, fidem suam in Deum profitetur, exponit adversariorum improbitatem, & propter gloriam Dei indicia ejus confici postulat, ad salutem suam, hostium vero exitium.

SAncte parens miserere animæ pereuntis, & omnem
In te salutis quæ locavit spem suæ:
Meque tuis alis tectum defende procellæ
SAnte pater condole malis hominis pessum euntis, quique in te uno omnem incolumitatis suæ spem posuit, meque tuo opertum munimento, tanquam alis (quibus aves pullos suos tegunt) tuere, donec

Dum sævientis impetus deserveat,
2 Te voco, te solum (in rebus quod restat egenis)
Appello, supplex & tuam imploro fidem.
Te voco, qui cumulata mihi promissa refundes,
Et cœpta duces prosperos ad exitus:
3 Qui mihi subsidium é cœlo præbis, & hostis
Jam jam imminentis liberabis faucibus.
Qui dabis auxilium ex adyto sublimis olympi,
Memorque fidei & pristinæ clementiæ.
4 Inter enim sævos habito feritate leones:
Flammam vementes versor inter belluas,
Lingua quibus sævo proscindit acutius ense,
Dentes sagittis, lanceæque cuspide.
5 O Deus augustum celso caput exere cœlo:
Ostende terris gloriæ jubar tuæ:
6 Explicuere meis pedibus sua retia: terræ

Mé,

donec violentia tempestis furentis, & calamitatis ingentis præteriens tranquillior fiat. 2. Invoco te (quod unicum superest mihi in summa amicorum inopia perfugium) & in auxilium advoco, humilis in tutelam tuaque voce miserabili peto; invoco te, qui promissiones largas adaugens mihi persolves, & quæcunque aggredior ad exitum felicem perduces. 3. Qui cum in terris auxilium nullum invenitur, cœlitus mihi illud dabis, meque ex ore inimici instantis eripies, qui constantiæ in promissis præstandis, solitæque bonitatis memor, ex interiore cœli templo opem mihi feres. 4. Versor enim inter homines crudelitate leonibus similes, mororque inter animantia bruta ignem expirantia, quorum lingua gladio crudeli, dentesque spiculis & hastæ feror acrius secant. Effer, Jehova, è cœlo sublimi caput sacrosanctum, ut supra cœlos ipsos te residere testeris, lumenque magnificentiæ tuæ hominibus terrarum incolis commonstra. 6. Inimici, casses suos ad me illaqueatum intercipiendum, distenderunt: hostis crudelis me in terram prostratum vehementur opprimit, osoresque

Me sævus hostis penitus afflictum premit;
Et scrobibus fossis iter obsedere: sed ipsi
Mihi paratas in scrobes cæci ruent.
7 Mens invicta malis, animi vigor integer, orbis
Te voce rector, te celebrabit lyrâ,
8 Eia age depositis mens expergiscere curis,
Et tu canora barbitos cum nablis
Ocyus auroræ quam lucifer excitet ignes,
Aurora cantus quam volucrum exsuscitet:
9 Te pater alme canam: populos tua facta per omnes
Quacunque tellus panditur vates feram.
10 Nam tua siderei bonitas fastigia cœli,
Fidesque tractus nubium supervolat.
11 O Deus augustum nitido caput exere cœlo,
Ostende terris gloriæ jubar tuæ.

Qui

mei cavernis excavatis viam insidiis observarunt, sed ipsi in fossas, ad me capiendum ductas, improvidi incident. Deus, cantu & cytharâ prædicabit 8. Agedum mens mea solicitudinibus sopitis evigila, tuque cythara cum nablio dulciter sonans, è somno excitare: Te prius, sancte pater, cantu meo celebrabo, quam stella Veneris lucem diei promat, crepusculumque matutinum aves ad canendum commoveat. 9. Ipseque futuri interpres & præco, res à te præclare gestas ubique terarum, & per omnes nationes profetam. 10. Tua enim clementia summâ cœli parte altior, constantiaque in stando promissis, ea cœli regione, qua nubes extenduntur, celsior est. 11. Effer, Deus, cœlo lucido caput sacrosanctum, ut supra cœlos ipsos te residere testeris, lumenque magnificentiæ tuæ hominibus terrarum incolis commonstra.

PSAL. LVIII. CAR. GEN. 6

David aulicos se apud Schaulem traducentes increpat injustitiæ, improbitatis & pertinaciæ nomine, judicia Dei imprecans illis, ventura confirmat: piorum lætitiam, pacem & salutem conjunctam gloriæ Dei prædicat.

QUi jura celso de solio datis.
Qui fræna legum flectitis, en erit
De plebis ut causis egenæ
Judico statuatis æquo ;
2 Quin mente prava nequitiam & dolos
Versant, sub umbra justitiæ tegunt
Injuriam : factis honesti
Objiciunt speciem pudendis.
3 Materna ab alvo flagitii viam
Sensim sequuntur, perque suos gradus
Obliqua sectandi libido
Cum teneris adolescit annis
4 5 Lingua venenum pestiferâ gerunt :
Auresque claudunt consiliis, velut
Obturat aures callida aspis,
Quæ magicos metuit susurros.
6 Confringe malas, ô Deus, impudens
Os comminutis contere dentibus :
Et rictibus sævis hiantes
Hos inhibe catulos leonum. 7 Emissa

QUi leges de alto tribunali vestro, ô senatores, populo præscribitis, easque arbitrio vestro interpretamini; an unquam tempus erit, ut de pauperum controversiis sententiam ferentes, judicium justè pronuncietis ? 2 *Imò verò, è contrario,* malitiam & fraudes animo pravo machinantur, sub justitiæ nomine facta injusta abscondunt, facinoribus flagitiosis simulachrum virtutis prætexunt. 3 *Neque verò nunc primum hoc facitant* ; nam ab ipsis incunabilis ab omni justitia alieni, rationem patrandi scelera paulatim insistunt, studiumque injusta sequendi gradatim cum ætate crescit. 5 *In* lingua pestilenti toxicum ferunt *à naturâ ipsâ illis insitum*; ad sanas admonitiones *quibus virus illud excutiant*, prorsus obsurdescunt, ut serpens cautus aures occludit, qui magicas incantationes formidat. 6 Contunde, Deus, horum maxillas, osque inverecundum dentibus elisis comminue, feroseque instar leonum homines ore crudeli prædæ cupidos, *ne innocentem norent*, reprime.

7 Tela

7 Emissa fracta cuspide spicula
Intercidant, nec vulnera perferant:
Ipsique vanescant repente,
Per bibulas velut unda arenas.
8 Sensim liquescant, tardigradus velut
Limax: acerbo funere deferant
Vitale lumen, more fœtus
Ante sunm pereuntis ortum.
9 Florentis ævi in limine, turbinis
Vis atra tollat progeniem, prius
Quam surculus spinas tenellus
Exerat, & stimulis acutis
Fœcunda late brachia porrigat.
10 Justique pœnæ vindicis exitum
Læti videbunt, impiique
Sub pedibus fluvium cruvoris.
11 Vitæ bene actæ gens hominum sciet
Manere justos præmia, at impios
Manere pœnas, arbitrumque
Esse Deum sciet urbis æquum.

PSAL.

7 Tela ab ipsis in justos missa, ferro dirupto in medio itinere irrita cadant, nec ad insontem usque plagam ferant: ipsique confectim ad nihilum redigantur, velut aqua, per arenas liquorem imbibentes, dissolvitur. 8 Et tanquam testudo tradè ingrediens paulatim diffluant, instarque partus obortivi, antequam naicatur, intereuntis, lucem vitam sustinentem, morte immatura relinquant. 9 Violentia quoque venti obscuri in turbinem surgentis, stirpem omnem eorum in ipso adolescentiæ ingressu prius auferat, quam ramus tener stimulos exprimat, spinisque surgentibus ramos fertiles spatio longo distendat. 10 Vtique boni. finem supplicii judicis scelera justè punientis, hilares spectabunt, magnamque sanguinis impiorum copiam humi fusam, læti conspicient. 11 Homineque intelligent remunerationem vitæ per virtutem traductæ justis futuram, supplicia verò malis eventura, Deumque justum mundi judicem esse cognoscent.

Ab

David ab administris Schaulis circumventus, liberationem a Deo petit, suæ innocentiæ, ac hostium improbitatis nomine, quæ descripta illis imprecatur, quod ad gloriam Dei futurum erat, & se Dei laudes grato animo prædicaturum profitetur.

AB hostis inclementia
Me rector orbis asserе:
Defende vim crudeliter
Me semper oppugnantium.
2 Ab improbis me protege
Iæ is cruore innoxio,
3, 4 Meæ saluti per dolum
Qui cæca tendunt retia:
Ultrò immerentis in caput
Consilio cuncta conferunt:
5 Exurge, teque pessimis
Fe obviam conatibus.
O arbiter mortalium
Et agminum cœlestium
Favore semper qui pios
Peculiari amplecteris,
Exurge, pœnis impias
Compesce gentes: perfidis
Neu parce, qui sibi favent
Nefanda quum patraverint. 6 A

AB inimico crudeli, rex universitatis rerum me eripe, adversusque me animo truculento pugnantium violentiam prohibe 2 A malis me defende, qui sanguine innocentium gaudent. 3, 4 Vitæq; meæ callidè & occultè afraudes parant: nam adversùs meam innoxii, nulliq; culpæ Affinis salutem, omnes machinationes commoliuntur. 5 Erige te, malisque eorum consiliis teipsum opponе erige te, judex hominum & spirituum cœlicolarum, qui bonos amore singulari semper prosequeris; & profanos religionis adversarios suppliciis cohibe, ab infidis manum ne abstine, qui se magni æstimant, cum nequissima quæque admiserint. 6 A sole orien-

6 A sole Eoo ad hesperum
Perambulabunt compita
7 Et instar oblatrantium
Canum feroces obstrepent.
Nihil nisi merum crepant
Fertum, cruorem, vulnera
Et quæ loquuntur propalàm,
Clam posse rentur obrui,
Tutela presens, irritas
Ridebis iras, & tua
Me dexte â tuberis.
9 Tu rubor es meum, meæ
Vires, & arx fiduciæ.
Ergo quieto pectore
Expecto spe tui auxili.
10 Discrimina imminentia
Ope antevertes: & malis,
Fracta hostium superbia,
Læto fruar spectaculo.
11 Ne prorsus impios tamen
Una ruinâ elimina,

Obliviso

oriente ad ejus occasum usque me observaturi per vias incedent. 7 Elatitque obloquentur, more canum prætereuntes latratu in cessentium: toti autem in me incipiendum intenti, nihil aliud quam arma, sanguinem & plagas loquuntur, quæque coram omnibus proferunt, existimant posse occultè celari 8 Tu vero, Jehova, vitæ meæ custos semper paratus iras hostium vanas contemnes, meque manu tua defendes. 9 Tu enim firmamentum es meum, mea potentia, & munimentum, cui confido. Idcirco animo tranquillo te præstolor: opis tuæ expectatione fultus; 10 Pericula impendentia auxilio tuo prævenies, cumque inimicorum insolentia calamitatibus debilitata fuerit, inde lætitiam capiam, hilariterque id aspiciam. Noli tamen penitus malos omnes ad unum simul extinguere, ne viri boni judicium tuum in illos vel

non

Oblivisso ne pii
Torpere recta negligant:
Sed error illos dissipet
Vagos per orbis ultimas
Oras: tuaque dexterâ
Semen piorum protege.
12, 13 Ob oris arrogan
Virusque linguæ noxium,
Mendacia & perjuria,
Consume semen impium:
Evelle stirpe ab ultima
Justi furoris impetu,
Ut norit Orbis ultimus
Deum bonorum vindicem.
14 A sole Eoo ad hesperum
Perambulabunt compita,
Et instar oblatrantium
Canum procaces obstrepent.
15 Passim vagati pauperem
Victum ut parent, sub vesperum
Serum petant cubilia,
Victus egentes pauperis. 1 Ego

non animadvertentes, vel obliti, desidiâ per oblivionem obonâ virtutem non curent sed vagus discursus eos per extremas mundi partes dejectos dispergat; eâdemque potentiâ tuâ piorum sobolem defende. 12, 13 Ob verborum superbiam. & sermonis maledicentiam pernicioſam ob falsiloquia, falsoque usurpatum Dei nomen, stirpem impiorum destrue, omnesque ad unum vi iræ meæ penitus erue, ut externæ mundi partes sciant Deum justorum ultorem esse *ejusmodi exemplo pii erudiantur.* 14 A sole oriente ad ejus occasum usque me observaturi per vias incedent, elatique obloquentur more canum prætereuntes latratu incessentium. 15 Ubi passim erraverint, ut victum tenuem quærant, multa de nocte cubitum eant, cibi tenuis indigentes.

16 Interea

16 Ego interim Deum canam
Fortem, bonumque in asperis
Rebus suorum vindicem,
Fidumque propugnaculum.
17 Deum canam, qui robore
Me fulcit, auget viribus,
Benignitate sublevat,
Tuetur ut arx ænea.

16 Interea autem *dum impii egebunt*, Deum potentem, suisque munificum prædicabo, & in rebus difficilibus justorum causæ ultorem ac defensorem non fallacem cantabo. 17 Deum cantu celebrabo, qui me potentiâ suâ, confirmat, qui vires meas auget, qui bonitate sua me sustinet, & tanquam turris firma communit.

PSAL. LX. CAR: GEN 2

David Syrorum exercitu cæso, Deum contra Edomæos implorat, de prioribus Judæorum calamitatibus expostulans; & promissis Dei, operibusque expensis, ac fide confirmata exercitum ad strenue agendum hortatur, fretum promissionibus Dei.

SAncte parens, nostris vitiis offensus abactos
Pressosque duris dissipasti nos malis:
Placatus mitisque venit, jamque immemor iræ,
Salutis auctor ad tuos revertere.
2 Omnis ager rimis te concultiente dehiscit:
Committe rimas, refice quassatum solum.

3 Dura

TU peccatis nostris, pater meritò iratus, nos à te abjectos, & calamitatibus asperis oneratos dispersisti; pristinum favorem tuum lenis nobis restitue, & indignationis adversus nos accensæ oblitus ad populum tibi peculiarem, servator, redi. 2. Cuncta regio, te indignante, & quasi terram, quam colimus, commovente, sese in fissuras aperit; terræ fissuras conjunge, eamque labefactam recrea. q. d. populum terram hanc habitantem, irâ tuâ in eum accensâ sic externis bellis exagitaveras, & civilibus discordiis inter se divisum vexaveras, ut jam desolata & deformis tota terræ facies videretur. Tu vero bellis sublatis, populum pacatum

&

3 Dura tuæ genti ſpectacula ferre dediſti
Inebriatæ poculo formidinis:
4 At trepidos tandemq; animi miſeratus egenos
Signum ſalutis efferes: qui te colunt,
Veridicis freti oraclis, formidine merſam
Erigere rurſus audeant ut verticem:
5 Eripiaſque tuos geldi formidine lethi:
Præſens, & opifer invocantes audias.
6 Audiit, ex adytoque Deus flammantis olympi,
Vocem rependit gaudii prænuntiam.
En tibi frugiferos Sichimæ diſpertiar agros;
Vallem Suchoti metiar decempedâ.
7 Nonne mihi parent Jacobi pignora quiſquis
Vel pecore tondet arva, vel vomere ſecat?
8 Oppida ſub pedibus Syriæ calcabo ſuperbæ,
Moabum, Idumen, & paleſtias domos.
9 Quis mihi pandet iter munitas ductor ad arces?

Muros

& uuanimem redde, & in priſtinum ſtatum reſtitue. 3. Effeciſti ut gens tua terrore horrendo expleta, res viſu moleſtas & injucundas cerneret. 4. At tu timidos, animumque deſpondentes miſericordiâ proſequens, tandem te nobis amicum oſtendes, ſublato vexillo ſalutem nobis promittente, ut, qui te venerantur, tuis reſponſis veris confiſi, in animum inducant, caput, prius ob timorem depreſſum, denuò attollere. 5. Sibique perſuadeant fore, ut tuos interea timore mortis frigus inducentis, propitius liberes, teque rogantes, ad auxilium ferendum promptus, exaudias. 6. Id autem ſic futurum ambiguum non eſt, imò Deus nos jam auſcultavit, neque penetrali cœli ſtellantis lætitiam promittens, reſponſum hoc reddidit, Ecce tibi fertile ſolum urbis Sichem dividam, planaque Sucothi virgâ decempedali diſtribuam. 7. Nonne poſteri Jacobi dicto ſunt audientes mihi, quicunque eorum vel pecuarius paſtor eſt, vel aratro terram perſtringit. 8. Urbes Syriæ opulentiæ in ditionem imperii mei redigam, Moabumque Arabiæ Idumæam, & paleſtinam Syriæ regiones mihi ſubjiciam. 9. Quis impe-

Muros Idumes divitis quis que ?
10 Quis? nisi tu nostræ gentis Deus unice tutor,
Qui nos premendo hostibus reliquerâs,
Offensus vitiis pravis, nec in arma ruentes,
Nostros præibas dux ut ante exercitus.
11 Nunc pater auxilium rebus bonus adfer in
Humana fallax credulos spes decipit: (arctis
12 Te duce, victrici decorati tempora lauro,
Pedibus prememus hostis arrogantiam.

imperator ad munimenta hostium viam mihi aperiet? Quis mœnia Idumes urbis Syriæ opibus florentis evertet? 10. Quis alius à te, Jehova, nostræ nationis defensore, qui peccatis nostris iratus, nos inimicis opprimendos deseruëras, nec agmina nostra ad bellum euntia præcedebas, uti antè solebas. 11. Fer nunc opem, pater clemens, nobis in temporum angustias adductis; spes ex hominibus pendens falsa, facilè credentes fallit. 12. At nos te ductore capita alta gerentes, & coronâ e lauro victoriæ indice ornata, hostes superbientes conculcabimus.

PSAL. LXI. CAR. GEN:15.

David rex in extremam regionem pulsus, auxilium Dei implorat antè acceptorum beneficiorum nomine; regnum Christi promoveri petit, deinde gratum animum pollicetur Deo.

AUdi vocantem me bonus, & meis
Intentus aurem da precibus Deus,
2 Projectus oris orbis in ultimis,
Ad te recurram rebus in asperis:
Me siste rupis culmine in arduo
3 Procul periclis. Semper enim tui Spe

ACcipe benignus measte (Jehova) orantis preces, measque calamitates magnas & multiplices attentè aspiciens, orationem audi. 2 Etsi in extremis mundi partibus *procul à sanctuario tuo* contemptus degam: in rebus tamen adversis ad te confugiam: statue me in summo montis tui fastigio longè à periculis substractum. 3 Semper enim expectatione opis à te ferendæ confisus, ab-

Spe fretus, hostis tutus ab impetu,
Munitæ ut arcis præsidio fui,
4 Tentorio fac semper ut in tuo
Degam, sub alis protegar & tuis:
5 Qui lenis aurem das precibus meis,
Qui vota lætum ducis ad exitum.
Frænare sceptris te metuentium
6 Hæreditatem das mihi: Regiæ
Tu longa vitæ tempora porrigens,
Nectis peractis sæcula sæculis.
7 Securus ut te perpetuò colat
Rex, liberalem porrige dexteram
Fortuna in omni: quaque soles fide
Fac ut fruatur pollicitis tuis:
8 Actum periclis liber ab asperis,
Te voce, dulci te citharâ canam
Pacti tenacem, & munificum tuis,
Et vota ad aras perpetuo feram.

PSAL

hostis insultu, ut in munimento arcis adversùs pericula paratæ, satis munitus fui. 4 Fac ut apud te semper in tabernaculo tuo, *à quo nunc procul abjum* habitem, ut sub alarum tuarum tutela defensus, ibi conquiescam; 5 Qui preces meas placabilis audis, petitioneque ad finem jucundum perducis; tu solus facies ut regionem te colentium imperio regam. 6 Tu meæ vitæ spatium *quem regem designasti*, prorogatum extendens, annis præteritis at, nos multo adjicies. 7 Ut autem rex te semper intrepidè veneretur, manum munificam tam in rebus prosperis quam adversis exzensam admove, quaque consuevisti constantiâ, fac ut ex promissis tuis, *quibus ita nititur*, fructum & voluptatem percipiat. Tum à discriminibus imminentibus liberatus, *patriaque redd.* 8 ore, lyraque jucunda te prædicabo, & in promissis constan "tiæ, tuisque liberalem celebrabo, tuasque ad aras sacrificia votiva tem, rem.

asse-

David oppressus fiduciam suam in Deum prædicat: hostes reprehendit, seipsum & Ecclesiam exemplo suo confirmat, omnesque à fiducia rerum humanarum ad Deum revocat, & confirmat authoritate verbi ejus.

MEus acquiescit unicè mea in Deo:
2 Hinc spes salutis, arduis
In rebus arx hæc: tutus hoc munimine
Nullum tremiscam ad impetum.
3 Quousque tectis fraudibus subvertere
Innoxium tentabitis?
Pœnas daturi mox & ipsi, improvidi
Jamjam imminentis exitus,
Proni in ruinam incumbitis, ceu mœnia
Saxis solutis putria:
4 Et interim omnes corporisque & ingeni
Vires eo contenditis.
Vobis placetis fabulis vanis, gradu
Turbetis impii ut pium.
Clam devovetis corde tacito, propalam
Laudatis ore subdolo.
5 At tu acquiesce mens mea in Deo tamen Hinc

Quomodocunque res cadent animus tamen meus in Dei fiducia acquiescens tranquillus est. 2 A Deo incolumitatis meæ expectatio est, ille meum in rebus adversis propugnaculum est; hoc ego præsidio tectus, ad nullam hostis impressionem *me corruiturum* metuam. 3 Quousque ergo dolis occultis innocentem subruere conabimini? Vos etiam ipsi jam supplicia luituri, nec finem impendentem prospicientes, proclives in præsidium quoque ruiturum *& fragile* inclinâtis, veluti in muros vetustate ruinosos saxis calce non bene cohærentibus. 4 Omneque interea robur corporis & animi ad id unum applicatis, ut me perdatis: prudentiam vestram, figmentis falsis innixi, magni facitis, vos ut execrandi, pium de statu suo depellatis, meque taciti execramini, oratione autem fraudulenta, bona de me apertè loquimini. 5 At tu nihilominus, anime mi, in Dei fiducia acquiescens,

Hinc ſpes ſalutis, arduis
In rebus arx hæc: tutus hoc munimine
Nullum tremiſcam ad impetum:
7 Spes inde vitæ & gloriæ pendet meæ
Et roboris fiducia.
8 Quocunque cœli gens colis ſub ſidere,
Huic credere rem, ſobolem, domum.
Omnes ad illum mentis ægritudines,
Et læta defer & refer:
Semperque præſens numen ejus omnibus
Adeſſe cœptis Senties.
9 Ventoſa Regum & principum potentia
Eſt vanitate vanior,
Adeoque fumo levior, ut ſi principum
Hac lance vires omnium,
Inanitatem hac colloces, cunctis ſimul
Inanitas præponderet.
10 Ne firma ſpera parta per vim: ne nimis
Confide ſtultis viribus. Opes

tranquillus eſto. 6 A Deo incolumitatis meæ expectatio eſt: ille in rebus adverſis propugnaculum meum eſt, hoc præſidio ſatis tectus, ad nullam hoſtis impreſſionem *me corruiturum* metuam. 7 *Tametſi ab omnibus ſim deſertus*, à Deo tamen vivendi expectatio, ſpes ſplendoris, & fortitudinis meæ promanat. 8 Vos autem populi ſub quacunque cœli parte habitatis Deo fortunos, liberos, & familiam veſtram committite; omnes animi veſtri moleſtias, omnemque mentis lætitiam illi nunciate, *deque rebus illum unum conſulite*, cujus potentiam conſiliis omnibus ſuſceptis, omnibus horis propitiam eſſe cognoſcetis. 9 Leves potentium omnium opes ſunt, ipſaque vanitate, & nihilo magis fluxæ, ponderiſque minoris, quam fumus leviſſimus; ut ſi in altera ſtateræ parte potentiam magnatum omnium ponas, in altera verò ſtatera nihilum & vanitatem ipſam; vanitas nihilumque majoris ſit ponderis cunctis viribus principum conjunctis. Ne expecta, ut ſint ſtabilia, quæ ſolemnâ quæſita ſunt: ne ſpem nimiam ponas in robore tuo inanis

Opes abundant affluenter, ne bonis
Da rebus animum credulum.
11 12 Semel est professus, nec semel tantum Deum
Id profitentem audivimus,
Se posse solum cuncta, se solum bonum,
Et arbitrum rerum unicum:
Bonis benignum semper & placabilem,
Malisque formidabilem.

ni: si opes copiosæ tibi supéditentur, noli mentem facilè credentem, & inani spe deceptam, rebus prosperis & divitiis adjicere. 11 12. Deus non palam verbis & rerum eventu testatus est, eumque id dicentem sæpe auscultavimus, sese unum rerum omnium potestatem habere, sese unum æquum esse omnia in arbitrio suo habentem, seque fore justitiæ studiosis perpetuò parem liberalem & exorabilem, sceleratis verò judicem semper metuendum.

PSAL. LXIII. CAR: GEN: 18.

David exul desiderium suum revisendæ gloriæ aspectabilis Dei in Ecclesia Exponit, seipsum præsente Dei gratia consolatur, & inimicorum suorum exitium prædicat, ac lætitiam suam.

DEus, salutis author & custos meæ
Te veneror: reseus quum fugat astra dies,
Te mens anhelat, membra sitiunt languida,
Terra velut pluvias arida quærit aquas.
2 Quamvis arenas aridas æstu colam,
Præsentem Dominum mens videt usq; meum
Non aliter, adyta arcana quam si conspicer,
Numinis observant quæ monumenta tui. 3 Nec

E, Jehova, incolumitatis meæ causa & conservator, adoro, cum mane rubens stellas evanescere facit; *licet jam adis tua conspectu carnem*: animus tamen te vehementer desiderat, corpusque etiam sic te magnopere exoptat, ut terra sicca imbres pluvios expetit. Tametsi etiam solum hoc calore nimio infœcundum habitem: animus tamen Dei recordatus, eum mihi propitium semper perspicit, non secus acsi oculis hisce templi tui penetrale cernam, quod cultum tuum pignus, & memoriam divinitatis tuæ custodit. 3 Nec

3 Nec dulcis æquè est vita quàm benignitas
Qua vitam munis prosequerisque meam,
Ergo remotis dissitus quamvis locis,
Præsidio tutus te celebrabo tuo:
4 Tui sonabunt nominis præconia
Quæ dederis vitæ tempora cunque meæ.
5 Nec victus æquè recreat corpus, tua
Excitat ut mentem laus celebrata meam.
6 Tu nocte carmen, mane tu carmen mihi es:
7 Tu trepido præsens fers mihi semper opem
Securus alis conquiesco sub tuis:
Teque procul curis & tua facta canam.
8 Te quærit animus, te colit, te deperit:
Tu valida fulcis me pater alme manu.
9 At qui laborant per nefas me perdere,
Consiliis pravis digna ruina premet.
10 Ferro profundent spiritum nefarium:
Membra dabunt avidis dilanianda lupis. 11 Rex

3 Nec vita mihi æquè jucunda est, quam liberalitas tua, qua me tueris, quaque in me assiduè uteris: ergo licet regionibus longinquis ab æde tua disjunctus, sim tuo tamen auxilio in his munitus, te prædicabo. 4 Quodcunque etiam spatium vitæ me tribueris illud laudes tuas cantabit. 5 Nec cibus ita corpus famelicum solatur, & reficit, ut gloriæ tuæ commemoratio, vires animo *ægro* tribuit. 6 Te tempore nocturno beneficia tua meditans, laudo, te quoque in ortu diei, opem tuam toties expertus, laudibus orno. Tu mihi perturbato ad opitulandum præstò es: ego curarum liber in tua tutela, quasi alarum umbra requiesco, teque cum rebus à te gestis, animo quieto exultans celebrabo. 8 *Et quamvis corpore quidem procul ab ade tua dissitus sim*, mens tamen mea te desiderat, te veneratur, tèque summopere concupit: tu enim pater mihi omnia alens, robore interiore me sustentas. 9 Sed qui per summum scelus me prostratum extinguere contendunt, exitium malis eorum cogitationibus meritum eos torquebit; 10 Armisque violenter occisi animam sceleratam edent, corpusque

11 Rex lætus autem vindicem agnoscet Deum,
Et quicunque Dei numina rite colunt.
Metu stupentes conticescent impii,
Spe stolida fluxis qui tumuêre bonis.

pusque lupis sanguinem sitientibus lacerandum tribuent. 11 At rex ille, *cui regnum in populum tuum permisisti*, hilaris Deum ultorem confitebitur, & quicunque Deum sacris legitimis venerantur. Impii verò, qui bonus fragilibus vana expectatione superbiebant, præ timore torpentes *ore obstructo* obmutescent.

PSAL. LXIV. CAR: GEN: 8.

David Deum implorans salutem petit: de adversariorum violentia & fraude conquesturs hinc fide confirmatus, excidium, improborum divinitus eventurum, & bonorum pacem pronunciat.

AUdi sancte parens uon tetricus preces
Te poscentis opem rebus in asperis:
Et fallacis ab hostis
Vitam fraudibus eripe.
2 Pravorum tacitis factio me dolis
Oppugnat, trucibus consiliis fremunt,
Conspirantque scelesti;
Tu me dux bonus eripe:
3 Linguas ceu gladios exacuunt suos:
Oris pestiferi verba nefaria
Intentant, medicata
Tanquam spicula toxico:
4 Ut rectos animi ex insidiis petant, Et

ORationem meam, pater, impietatis & impuritatis ofór & punitor, in rebus difficilibus auxilium abs te petentis propitius accipe, meque ab occultis inimici fraudulenti machinationibus libera 2 Malorum conspiratio technis & insidiis clandestinis adversum me pugnat. scelerati proposito truculento vehementer indignantur inque me malum meditantur: Tu meorum consiliorum rector, favens & propitius me libera. 3 Ad maledicendum linguas velut enses contra me apparant: orationem oris pestilentis tanquam tela veneno infesta, adversus me tendunt. 4 Ut justos

Et securi avidâ mente coquunt nefas:
Nec quenquam malefacti
Formidant fore vindicem.
5 Designant animis horrificum scelus
Et sævo laqueos consilio parant:
Inter seque loquuntur,
Nemo conscius hæc sciet.
6 Cor, mens, ingenium, consilium, labor,
Huc tendunt, facies ut scelerum novas
Et fraudum meditentur:
Hoc unum studium fuit.
7 Ast illos subiti cuspide spiculi
Incautos feriet magna Dei manus,
Et lethalia certâ
Figet vulnera dexterâ.
8 Spectantes gelidus corripiet timori,
Authori exitium quum videant suæ
Dirum immittere linguæ
Virosæ mala toxica.
9 Gens humana tuæ robora dexteræ
Agnoscet, meritis laudibus efferet: Et

ex loco occulto invadentes saucient; nihilque sibi metuentes, magno studio nefas excogitant, nec ullum *Deum aut hominem* sceleris ultorem futurum verentur. 5 Intra se facinus nefarium & terribile meditantur, propositoque crudeli dolos mihi comparant, aliusque alii dicit, Nemo consiliorum particeps hæc intelliget. 6 Cogitatio' animus, solertia, propositum, solicitudo eorum eò spectant, ut inusitatas maleficiorum & fallaciæ formas *Perve stigarent*, excogitent; hæc sola eorum voluntas fuit; 7 At immensa Dei potentia eos imprudentes teli improvisi acumine percutiet, plagamque mortiferam manu non errante illis incutiet. 8 Metus autem frigus inducens spectatores invadet, cum cernent pernicioſa linguæ pestiferæ venena, cladem divinitus illatam, ei importare, qui illa excogitavit. 9 Homines vero potentiam tuam

in

9 Gens humana tuæ robora dexteræ
Agnoscet, meritis laudibus efferet:
Et mirabitur altæ
Lumen perspicientiæ.
10 Justi spes animos eriget, & Dei
Tutus præsidio, lætitiâ fremet:
Et gaudentia corda.
Vero simplice gestient.

in malodicentia punienda intelligent. dignaque commendatione eandem extollent, ac manifestam tuæ prudentiæ profundæ vim obstupescent. 10 Mentem autem justi melioris conditionis expectatio consolabitur, isque Dei auxilio securus præ gaudio gestiet animique veritate nudâ gaudentium, vehementi lætitia exultabunt.

PSAL LV. CAR: GEN: 5

David laudem Dei prædicat, tum propter spirituales benedictiones cum Ecclesia communicatas. tum propter temporarias, universe in orbem terrarum, sed maximè in habitationem populi sui è cœlo diffusas.

TE manent laudes Deus in Sione:
Hic tibi castis operata sacris,
Vota gens solvet tua, victimisque
Imbuet aras.
2 Quique tam præsens tibi supplicantum
Exitus votis tribuas secundos,
Te petent gentes sub utroque mundi
Axe jacentes.
3 Nostra nunc justis scelerata facta Nos

CElebratio nominis tui, Jehova, futura est tibi Hierosolymæ cum *sientio te loquentem auscultantis:* gens ibi peculiaris tibi in puris religionibus ritibus diligenter occupata, dona tibi promissa reddet, victimarumque sanguine altaria madefaciet. 2 Populique sub utroque mundi hemispherio degentes, ad te accurrent, quippe qui admodum propitius precibus te colentium, finem prosperum constituas. 3 Peccata nostra nunc merito supplicio nos ex-

 cerent

Nos premunt pœnis; facilis querelis
Tu tamen flecti, mala servitutis.
Vincula franges.
4 O quater plusquam quater ô beatos
Quos leges, lectos facies amicos:
Ut colant puri tibi dedicati
Atriâ templi,
Illa lux felix, cumulata cunctis
Lux bonis, pectus satiabit ægrum
Gaudio, quæ nos reduces sacrata
Sistet in æde
5 Annues nostris facilis querelis,
Finium terræ Deus ultimorum
Spes, & extremas maris ambientis
Gurite terras.
Tum stupor mentes quatiet tuentûm,
O Deus nostræ columen salutis,
Te malis durum, miseris benignum.
Omnibus æquum.
6 Tu potens rerum. validisque pollens
Viribus, firmas stabili catena Montium

cent: tu tamen querimoniis nostris exorabilis, ea, quæ nos servos tuos detinent, impedimenta rumpes. 4 O sœpius & multum felices, quos tu eliges, electosque in amicitiam tuam recipies, ut à sceleribus purgati, & in album domesticorum tuorum relati, ædem tibi sacratam habitent. Illa dies beata, dies illa omnibus bonis plena. mentem anxiam lætitiâ explebit, quæ nos ab exilio reversos in tuo templo sancto statuet. 5. Tu spes gentium ultimas terras habitantium, spesque maris ultimi, terræ fines aquis circundantis, nostris precibus exorabilis consenties tum admiratio, incolumitatis nostræ conservator, percellet animos agnoscentium te injustis difficilem, opressis liberalem, & adversus omnes justum esse. 6 Tu Rex etiam rerum omnium potestatem habens, magnaque valens potentiâ, montium spacia latè porrecta

vinculis

Montium tractus, jugaque inquietis
Tunsa procellis.
7 Tu maris nigris agitata ventis
Terga componis: cohibes rebelles
Gentium motus, placidaque mutas
Pace tumultus.
8 Ultimi rerum tua signa norunt,
Et pavent fines, quoties corruscis
Turgidum flammis fremuit sonoro,
Murmure cœlum.
Quique Phœbeos habitant ad ortus,
Et quibus sera face Phœbus undas
Tingit authorem te hilares fatentur
Lucis & umbræ.
9 Tu solum terræ sitientis imbrem
Lætus invisis, gravidæque nubis
De sinu fundis genitale pigros
Semen in agros.
Alveus pleno tibi semper amne
Turgidus læta novat arva fruge,
Floribus campos, nemorum virentes Fronde

vinculis firmis ligas, eorumque cacumina tempestatibus omnia turbantibus percussa confirmas. 7 Tu faciem maris commotam ventis tenebras inducentibus, tranquillas; hominumque rebellantium tumultus compescis, motusque bellicos in pacem jucundam convertis. 8 Extremæ totius mundi partes] hæc *tuæ voluntatis & potentiæ immensæ* argumenta & testimonia agnoscunt, teque unum timent, quoties nubes aëris graves ignibus micantibus ingenti strepitu fragorem ederunt. Qui autem ad solem orientem sedes habent, & quibus sol lumine vespertino mare colorat, læti te agnoscunt diei & noctis creatorem, *& datorem esse*. 9 Tu faciem terræ pluviis egentis, pro ea curam gerens, placatus visitas, inque arva cessantia de complexu nubis aquâ turgentis semen ad res generandas aptum spargis. Aquarum receptaculum flumine copioso semper abundans, nova facie reficit agros cultos, segete a-

Fronde receſſus.

10 Rore tu leni ſola contumacis
Maceras terræ, Subigisque glebas:
Ebrios ſulcos viridante amictu
Meſſis inumbras.

11, 12, 13, Quâ feres greſſus, renovabis annum
Feſtilem frugum, vegetanſque fœtus
Per cavas valles riguoſque ſaltus
Implicet humor,
Geſtiet pauper tuguri colonus,
Lacte diſtentas comitans capellas:
Mugient colles, & amica teſſis
Sylva juvencis
Spes aratoris cupidas fovebis
Fluctuans latis ſeges alma campis:
Ut canat feſtâ tibi feriatus
Carmen in umbra. Incol

gricolis lætitiam afferente; terras verò incultas diverſo herbarum genere, ſecretaque ſylvarum loca virentia foliis renovas. 10 Tu terram duram & cultui rebellem moderato humore in lutum ſolvis, ſolidaſque terræ partes frangendo domas, terramque aratro proſciſſam, & aquâ maceratam viridi frugis operimento opacas. 11, 12, 13. Quacunque inambulans progredieris, teram annuatim fœcundam & muneribus novis ditem efficies, pluviaque per loca depreſſa & montium convalles aquis irrigatas, terræ proventus excitans, in arva campoſque decidet: quin etiam egenus caſæ ruſticanæ cultor capellas ſequens, ubera lacte pleno domum referentes, geſtibus lætitiam indicabit; Tumuli bobus mugientibus abundabunt, ſylvaque armentis laſſis grata bonum quoque mugientium plena fuerit: fruges altrices per agros ingentes inſtar fluctum agitatæ, ſpes agricolæ avidas ita continebunt, ut cantionem tibi, Jehova, otioſus cantet in umbraculo, feſtorum cauſâ contexto.

PSAL. LXVI. CAR. GEN. 19

Pſalter ad gloriam Dei prædicandam populum hortatur ac exemplis ſcripturæ, & ab adminiſtratione ſua tum communi erga omnes, tum ſingulari erga Eccleſiam, hinc exemplo ſuo Dei laudationem confirmat. Qui

Incolæ terrârum, ab ortu
Solis ultimum ad cubile,
Eia, Domino psallite:
2 Eia, Domino jubilate:
Nomen ejus, numen ejus
Ferte in astra laudibus,
3 Dicite illi: Rector orbis
Sancte, quam stupenda rerum
Est tuarum gloria!
Quanta virtus! qua protervos
Mente fracta, cogis hostes
Supplices procumbere!
4 Te parentem læta honoret,
Te potentem prona adoret
Tota rerum machina.
Voce blanda te canamus,
Barbito dulci sonemus,
Carminumque cantibus.
5 Eia adeste, facta cunctis
Cernite admiranda secli:
Acriterque expendite
Facta providi parentis

Facta

QUi terram ab oriente ab occasum usque Solis habitatis, agitè, Deum lætâ voce cantate. 2. Agitè Domino plaudite; nomen Dei, ejusque potentiam splendidè & magnificè laudate. 3. Canite hæc Deo in ipsius cospectu: gubernator mundi venerande, quam admirabilis est rerum magnificentia! quanta est potentia tua qua hostes contumaces mente consternatâ impellis te venerante s humi se projicere. 4. Itaque totus mundus te authorèm hilariter agnoscat teque summis viribus pollentem ad pedes tuos devolutus veneretur sono jucundo te canemus, cytharaque suavi, & numemerosæ orationis cantione laudes tuas exprimamus. 5. Agitè venite, contemplamini res à Deo gestas, omnibus temporibus admira-

Facta Domini consulentis
Arte mira servulis.
6 Vertit æquor æstuosum
Aridæ in campos arenæ;
Fluminis per alveum
Agmen ire gratulantum
Ceu per arva sicca, fecit,
Stante fluctu languido.
7 Frænat unus orbem habenis
Spempiternis : intuetur
Et pios & impios.
Nec sinit sibi rebelles
Viribus fretos superbis,
Improbis votis frui.
8 Laus Deo nostro per omnes
Orbis oras : omnis unum
Laudet illum natio.
9 Morte liberavit unus
Nos propinqua : fulcit unus
Liberos firmo gradu,

miratione dignas factaque patris longe in posterum prospicientis, facta, inquam, Domini mirabiliter famulis suis providentis diligenter ponderate. 6. Mare turbulentum in pulveris sicci planiciem mutavit, fecitque multitudinem beneficium illud gratè agnoscentium, per receptaculum aquarum Jordanis pedibus eorum pervii ceu per campos siccos transire, segni aquæ cursu sese cohibente. 7. Solus ille gentes per orbem universum dispersas imperio perpetuo gubernat, bonosque & malos cœlitus observans contemplatur, nec permittit ipsi repugnantes, quod potentia sua magna confidant, ex desideriis immodicis fructum ullum aut lætitiam percipere. 8. Deo, quem nos colimus, honor sit & gloria per omnes mundi regiones, gens omnis illum solum longe lateq; laudibus prosequatur; 9 Solus ille nos à morte instante eripuit, solus ille nos à morte liberatos, ne corruamus, sustinet.

10 Sicut

10 Igne ut aurum, examinasti
11 Nos periclis: illigasti
Hostium nos cassibus,
12 Vincla lumbis, fræna malis
Sub tyrannis induisti
Impotentis imperi
Sed per ignes, sed per undas,
Divitis tamen dedisti
Uber agri exercitis,
13 Ergo supplex introibo
Templa victimasque cædam
Vota supplex offeram,
14 Vora duris in periclis
15 Nuncupata: pinguis agnus,
Cornigerque agni parens,
Bos & hircus sanguine aras
Imbuent: nec thura deerunt
De Sabæo stipite.
16 Dum Dei benignitatem
Explico in me, cuncti adeste
Qui deum veremini:

17 Audiit

10 Sicut aurum *fornaci adhibitum* igne probatur. sic tu nos rebus adversis explorasti. 11 Tu hostibus nostris nos captivos tradidisti. 12 Corpori catenas indidisti, maxillas nostras sub malis impetii effrænati principibus tanquam fræno coercuisti: at nobis tamen per labores tam graues, quam si per ignem & aquam nobis iter esset, agri fœcundi fertilitatem donasti. 13 Templum igitur tuum venerabundus intrabo, hostias mactabo. donaque promissa humilis exhibebo; 14 *Dona*, inquam in rebus adversis diserte nominata. 15 Fœtus *scilicet* ovis opimæ, aries, bos & caper *mactati* cruore suo altaria tingent: præsto etiam hic aderunt thura de arbore Arabica manantia. 16 Dum itaque Dei erga me liberalitatem recenseo, huc accedite quotquot eum reverenter habetis;

17 Ille

17 Audiit statim vocantem:
Nos vocantes audientem
Prosequamur laudibus
18 Conscios sceleris nefandi
Supplicantes rector orbis
Aure surdâre spuit:
19 At mihi lenis, bonusque
Supplicanti semper aurem
Non severam commodat.
20 Gratias ago parenti
Optimo, qui se roganti
Asperum non præbuit;
Qui sua benignitate
Destitutum non reliquit
Rebus unquam in asperis.

17 Ille præsens & propitius preces nostras accepit, Deum ergo preces supplicantium accipientem merita laude ornemus. 18 Deus mundi gubernator recusat quasi non audiat eos orantes, qui probè sciunt se sceleribus inquinatos esse, *absque ulla respiscentia*. 19 At mihi precanti mitis & beneficus aurem facilem admovet. 20 Me beneficii memorem esse confiteor patri bonorum omnium fonti, qui mihi se oranti non difficilem præbuit, quique sua benignitate in rebus duris nunquam me deseruit, omni auxilio humano orbatum.

PSAL. LXVII. CAR: GEN 5

Ecclesia regnum Dei in Judæis operari, ad gentes propagari, & administratione benedictionibusq; spiritualibus & corporalibus declarari, petit.

ARbiter mundi, placidus bonusq;
Parce delictis, solito & favore
Terra fac lætis segetem, pecusque
Nutriat arvis:
2 Nota per terras bonitas ut omnes
DOminator orbis nobis favens, unde tot in nos bona profecta sunt, da veniam peccatis, proque benignitate consueta tibi fac ut terra fruges & animalia in campis fertilibus foveat. 2 Ut cle-

Sit tua, & noſtræ ſtudium ſalutis.
Mente quos curas patriâ, tegiſque
Rebus in arctis.
3 Ut tuas laudes populi per omnes
Prædicent terras, bonitatis uſque ad
Terminos rerum celebretur omnes
Fama per urbes.
4 Omnis exultet locus, omnis ætas
Geſtiat plauſu & fremitu ſecundo,
Res quod humanas modereris æqui
Juris habenis.
5 Ut tuas laudes populi per omnes
Prædicent terras, bonitatis uſque ad
Terminos rerum celebretur omnes
Fama per urbes.
6 Si tuæ genti faveas benignus,
Conditor Mundi bone, meſſis agros
Veſtiet, vites oleæque colles,
Gramina campos.
7 Si tuæ genti faveas benignus,
Conditor mundi bone, te pavebunt

clementia tua & voluntas nos ſervandi ubique, ſit cognita, pro quibus etiam animo paterno es ſolicitus, noſque in periculis tueris. 3 Ut nationes beneficia tua laude digna ubique narrent, tuæque indulgentiæ memoria in omnibus mundi partibus ad ultimas orbis oras uſurpetur. 4 Omnis terræ angulus lætetur, omnium ætatum homines lætitiâ & murmure aſſenſum & gaudium ſignificante plaudant, quòd genus humanum æquitate tanquam fræno gubernes. 5 Ut nationes beneficia tua laude digna ubique narrent tuæque; indulgentiæ memoria in omnibus mundi partibus ad ultimas orbis oras uſurpetur. 6 Si tu, rerum omnium auctor, benevolentiam populo tuo volens & propitius præſtiteris frumenta arva culta, vites & olivæ tumulos, herbæ loca nec culta nec conſita operient. 7 Si tu (au-

Et colent gentes sub utroque mundi
Axe jacentes.

thor rerum omnium) volens & propitius populum tuum charitate complexus fueris. gentes sub extremis mundi partibus habitantes te timebunt & venerabuntur.

PSAL. LVIII. CAR. GEN: 20

Exhortatio ad Deum laudandum, proposita ejus magnificentia, & officio, exposita beneficiis in majores, confirmans pios factis, præsennia Dei, & ascensu Christi in cœlos, cujus virtute promissiones erga pios, & mina in adversarios præstantur: postremo iterum hortatur omnes, ad laudes Dei, expositis earum causis.

O Qui perpetuis orbem moderaris habenis,
Placidos bonus exere vultus,
Impietasque exosa tuas, pater optime, leges,
Tremefacta repente facesset,
2 Ut levis in tenues fumi vapor effugit auras,
Ut cera liquescit ab igni.
3 4 At lætis pia turba animis sua gaudia plausu
Testabitur, & tibi, rerum
Sancte parens, pæana canet, qui lucida cœli
Veheris super astra; nec ævi
Inclusus spatiis, æternis legibus orbem
Æternus & ipse gubernas.
Te canimus læti, & lætos renovamus honores. 5 Qui

JEHOVA, qui mundum sempiternis legibus administras, favens & benignus faciem tuam ostende, hominesque impii & nequam qui in tua instituta odium habent, confestim fugientes meticulosi discedent; 2 Ut fumi halitus in ventos dissipatus evanescit, ceraque per ignem soluta colliquatur. 3, 4. At viri boni hilari & manuum strepitu lætitiam suam significabunt, inque mente laudem tuam, conditor mundi hymnum cantabunt, qui super stellas lucentes tanquam vehiculo portastis, quaq; sine fine permanens, temporisq, momentis non comprehensus, perpetuis legibus rerum universitatem moderaris: Nos hilares te laudamus, sacrificiaque in honorem tuum facta solenniter celebramus.

Qui

5 Qui celsi é vertice mundi
Respicis humanas curas: & patribus orbos
Pueros, viduasque maritis
6 Prosequeris patrio affectu: qui prole beata
Steriles solare hymenæos
Compedibus vinctos solvis: populi arva rebellis
Bibulis obducis arenis.
7 Isacidæ Niloquum, te ductore, relicto,
Arabum per inhospita saxa
8 Errarent, tremuêre soli penetralia: cœlum
Maduit sudoris anheli
Imbribus: à vultu Domini conterrita duræ
Tremuere cacumina Sinæ.
9 Arva sibi selecta bonus rigat imbre benigno;
Et quum labefacta fatiscunt,
10 Confirmat, recreatq; afflicta: suoq; fruenda
Dat habere gregi: nec egenam
11 Temporibus duris virtutem deserit. Arma
Trepidâ formidine belli Quum

5 Qui anxias hominum cogitationes è cœlo summo contemplaris, populosque & viduas, maritorum morte distitutas, amore paterno amplecteris 6 Qui nuptias infœcundas ampla sobole consolaris; qui vinclis ligatos liberas, prædiaque populi legibus tuis repugnantis arenis sitientibus operta tegis, 7 Quum posteri Isaci, te duce, ex Ægypto profecti incertis sedibus per desertos, & incultos Arabum montes vagarentur. 8 Intima pars terræ commota est, aer pluviis madidus fuit, acsi præ metu, ut solent anhelantes, sudaret: summa etiam montis Sinæ juga comota sunt, ad aspectum Dei tremefacta, 9 Deinde benignus arva sibi sorte seposita pluviis largis irrigata fæcundat, eademq; quando commota rimis dehiscunt, consolidare, & vexata reficere solet. 10 populoque sibi electo, *ut inde frustum ad necessarios vitæ usus capiant*, possidenda donat. 11 Virosque bonos auxilio egentes in periculis non relinquit, si quando etiam motus armorum hominum

Quum quatient animos, lætum celebrare triumphum
Teneris dabit ille puellis:
12 Sufficietq; suas in laudes carmina, reges
Numeroso milite freti
Terga dabunt, latebras q; petent. spoliisq; fruetur
Imbelles turba relictis.
13 Vestra licet somno sternantur corpora nigræ
Inter fuliginis ollas.
Illa tamen vincent nitidam candore columbam
Rutilæ cervices honore.
Quæ nunc argentum nitidum, nunc lumina blandum
Radiantis provocat auri
14 Quum Deus omnipotens traduceret agmina regum
Longo spectanda triumpho.
Squalida quæ luctu, & tenebris Solyma ante jacebat,
Niveâ tum luce refulsit:
Ceu nive vicinos inter candentia colles
Salmonis culmina fulgent.
15 16 usque sibi Basan placeat, jacterq; superbus

fastigia proxima cœlo nes belli timore terrebunt, Deus ipse efficiet ut puellæ obteneros adhuc annos molles, pompâ hilari victoriæ causâ canant. 12 Eisq; materiam laudis sui suppeditabit: reges quoq; copiis suis confisi, in fugam se conjicient, locaque adibunt, ubi in occulto lateant homines que infirmi ex preda relicta fructum & voluptatem capient: 13 Tametsi vos inter lebetes fuligine sas ad somnum capiendum jaceatis: columbam tamen nitentem ipsa albedine superabitis, quæ pulchritudine colli splendentis cum argento puro, & fulgore auri blandè micantis concertat. 14 Ubi autem Deus *cum ignominia & dedecore* reges multos populum suum transire fecisset. ut pompâ magna triumphati conspicerentur; Hierosolyma, quæ prius nihili ducebatur, fædaque & horrida ob dolorem cernebatur. & ob tristitiam lucem fugiens. tum puro lumine resplenduit, tanquam juga Salmonis nive canentia, quæ inter montes propinquos conspicua apparent. 15. 16 Quamvis Basan arrons glorietur, multumque sibi arrogans, culmina altissima

quæ

Ne tamen herbiferos saltus, ne pascua sacro
Ausit conferre Sioni:
Fastigia proxima cœlo:
Quam propriam pater omnipotens in tæcula sedem
Legit, lectamque tuetur.
17 Ille pater quem cœlituum tot millia currum,
Equitum tot millia stipant:
Sive ille excelsæ vehitur per culmina Sinæ,
Sua seu sacraria visit
18 Seu scelerum vindex celebri petit astra triumpho,
Captivaque colla catenis.
Vincta trahit: passim donaria gentes
Cumulant: paulo ante rebelles,
Poplite nunc flexo venerantur templa Sionis.
19 Igitur celebramus honores
Jure tuos, nullam nobis qui munere lucem
20 Vacuam finis ire: salutis
Unica spes nostræ: nempe unus frænagubernas
Vitæ, irremeabilis Orci

Unus

quæque, maximeque conspicua ostentet; attamen ne audeat valles suas herbis fœcundas locaque od pascendum apta comparare Sioni ob dei venerationem inviolabili, quam habitationem stabilem deus perpetuò elegit, illamque sedem sibi electam defendit, 17. Ille inquam, Deus Sionem, elegit, electaque tuetur, quem tantus currum & equitum celestium numerus cingit sive per caumina Sinæ sublimis curru transit, sive templum suum invisit. 18. Sive magna stipatus pompâ post vindictam de sceleratis sumptam, in cœlum redit, secumque hostes captos vinclis ferreis ligatos ducit, omnes ubique populi domiti copiose dona ad altare Dei ferent, nuperque inimici ædem sacram Hierosolymitanam supplices jam adibunt. 19. Itaque meritò te, sola nostræ incolumitatis spes, frequentes honoramus, qui nos assidue beneficiis cumulans, nullum diem permittis transire immunem. 20 Tu enim solus vitam nostram tanquam freno moderaris: Tu solus

aditum

Unus claustra tenes & nutum fata sequuntur:
21 Inimicos vulnere certo
Tu figis, longa sceleratum tu sorde sepultis
Lethali tempora plagâ
22 Dividis At charos si consolaris amicos,
Extremo à litore ponti
Vos ego crudeli incolumes ex hoste reducam,
Rubri ceu transfreta ductos
Æquoris, à sævo incolumes servavimus Ogo,
23 Cæsorum in sanguine regum
Tingent crura: canes hostilia vulnera lambent.
24 Lætæ spectacula pompæ
Adspicient, pater alme, tuo, pater alme, triumpho
Plaudent tua templa petentes.
25 Anteibunt qui voce canant, qui cymbala pulsent
Cytharæ tuba juncta tubæque
Tibia, quæq; tuas celebrent, fortissime, laudes
Doctæ pulsare puellæ.

26 Tym-

editum & exitum inferni, unde nemo redit, posfides, ut in te uno possitam esse liberationē ex morte demonstres; tuæ voluntati mors ipsa paret, perpetuæque rerum consequutiones ex te pendent. 21. Tu plagâ non errante hostes tuos vulneras, ictuque lethifero caput eis secas, qui in turpibus sceleribus torpentes jacent. 22. At amicis valde tibi dilectis, verbis talibus animos reddis, Vos ego ab inimicis cruentis ab ultimis terrarum finibus salvos restituam, sicuti olim ab Ogo rege Basanis, crudeli vos defendimus, ultra mare rubrum undosum traductos, 23, Famuli tui pedes in cruore regum occisorum denuo madefacient, canesque plagas hostium lingent. 24. Tui, rerum creator & rector venerande, omnia alens, cernent pompam hilarem paratam & dignam quæ spectetur, tuamque ædem Hierosolymitanam adeuntes, cum eadem pompa indice victoriæ tuæ, exultabunt. 25. Triumphum tuum cantores præcedent, qui cymbalis sonent, tubaque cum lyra, tibiaque tubæ conjuncta, puellæque tympanis modos facere scientes, quæ

tuas

26 Tympana: te populi cœtu, fremituq; secundo
Et plausu ad sidera tollent:
Illocidæque tuas in laudes ora resolvent:
27 Juvenis destrpe creatus
Benjamin, judæque aderit generosa propago
Neque clarus Zabulo deerit.
28 Nephthalidæq; duces Nam tu tua jussa sequutis,
Viresq; animosque ministras:
Claraq, victrici das tempora cingere lauro;
29 Solymæ victoria præpes
Ex adytis volat. Ergo ferent tibi munera reges,
Atque ad tua templa ferentes
30 Munera, te super altra ferent tu freta sagittis
Lethalibus agmina fundis:
Tu fortesque domas dextras, animosque rebelles.
Humiles tibi pendere cogis
Vectigal: fractosque duces avidique cruoris
Vindex populi agmina perdis.
31 Quique bibunt Nilum qua mergitur æquoris undis

Qui

tuas, ô potentissime, virtutes canant. 26. Populi magno numero, murmure & manuum collisarum strepitu studium & favorem suum in te testantes, vehementer te laudabunt; Hæbræi etiam laudes tuas cantabunt. 27. Soboles Benjaminis paru minimi, nobilisque Judæ tribus aderit, neque tribus Zabulonis illustris, tribusque Nephthalim aberit 28 tu enim legum tuarum cultoribus mentis robur & constantiam sufficis eisque caput illustri auro victoriæ indice vincire tribuis. 29. Velox vis divina, unde victoria profecta manat, è penetralibus sedis Hierosolymitanæ advenit, propterea potentes terrarum domini dona tibi afferent, eademque ad ædem tuam apportantes, vehementer te laudabunt. 30. Tu in fugam vertis agmina sagittis mortiferis confisa, Tu viros robustos, & mentes pervicaces subigis, Tu populorum rectores supplices, animoque consternatos tributa tibi solvere adurges, populosque sanguinarios ultor destruis. 31. Qui Nilum etiam

ag

Quiq, ipſo fontis in ortu,
Accurrent, pacemq; petent, opulenta ferentes
tibi munera ſupplice dextra.
32 Regna hominum celebrate Deum: date carmina regi,
33 Qui templa gulernat olympi
Æterna æternus: cujus mortalia cuncta
Vocem tremefacta paveſcunt.
4 Hunc fortem celebrate, uniq; accepta referte
Bene geſti proſpera belli.
Cujus in Iſacidis reſplendet gloria, cujus
Teſtantur robora nubes:
35 Cujus ab arcano templo venerabilis horror
Stupefacta in pectora manat.
Iſacidum Deus ille, Deus qui robore nervos
Animoſque vigore ſuorum
Implet. ei laudes Jacobi dicite proles:
Etenim Deus ille deorum eſt.

accolunt, ubi in mare influit, & ubi è fonte oritur, advenient, & manu veniam ſupplicante dona ditia portantes, pacem tuam exquirent. 32. Reges hominum Deum laudate; Regiſque veſtri illius laudes cantate qui quum ipſe perpetuus ſit, perpetua cœli ſacraria moderatur; cujus voluntatem & nutum, quicquid in mundo eſt pavidum metuit. 34 Laudate hunc potentem, & confiteminiſi abeo uno res ſecundas belli fortiter geſti, vobis datas eſſe: cujus etiam laus & magnitudo in Hebræis apparet: cujus potentiæ teſtes ſunt nubes terribilem tonitrus fragorem edentes. 35 A cujus penetralibus tremor venerationis plenus in mentes hoſtium attonitas fluit: Hebræorum Deus is eſt, qui membra ſuorum robuſta facit, eorumque mentes vegetat. Poſteri Jacobi eum laudate: nàmque ille eſt cæteris diis omnibus major.

PSAL LXIX. CAR: GEN: 3

David typus Chriſti, conqueſtus de injuriis & perpeſſionibus indignè perlatis & de hoſtium ſcelere, Deum erat pro ſalute ſua & adverſariorum exitio. quamobrem docet Dei laudes à ſe, ab Eccleſia, omnibuſque rebus creatis præcipiendum iri.

Sancte

SAncte parens fer opem laſſo: torrentibus undis
Pené obruerunt me malorum fluminа.
2 Pes nequit in molli veſtigia figere limo:
Pronumque inundans vertici fluctus rapit.
3 Dum clamo, arentes urit ſitis arida fauces:
Spectando laſſa torpuêre lumina.
4 Me vexant odiiſque premunt immanibus hoſtes
Plures, innmbrant quàm capilli tempora.
Inq; dies creſcunt numero: & ceu rapta rependam
Bene parta per vim cogor illis reddere.
5 Simplicitas tibi nota mea eſt, bone conditor orbis.
Meæque teſtis ſemper innocentiæ es.
6 Fac pater almè bonis ne ſint mea damna pudori,
Dum te colentes clade cernunt opprimi.
7 Te propter maledicta tuli & ludibria vulgi:
Te propter ora turpis infecit pudor:
8 Me vitant fratres, & eadem é matre creati Me

OPitulare mihi, pater, ab omni labe purus, malis ferendis defatigato: rerum adverſarum tempeſtates undis vehementibus me propemodum operuerunt. 2 Pes in cœno fluxo plantam ſtabilire non poteſt, caputque procella undis involvens, me dejectum ſecum trahit. 3 Dum te invoco, penuria potus gutturis anguſtias humore defectas ariditate exſiccans. divexat; oculi auxilium expectando feſſi, debilitati ſunt. 4 Hoſtes moleſtiis me conficiunt, & ingentibus inimicitiis exercent, numero majores quam crines qui caput contegunt, quotidieque multiplicantur, bonaque rectis artibus parata illis reſtituere impellor, quaſi violenter ablata reddam, *alioſque ego prior deprædatus eſſem.* 5 Innocentia mea, author rerum benefice, tibi perſpecta eſt, dumque hoſtes me calumniantur. tu meæ vitæ innoxiæ ſpectator es. 6 Effice pater, ne mea incommoda innocentibus, qui promiſſiſtuis mecum freti ſunt, pudorem incutiant, dum, qui te honore habent, infeſtari vident. Tuâ cauſâ convitia & ludificationem populi toleravi, tuâ cauſâ verecundia inhoneſta faciem rubore notavit. 8 Conſanguinei, & ex eiſdem parentibus geniti conſortionem mi eam ſu-

Me ceu scelestum abominantur filii.
9 Uror, & ira coquit penitus præcordia, leges
Tuosque ritus impii quum negligunt.
In tua quæ jactant probra & convicia, sacra,
In me recurrunt, corque vulnerant meum.
10 Si fleo jejunus, si macero pectora curis,
Rident, probrisque prosequuntur lachrymas.
11 Si tegor incultos saccis squalentibus artus,
Fio repentè fabula & ludibrium.
12 Me salibus petit è portæ statione senectus:
Et ebriosæ sum tabernæ cantio.
13 Interea curis genitor confectus acerbis
Ad te recurro: tu benignus respice.
O genitor, sine fine bonus, sine fraude fidelis
In rebus arctis da salutarem manum.
14 Erige penè luto absorptum: da figere gressum:
Crudelis hostis me eripe impotentiæ.

15 Neu giunt. *meque quasi ignotum & alienum aspernantur*, filii mei me tanquam sceleratum detestentur. 9 *Dolore exardens discrucior, inque* sensus meos vehementer exagitat, cum pravi instituta & ceremonias tuas contemunt, maledicta & contumelias, quas in sacrificiis ritusque tuos effundunt, in me redundant. animumque meum lædunt & conficiunt. 10 Si à cibo abstinens lugeo, si pro solicitudine macilentum me facio, irrident me, illudque meum studium, meumque fletum maledictis insectantur. 11 Si corpus inornatum sordido cilicio velo, sum confestim sermo vulgi, & contemptus. 12 Senes qui ad portam urbis sedent, dictis mordacibus me invadunt, sumque cantilena ebriis, qui in taberna potant. 13 Interim dum hæc ab hostibus fiunt, cogitationibus tristibus penè consumptus, te, pater, tanquam asylum peto, measque apud te preces effundo. tu verò liberalis, curam pro me gere, supraque modum bonus, & sine dolo constans, in rebus adversis manum salutem afferentem porrige. 14 Libera me ex istæ cœni voragine, ea propemodum devoratum; fac mihi gradum stabilem

15 Neu rapiat torrentis aquæ violentia, neu me
Mergatve gurges, aut voragó absorbeat.
16 Sancte parens, nullos cujus clementia fines
Novit, vocantem & destitutum respice.
17 Ne faciem servo avertas, qui rebus egenis
Supplex opem orat: subitò miserum subleva.
18 Mitis ades: serva hanc animã, ut pudor obruat hostes,
Qui ceu relictum me enecant conviciis.
19 Tu testis mihi probri ignominiæque superbæ:
Tu testis hostes quàm proterve illuserint,
20 Cor dolor urebat: socius mihi nemo doloris,
Nemo dolorem qui levaret anxium.
21 Dulcia felle mihi tingebant fercula amaro:
Pro vino aceti porrigebant pocula.
22 Ergo victum illis vitient aconita vicissim:
Mœrorque læta obnubilet convivia. Un le

stabilem, meque à violentia hostis truculenti eripe. 15 Neu vis aquæ taide currentis me auferat, neve altus aquæ vortex prorsus me obruat, aut limus profundus deglutiat, ne tot miseriarum diluvio absumar. 16 Sancte pater, cujus bonitas est infinita, cerne me auxilium petentem, inopemque ab omnibus relictum. 17 Ne conspectum tui à famulo anguistiis oppresso subducas, tuum in rebus tenuibus præsidium demisse ac suppliciter poscente, malisque obrutum confestim attolle. 18 Clemens mihi auxilio sis, vitamque meam custodi, ut verecundia turpis inimicos confundat, qui me maledictis vehementer vexant, tanquam auxilio tuo destitutum. 19 Tu probè conscius es maledictorum, quibus petor, & infamiæ insolentis: tu scis quam contumaciter hostes me contumeliis effecerint. 20 Mœstitia, animum solicitum habens, discruciabat; nemo erat particeps ægritudinis meæ: nullus aderat, qui tristitiam molestam consolatione ulla mitigaret. 21 Victum suavem amaritudine, instar fellis, mihi inficiebant, measque miserias aucturi, loco vini, potionem acidam mihi propinabant. 22 Ergo venena invicem cibum illis corrumpant, eorumque commessationes prius jucundas, tristitia, ve-

Unde sibi placidæ promittunt otia pacis,
Hinc semen illis pullulet discordiæ.
23 Caligent oculi, & nutent vestigia: vires
24 Elumbe corpus deserant, iram tuam
Sic meritos effunde super: tuus hauriat illos
25 Furor: colonis tecta vidua mœreant:
Qui deserta habitet tentoria nemo supersit,
26 Quia persequuntur dexterâ afflictos tua,
Afflictos miserosque procaciter insultantes,
Verbis acerbant vulnera atque injuriis:
27 Tu sine, peccatis cumulent peccata nec, unquam
Dulcem æquitatis sentiant fructum tuæ.
28 Impia de tabulis viventum nomina dele:
Tuos nec inter hos recense filios.
29 *Me* tenuem afflictumque tua, pater optime dextrâ
Erige, locoque sistе tutum in arduo. 30 *Hic*

lut nube, obruat: invidiæ simultatis inde illis oriatur, unde pacis jucundæ requiem sibi pollicentur, omniaque beneficia tua afflictionis cedant. 23 Oculi caligine obscurâ obducantur, rationis & intelligentiæ lumine extincto, gressus eis titubent. 24 Robur corpus effætum relinquat, indignationem tuam super sic dignos ea, depromne. 25 Vehemensque iracundia eosdem devoret, ædes vacuæ totæ in mœstitiâ sint, nullusque restet, qui mansiones eorum desolatas incolat. 26 Quia tua potentiâ vexatos, & duriter afflictos, laboribus insuper exercent probra in prostratos & ærumnosos petulanter ingerentes, plagas tuas maledictis & contumeliis acerbiores faciunt. 27 Tu permitte ut ope & gratiâ tua ab eis substracta, veteres maleficia novis augeant. nec unquam in gratiam tuam recepti, utilitatem ullam, aut jucundam justitiæ tuis imputata voluptatem capiant. 28 Impiorum nomina obliterans ex libro tuo, *& albo eorum* expunge, quibus vitâ æterna promissa est; nec scelerati in eorum numero habeantur, quos tu charos habes, *hæc autem sit impiorum sors.* 29 Tu vero me, genitor, inopem & potentiâ tua vexatum, attolle; proculque periculis in loco munito statue.

30 Hic ego carminibus rerum super astra parentem
Tollam, & celebri gratias in cœtu agam.
31 Gratius hoc illi est, quam si cadat hostia ad aram
Vitulus tenellus jam coniscans cornibus.
32 Adspicent mites, & pectore gaudia volvent,
Deum colentûm læta corda gestiant.
33 Audit enim Dominus tenues, nec despicit ægros
ob nomen ejus vinculis coercitos.
34 Unum igitur tellus colat hunc, & pontus & æther
Et quicquid æther, terra pontus continet.
35 Qui facit incolumem pulchram florere Sionem,
Urbesque Judæ mœnibus cingit novis:
Metiturque suis rura ante inculta colonis,
Tenenda blandis quæ relinquant liberis.
36 Quæ placida teneat series in pace nepotum,
Quicunque Domini nomen & numen colunt. O

30 Tum Deum rerum omnium authorem, cantionibus magnifi cecelebrabo, ejusque erga me beneficia in turba frequenti confitebor. 31 Hoc ei, fatiscio, magis placet, quam si victima ad aram occidatur, nempe tener vitulus cornua sua jam vibrans. 32 Homines autem modesti, similiter etiam vexati, hæc cernent, & ex animo lætitiâ exultabunt, cordaque honorantium Deum gaudio perfusa, hilaritatem gestu indicabunt. 33 Nam Dominus ad inopes animum advertit, nec solicitos contemnit, compedibus æruminarum & carcere, quod eum profiteantur, impeditos. 34 Terra igitur, mare, & cœlum, & quæcunque horum complexu comprehenduntur, hunc solum honore & laude celebrent. 35 Qui Hierosolymam urbem suam bonis omnibus salvam, abundare facit; qui Judæorum oppida muris novis circundat, qui rura prius deserta habitatoribus suis dividit, quæ ad filios dulces transmittant. 36 quæque longus posterorum ordo in pace jucunda possideat, quicunque eorum Dominum ipsum & divinitatem ejus venerantur.

PSAL. LXX. CAR: GEN: 17.

Petitio pro liberatione, supplicis, pro confusione improborum, & bonorum exhilaratione, quæ spectant ad hunc finem ut magnificetur Deus. Ad-

O Deus. præsens ades, & periclis
Me præsentibus eripe.
O Deus duros propera labores
Confestim auxilio ut leves.
2 Qui meam quærunt animam, erubescant,
Fœdam ignominiam ferant:
Et tuga turpi doleant, malignis
Qui me consiliis petunt.
3 Terga dent, fusos pudor et perurat,
Qui rident gemitus meos.
4 Teque clementi & placido fruantur
Qui gaudent placitis tuis.
Qui salutis spem posuere in uno,
Te certam penitus Deo.
Gaudeant, semperque canant: perennis
Majestas, & honor Deo.
5 Sunt meæ vires & opes pusillæ:
Sed tu me Deus adjuva.
Tu meæ vires, mea spes, opesque:
Festinus fer opem mihi. PSAL.

ADsis, Jehova, ad auxilium ferendum promptus, meque malis instantibus libera; festina, quæso, ut ope tuâ graves molestias leviores statim facias. 2. Qui me cupiunt ex rerum naturâ tollere, eos propositi sui pudeat, turpem infamiam ignominiâ involuti auferant, & ab fugam dedecoris plenam mœreant, qui malo animo meo exitio imminentes, me invadere volunt. 3. In fugam se conferant, ut verecundia turpis eos victos, & fuga dissipatos excruciet, qui dolorem meum irrident: 4. Teque patrem miti & placato utantur, qui legibus tuis lætantes, tui colendi studio tenentur: qui incolumitatem & salutem à te omnino speraut lætentur; & perpetuò sic memores cantent; reverentia sempiterna immensæ potestatis in res omnes, & honorifica bonitatis & virtutis testificatio soli Deo tribuatur. 5. Robur quidem meum, meaque potentia exigua est; sed tu, mi Deus, opitulare mihi: Tu robur meum es, mea expectatio, meaque potentia, tu me confestim juva.

In

Psalter fidem suam in Deum professus, servari ab inimicis petit. Deumque omnipotentiæ ejus naturâ, promissionibus, operibus anteactis gloriaq; sollicitans, adversarios male imprecatur; liberationè acceptâ spondet se gratias actuum Deo.

In te salutis spem posui meæ,
Fac me perennis ne pudor obruat.
2 Audi vocantem lenis, & eripe
Hostis cruenti me violentiæ.
3 4. Virâque custos & columen mea,
Turrisque rebus semper in asperis,
Nunc turris esto, & perfugium mihi,
Et sævientûm subtrahe dexteræ
A vi sceleſtæ subtrahe dexteræ
Pendentem ab uno subsidio tuo:
5 Et qui juventæ tutor eras meæ,
Orbam senectam viribus assere.
6 Tu me tuendum matris ab ubere
Duxti: pependit matris ab ubere
Spes nostra de te, materies meis
Una est perennis laus tua cantibus.
7 Ceu continenter prodigium malis
Natum ferendis, rideor impiis:

Sed

1 NTe, Jehova, incolumitatis meæ expectationem collocavi, effice quæso, ne me ignominia perpetua confundat. 2 Audi clemens te invocantem, & à vi hostis crudelis me libera. 3 4 Servator & firmamentum vitæ meæ, meumque in rebus duris præsidium, nunc mihi esto munimen, & receptaculum quò perfugiam, meque à potentiâ furiosorum eruè: à violentiâ hominum sceleratorum eum eripe, qui tuum unius auxilium in spe habet 5 Quique florentis ætatis meæ defensor eras, nunc me senem effætum hostium injuriâ eximè. 6 Tu me à puello lactente defendendum existimasti, spes auxilii tui ab infantia mea in te residebat, beneficiorum tuorum perpetua confessio tolum est cautionibus meis argumentum. 7 Ab improbis irrideor ceu monstrum quoddâ ad damna assiduè patranda genitum: attamen sola opis tuæ

expectatio

Sed me malorum fluctibus obrutum
Spes una fulcit præsidii tui.
8 Me lux videbit, me tenebra tuas
9 Laudes canentem: jam senio gravem,
Fractisque lasso corpore viribus;
Ne me impiorum trade libidini.
10 Et clam susurrant, & caput in meum
Occulta tendunt retia per scelus;
11 Et dum sceleſtum proposito premunt
Aiunt, ope illum destituit Deus:
Instate fracto, prendite, perdite
12 Nudum salutis vindice. Tu Deus
Ne linque fretum præsidio tuo:
Præsensque sævis hostibus eripe.
13 Pudore vultus inficiat rubor
Hosti doloso, fraude nefaria
Qui me aucupatur, mœreat irrita
Conata, vanum lugeat exitum.
13 15 1 Liber periclis, carmine te novo
Pangam tenacem polliciti, & tuis Promptum

expectatio, me ingenti malorum numero oppressum sustinuit. 9 Dies & nox me beneficia tua memorantem cernent. 9 Itaque ne me jam annis pigrum, & robore debilitato membra delassata trahentem, voluntati & ludibrio malorum permittas. 10 Hostes enim inter se occultè murmurant, fraudesque secretas adversus vitam meam nequiter parant. 11 Dumque consilium malum promovent, te quasi authore, in perniciem meam conspirant; itaque dicunt, Deus illum auxilio suo privavit; debilitatum urgite, manus ei injicite, à defensore vacuum interimite. 12 Attamen tu ne me desere, præsidio tuo confisum, & ad subsidium mittendum paratus, ab inimicis crudelibus me libera. 13 Infamia autem hosti fraudulento faciem tingat, qui me dolo pravo prendere tentat, vanaque consilia defleat, inanemque eorum finem deploret. 14, 15, 16 Sic extra periculum positus, carmine ante inaudito

Promptum juvandis, & numeris meis
Aptabo laudes innumeras tuas.
Canam potentem te dare prospera
Eventa, belli quum fremuit timor:
Canam fidelem reddere fœderum
Promissa, largo non sine fœnore.
17 Abusque primo flore puertiæ
Laudum tuarum tu mihi carmina
18 Semper præisti: ne senio gravem
Canumque nunc me, spes mea, desere,
Donec nepotum sæcula noverint
Me vate, quanto robore, qua fide
19 Me liberâris, justitiæ tuæ
Convexa mundi gloria transvolat.
Rerum creator, quis similis tui?
20 Qui me malorum gurgite merseras,
Mitisque vitâ rursus amabili,
Tracto é profundo gurgite das frui. 21 Opes-

inaudito te celebrabo, constantem quidem in promissis, & ad opem tuis ferendam paratum, cantionibusque meis laudes tuas immensas applicabo. Carmine meo te prædicabo, ad dandum secundum belli exitum pollentem esse, cum præliorum metus mentes humanas terruit, & ad pollicita abundè reddenda, quæ per fœdera dediſti, semper constantem. 17 Sic enim tu me à puerilitæ vigore, ad hanc usque ætatem cantiones de tuis in me, tuosque beneficiis cantare semper docuisti. 18 Itaque ne me nunc, mi Deus, in quo spem repono, relinque præ senectute & canitie pigrum *ad eam tuo beneficio perveni*; donec posteri me canente intelligant quantis viribus, quaque constantiâ me periculis eripueris. 19 Splendor certè & laus æquitatis tuæ immensâ altitudine cœlum supremum superat; *ne dum ut eo quisquam intellectu pertingere possit*: quis est ergo, rerum creator, æqualis aut par tibi? Qui me magnorum adversarum numero obrueras, rursumque placabilis, facis ut ex ingenti arumnarum cumulo status, vitâ jucundâ fruar.

21 Opesque honoresque accumulas bonus
Irâ remissâ: & pectora turbida
22 23 Solaris. Ergo re cytharâ canam
Nabloque certa conspicuum fide.
O sancte nostræ gentis ab ultimo
Protector ortu, vox mea te canet:
Te spiritus, te vita laboribus
Exempta duris, laudibus efferet.
24 Lux nulla solem proferet aureum,
Quæ prædicantem justitiam tuam
Non audiet me, rex bone, qui meis
Rubore vultum offuderis hostibus.

21 Liberalis etiam potentiam & honorem, ità mitigatâ, affluenter adijcis, animumque curis turbatum lenis. 22 23 Itaque te firma promissorum constantia probè cognitum cytharâ & nablo celebrabo: oratio mea, gentis Hebrææ ab initio usque defensor, te prædicabit, mens quoque, vitaque mea periculis erutæ te collaudabit. 24 Nulla dies solem jucundum terris ostendet, quæ me non audiet, æquitatem tuam, rector benefice, laude celebrantem, quippe qui inimicis in necem meam excubantibus, faciem ignominiâ & probro obrueris.

PSAL. LXXI. CAR: GEN: 5

David moriturus Deum orat ut Schelomoni spiritum justitiæ tribuat, legittimam qui administrationem & benedictionem suam, hæque administratione & benedictione Schelomonis ac Christi celebrata, benedicit Deo.

DA tuæ regi Deus æquitatis
Jus ad exemplum dare, filioq;
Regis, ut legum patriæ ad salutem
Flectat habenas.
2 Ut regat justis populum institutis,
Pauperum questus facili tuorum 4 Jus

Concede, Jehova, Regi a te constituto judicium ad normam & imitationem justitiæ tuæ exercere: da, inquam, Salomoni Davidis tui tui filio, ut leges recte interpretando ad utilitatem civium suorum clavum imperii teneat. 2 Populumque non tam

Aure cognoscat, dirimatque lites
Legibus æquis.
3 Pace lætentur juga, montiumque
Horridi saltus: genitrix quietis
Æquitas colles amet, asperosq;
Ruris alumnos.
4 Jus suum det pauperibus potentum
Curet ut ne vi tenues premantur
Destruat quisquis miseros dolosis
Litibus urget.
5 Ut reformidet vinientis ævi
Gens tuum nomen, sua sol diei
Donec effunder, sua luna donec
Lumina nocti.
6 Æquitas & jus veniens olympo
Recreet terras, veluti sub æstu
Imber, & rores pluvii beatos
ruris honores.

suum, quam tuum. legibus & moribus æquis gubernet, inopumq; ãte pendentium querelas de potentiorum injuriis dijudicet, & civium controversias justitiâ ad concordiam adducat. 3 Ut sic montium cacumina populis habitata, & asperarum inter montes vallium incolæ tranquilitate, otio, *& omnimoda benedictione* gaudeant, tumulorumque coloni justitiam, pacis matrem, libenter colant, eamque rusticam homines duri charam habeant. 4 Ut Rex certum inopibus perfugium, donet quod jure ad eos pertinet, operamque det ne pauperes violentiâ & tyrannide eorum, qui plus possunt, vexentur; eumque perdat, quicunque inopes contentionibus fraudulentis exagitat. 5 *Sic futurum est*, ut posteri te agnoscentes revereantur, quamdiu Sol lucem suam tempori diurno, Lunaque lumen nocturno dispergens, emittet. 6. Justitia quoque & rectum cœlo delapsum homines terras colentes sic consoletur, ut pulviæ & aquæ caloris tempore è nubibus leniter defluentes, agros pulchros & fœcundos reddant. 7 Justitia *cum*

7 Floreat, rerum hoc moderante habenas
Jus bonæ paces vigeant, perenni
Luna dum curſu rediens novabit,
Menſtrua vultus.
8 Imperij fines maris unda fluctu
Hinc & hinc claudat: ſpatiumq; latis
Quod modum regnis faciat, ſit idem
Terminus orbis.
9 Ad pedes illi cadat advolutus
Æthiops: hoſtes veniam precati
Supplices, vultus humiles comamq; in
Pulvere verrant.
10 Qui tenent pontum refluiq; ponti
Inſulas, regeſque Arabum beati,
Thuris & dites venient Sabæi,
Dona ferentes.
11 Illum adorabunt, mare quà remotis
Obſtrepit terris, metuentque reges:
Servient gentes ſub utroque mundi
Axe jacentes. 12, 13, 14. Ille

juſto in honore ſit, hoc rege ſummam poteſtatem habente: gratâ tranquillitas vim ſuam magnopere obtineat, donec luna reverens perpetuo motu per ſingulos menſes faciem mutabit. 8 Oceanus extremos regni ejus limites undique includat, & menſura, quæ vaſtum ejus impetium finiat, eadem ſit atque orbis totius finis. 9 Populus Sole peruſtus ad pedes ipſius abjectus illum adoret; hoſtes delictorum gratiam ſuppliciter implorantes, pronique proſtrati, timidos in pulvere vultus & crines trahant. 10 Quicunque regio imperio potiri in mari, & in Europæis maris reciproci inſulis dominantur, diviteſque Arabiæ reges, populuſque Arabiæ Felicis thuris abundans, ad illum venerabundus veniet, munera ſecum afferens. 11 Omnes denique reges, quâ mare ſonitum ad littora longinqua edit, illum ex animo pieque colent, ac timebunt, & ſub utraque axis parte nationes poſitæ, illius imperio parebunt.

12, 13, 1. Ille

12, 13, 14. Ille desertos ope sublevabit
Eximet curis querulos: egeno &
Pauperi dexteram dabit: obrutosque
Fœnore solvet.
Nec velut vilem, tenuis cruorem
15 Plebis effundi sinet, ergo vivat,
Deque thesauris Arabum beatis
Muneta sumat.
Ac suo regi bene comprecatus,
Illius laudes canat, illum honoret:
Largam opum dextram celebret, patremque
Vulgus adoret.
16 Per feros montes segetem refundat
Terra tam densis crepitans aristis,
Quam gravi cedros Libani flagellant
Murmure venti.
Augeat prolem numero carentem
Per vias urbis bona pax beatæ:
Læta ceu campis riguis per imbrem
Gramina surgunt.

17 Nomen

12, 13, 14 Ille auxilio destitutis opem feret, querentibus curas abducet, inopique & pauperi opitulabitur, & ære alieno oppressos liberos reddet; nec permittet sanguinem inopum, velut contemptum, inultum emitti. 15 Ergo sit longævus, & incolumis, donaque aurea de ditibus Arabum gazis accipiat: ac populus Regi suo omnem felicitatem optans, *pro ipsius vita & incolumitate preces concipiat*, illum voce canora laudet, illum honore afficiat, ejusque manum munificam prædicet, eumque tanquam parentem piè colat. 16 Terra per montes incultos messem proferat, tam frequentibus culmis sonans, quam venti sonitu vehementi arbores densas Libani cædunt: quies grata sobolem infinitam per vicos urbis divitis sic augeat, ut herba fœcunda campis pluviâ irrigatis excrescit.

17 Itaque

17 Nomen æterno juveneſcat ævo
Filii nomen, jubar uſque ſolis
Dum vagæ fundet radiata terris
Lumina flammæ.
Ille rex gentes faciet beatas
Quas ſinu claudit refugo Amphitrite,
Omnis hunc tellus canet Amphitrite
Cincta beatum.
18 Iſaci gentis Domino Deoque
Laus, honor, virtus: opis haud egenus
Illa, quæ cuncti attoniti intuentur,
Perficit unus.
19 Nomen auguſtum canat omnis ætas
Ulla quod nunquam taceat veruſtas:
Nominis ſancti penetret per omnes
Gloria terras. Tellus

17 *Itaque* nominis ipſius memoria, nominis, inquam, filii memoria ævo perpetuo celebretur, quamdiu Sol ſplendorem ſuum in radios flammæ inquietis diviſum, per mundum diſperget: ille Rex nationes felices efficiet, quas mare gremio mobili amplectitur; omnis regio æquore circundata hunc felicem celebrabit. 18 Gloria, reverentia, fortitudo ſit Domino Deo Hebræorum tributa; ſolus enim ille, nullus auxilii egens, illarum rerum mirificarum author eſt, quas omnes admirabundi ſpectant. 19 Itaque ſacrum Dei nomen omnium ætatum homines cantu celebrent, nec ullum temporis ſpatium illud obliviſcatur, lauſque nominis ejus reverendi per orbem totum permeet.

LIBER TERTIUS:

PSAL. LXXIII. CAR. GEN. 5.

Pſaltes poſt ſpirituale certamen erumpens commendationem bonitatis Dei, exponit ægritudinem animi ſui & bonorum, qua afflictantur, cum propter ſecundos improborum ſucceſſus, tum propter calamitates ſuas; hinc incertum improborum ſtatum, at certum exitium proponit, & tanquam reſipiſcens ſe totum credit Deo, & illi ſe hæſurum profitetur.

Quamvis

TEllus ut undis hospitium neget,
Undæque terras fluctibus obruant
Aër coruscis fulminet ignibus,
Ruina mundi sidera misceat:
Dei potentis non bonitas tamen
In rebus arctis destituet pios,
Paravè mentes nequitia sinet
Mœroris æstu funditus opprimi.
2 Quam penè lapsu pes mihi lubrico
Gressum fefellit, dum pedo metior
Immensa parvo, dum trutina mea
Expendo stultus judicium Dei!
3 Fervebat irâ pectus, & æmulo
Livoris æstu, quum scelerum omnium
Contaminatos sordibus impios,
Florere cunctis conspicerem bonis.
4 Sorsilla cunctis invida, mobilis,
Infida servat perpetua fide
Ictus tenorem, & robore vivido

Firmos

QUamvis terra aquas hospitio non recipiat, mare q; undis suis orbem terræ operiat, & aër ignibus splendentibus inflammatus, fulmen in terras dispergat, cœlumque ruens stellas confundat: beneficentia tamen Dei, in cujus potestate omnia posita sunt, bonos ipsum piè & sanctè colentes, in periculis non relinquet, nequepermittet homines à sclere alienos vehementi tristitiæ fervore omninò vexari. 2. At ego ex contraria cogitatione vix tandem potui eluctari, pesque iter meum in præceps penè decidentis, casu per locum lubricum quam propemodum impedivit! dum exigua mensurâ res infinitas pondero, nec mentis compos, parva judicii mei librâ sententiam mentemque Dei examino. 3. Animus irâ & contentioso invidiæ motu æstuabat, cum viderem pravos omnium vitiorum fœditate inquinatos florentes & abundantes esse. 4. Fortuna illa prosperis rebus omnium dolens, inconstans, fallax, impiis constantiam continenter retinet, eosque

viribus

Firmos ſenectam ducit ad ultimam.
5 Exempta duris vita moleſtiis
Curiſque (pectus quæ reliquis coquunt
Mortalibus) per lætitiam fluit
Luxumque & ægris pura laboribus.
6 Ergo inſolenti fœta ſuperbiâ
Corda intumeſcunt: pectora ſpiritus
Ventoſa tendunt: cæcus amor ſui
Fræna impotenti dat violentiæ.
7 Tecta invidendas non capiunt opes;
Felicitatem non animus ſuam:
Et vota vincens, ſpemque ſuperfluus
Luxus fatigat, nec ſatiat tamen.
8 Uerbis minores terrificant feris,
& faſtuoſæ mole potentiæ:
Vultu procaci & vocibus improbis
Dblandiuntur nequitiæ ſuæ.
9 Nec impudentis garrula vanitas
Contenta linguæ fundere toxica
Terras per omnes, aſtra laceſſere

Audet

viribus firmis ſtabiles ad ſenium extremum perducit. 5. Vita eorum libera ſolicitudinibus aſperis, & angoribus (qui cæteris hominibus animum torquent) ac ægritudinibus ſoluta cum gaudio, rerumque omnium copia leniter tranſigitur. 6. Horum igitur animus arrogantiâ inuſitata plenus ſuperbit, elatæque cogitationes eorum mentes vanas inflant, philautia futuri improvida effrenatis cupidationibus licentiam permittit. Ædes divitias omnibus odioſas recipere non poſſunt, animus felicitatis ſuæ non eſt capax, rerumque abundantia multo major quam optabunt, ſupraque quam ſperabant, eoſdem delaſſat, nec tamen eorũ cupiditati ſufficit. Sermone acerbo & magnitudine potentiæ ſuperbæ inferiores terrore afficiunt, vultu autem petulanti, verbiſque malis ſuæ pravitati ſervent. 9. Vana etiam linguæ invereçundæ loquacitas non ſatis

habet

Audet, Deumque insana superbia.
10 Hæc mente spectant attonitâ pii,
Exæstuanti pectore fluctuant:
11 Secumque mussant, Scilicet hæc Deus
Quam cernat, aris abstinet ignibus?
12 Opes abundè suppeditant malis
Crescitque nullo fine pecunia:
cura pacis molliter otia
Quassante nullo turbine transigunt.
13 Frustrà ergo puro pectore vivitur:
Frustra innocentem contineo manum.
14 Frustra labores perfero, torqueor
Dolore, nullis non crucior malis.
15 Rursus verebar ne temerario
Ausu improbarem consilium Dei,
Ac arbitrarer forte miserrimos
Selecta quos is pignora nuncupat.
16 Causas latentes dum sequor anxius,
Et pertinacis viribus ingeni

Pugnè

habet venena adversus omnes homines spargere, imo arrogantia eorum immanis non metuit cœlum & Deum ipsum provocare. 10 Boni stupentes hæc contemplantur, & mente instar æstus mutabili in varias opiniones rapiuntur. 11. Intraque se cogitant, Certè num Deus, cum hanc nequitiam videat, fulminibus parcit? 12 Divitiæ impiis affluenter suppetunt, & sine modo opulentia illis augetur, nullâque re adversa eos commovente, vitam otiosam & quietam sine solicitudine delicatè traducunt. 13. Nos ergo pietati studentes incassum innocentes vivimus, incassum manum innoxiam, & ab omni injuria puram conservo. 14. Incassum molestias patior, tristitiâ vexor, & omnibus malis, siquid peccavi, severè castigatus affligor. 15. Ex adverso metuebam ne sic sentiens aut loquutus, sententiam Dei inconsulta audacia reprehenderem, eosque omnium infelicissimos existimarem, quos Deus filios electos vocat. 16. Dum itaque causas occultas solici-

Pugno, profundum se chaos ingerit,
Et nocte mentis lumen adobruit.
17 Labore tandem fessus inutili
Ad te recurro, rex bone cœlitum :
Quietus expecto ex adytis tuis
Quis hos & illos separet exitu.
18 Vidi repentè quàm pede lubrico
Starent superbi : quam stabiles parum
Opes tenerent, quam fragili loco
Fultos ruinâ præcipiti trahas.
19 Procella vindex ut sonuit tuæ
Iræ, fugaces cum domino suo
Evanuerunt divitiæ : manet
Umbra invidendæ nulla potentiæ.
20 Sic nocte mentes ludificans fugit
Imago somni : & quæ modò pectora
Sopita vano terruerat metu,
Risus per urbem mox ciet omnibus.
21 Donec viderem hæc, mœrot & anxiæ

Mentem

citus persequor, & ingenio obstinato contendo, confusio immensa sese mihi ante oculos offert, meâmque tenebris rationem occæcat. 17. Tandem studio nihil proficiente fatigatus, ad te (Rex cœli) revertor, curarumque liber è secreto oraculo, tuo in templo, edito, attendo, quantum inter bonos & malos finis ipse discrimen faciat. 18. Ibique statim intellexi quam parum firmo pede arrogantes insisterent, vidi, inquam quam instabili & fluxa potentiâ essent, quamque subito casu pessundes eos loco infirmo fretos. 19. Postquam enim tui furoris tempestas increpuit, opes instabiles cum possessore suo disparuerunt, nullumque vestigium potentiæ illius omnibus odiosæ supereſt. 20. Itaque perinde se habet illorum felicitas umbratilis, atque simulachra, quæ per somnum visa, & animos nocturno tempore fallentia, evanescunt, quæque super inani timore animos dormientium terrefeceunt, paulo post omnibus passim jocos movent. Antequam hæc cernerem, tristitia

&

Mentem obruebant sollicitudines:
22 Aut hæsitantem, ceu stupidum pecus,
Torpor ligabat pectore marcido.
23 Arcana sed vis interea tui
Me fulciebat numinis, ac manum
24 Dextram regebas: auspicio tuo,
Ductuque clarus fulgeo gloriâ.
25 Quid terra præter te, mihi, quid polus
26 Offert colendum? cor mihi tabuit,
Infracta mens desiderio tui
Languebat, ægrum corpus inaruit:
Tu rursus artus robore vivido
Firmasti: opimas suppeditasti opes.
27 Qui te relicto, spe stolida deos
Vanos adorant, cladibus obruis.
28 Te sector unum, tu superas meis
Spes una rebus, præsidio tuo
Liber periclis, auctus honoribus,
Te sempiternis laudibus efferam.

Cur

& curæ molestæ animum meum opprimebant. 22. Aut segnities quædam me, ceu bestiam stolidam intelligentiæ & rationis expertem, tenebat, pectore languido dubitantem. 23. Sed interea tamen occulta inspiratio divinitatis tuæ animum meum confirmabat; 24. Tuque mihi dux eras, ego quoque te authore & doctore à lapsu præcipiti conservatus, rerum à me gestarum famâ sum nobilis. 25. Quid mihi ostendit terra, quid cœlum, te uno excepto, cultu divino dignum? 26. Cor mihi liquescebat, mensque sancta tu quasi absentis videndi libidine dejecta, torpebat, membraque morbo debilitata deficcata fuerunt. At tu denuo corpus vi vegeta stabiliisti, magnisque me divitiis auxisti. 27. Eos autem contra rebus adversis perdis, qui te deserentes, spe vana deos inutiles cultu & honore dignantur. 28. Ego idcirco tibi soli adhæreo, Tu mihi spes sola restas, tuoque auxilio extra pericula positus, & honoribus cumulatus perpetuò te laudabo.

Ecclesia ab Antiocho oppressa, perpessiones suas & scelera hostium proponit: & Deum tamdiu cessare conqnesta, fœderis ejus, magnificorumque operum recordatur, hostium indigna in Deum & opera commemoratis: dicit circo Deum, pro salute sua, pro gloria nominis ipsius, & hostium confusione supplicat.

CUr nos relinquis penitus, ô rerum parens,
Hostique dedis impio?
Lupis vorandum cur gregem, pastor, tuum
Irâ obstinatâ deseris?
2 Memento cœtus servitute ab aspera
Quem vindicasti: quem tibi
Peculiari sorte, patrimonium
Ceu proprium, receperas.
Colles Sionis, numinis sedem tui,
Bonus favensque respice:
3 Tandem resurge, & hostium superbiam
Compesce: perde funditus
Hostes protervos, qui tuum sacrarium
Manu nefanda polluunt.
4 Claugnnt sonora buccinâ, non quæ tuas
Laudes canat, ludibrio
Sed festa acerbo quæ profanet; in tuis Demo-

QUamobrem, rerum omnium author, nos quasi repudiatos auxilio tuo prorsus destituis, & inimico scelerato tradis? Cur populum tuum custos, *nulla spe reconciliationis relicta*, crudelibus hominibus trucidandum irâ pertinaci relinquis: 2 Memor esto, potius populi illius, quem à servitute dura liberasti, quemque tibi velut hæreditatem singulari partitionis ratione sepositi; ad Sionem quoque domicilium tuum ubi numen & potententiam ostendebas, facilis & amicus convertere. 3 Profer tandem potentiam tuam & inimicorum arrogantiam cohibe; hostesque petulantes omnino destrue, qui tuam ædem sacram manu scelerata contaminant: 4 Sonum immanem in sacrario tuo cornu edunt; non quod magnitudinis tuæ præconia celebret, sed quod diestibi festos, irrisione molesta inquinare possit, signaque sua in turri-

bus

Vexilla figunt turribus
6 Bacchatur audax ira frœnis libera:
Ædis ruentis it fragor:
Quales sub altis murmurant quercus jugis
Cæsæ bipenni quum ruunt.
Demoliuntur malleis & vectibus
Cælata Templi limina.
7 Populatur ignis adyta: nominis tui
Contaminant lacrarium.
8 Secumque tacite comminantur pectore
Sed diruturos omnia:
Nec temerè, flammis strata fumant omnia
Tuo dicata cultui
9 Loca. Signa nusquam, nulla jam miracula:
Propheta nullus perditos
Solatur & spe quamlibet lenta, tamen
Spondet malorum terminum.
10 Quousque tandem nomini fines tuo
Hostem protervum illudere? Quous-

bus Templi tui statuunt: 5 6 Ira hostium temeraria & effrænata nullo impediente sævit: Templi cadentis sonus latè diffunditur, non secus ac arbores in montibus excelsis sonitum ingentem edunt, cum securi dejectæ à lignatoribus, concidunt: malleis & serramentis instar sudium, portas Templi figuris variis expolitas, diruunt: 7 Flamma augustissimum ædis tuæ penetrale destruit: sanum tibi consecratum coinquinant. 8 Et secum occultè jactant, sese *ne quid non eversum supersit*, omnia eversuros esse; nec frustra id minantur, omnia enim loca ad te colendum passim dedicata, igni passim cremata, fumum & vaporem emittunt: 9 Prodigia divinitús facta nusquam sunt, nullaque miranda facta nunc usquam aparent; nullus vates divinus pestima conditione vlos consolatur finemque calamitatum quantumvis tardè promittit. 10 Quamdiu tandem inimicum petulantem permittes te contemptum ludibrio habere? quamdiu hostis facta execrabila & scelerata

Quousque acerbis facta dira & impia
Exasperabit jurgiis!
11 Cur otiosus retrahis manum? exero
Tandem potentem dexteram.
12 Tu noster olim rector & custos Deus
Priscis abusque saeculis
Te vidit orbis vindicantem ab omnibus
Semper tuos periclis.
13 Secessit unda te jubente, & vitreo
Muro liquor coercuit
Cursum: feroces viribus suis duces
Ponti recursus obruit.
14 Ipsum marinis vastiorem belluis
Hausit tyrannum, & asperis
Afflicta saxis, fluctibus cadavera
Ejecta vultur Æthiops
25 Voravit: inter aestu arenas torridas,
De cote dura limpidi
Fluxere rivi: te imperante substitit
Arente flumen alveo. 16 Tum

scelerata conviciis suis molestiora reddet? 11 Cur nostri jam negligens, auxilium tuum à nobis abstrahis? manum tuam vindictis plenam aliquando extende. 12 Tu noster quondam gubernator & servator ab initio rerum usque fuisti; gentes omnes te, tuos in rebus difficilibus liberantem, aspexerunt 13 Mare ad imperium tuum, ut nostri causâ pervium foret sese divisit, fluxumque suum muro instar virri lucido continuit: aqua autem matris reciprocans duces, ob copias magnas superbientes, demersit. 14 Fluctus regem Pharaonem monstris in mari degentibus immanibus voravit: avesque carnivorae ex Æthiopiae cadavera, scopulis duris & undis quassata, atque è mari in terram projecta, exederunt. 15 Inter arenas in regione illa etiam torrida calore æstuantes, perspicui aquarum torrentes, de rupe dura dirupta manarunt: contrà verò Jordanis jussu tuo cursum suum loco fluminis aridi coercuit. 16 Di

16 Tuus dies est, nox tua est: solis jubar
Radiis adornas aureis.
17 Æquorque claudis littorum repagulis,
Terrasque cingis fluctibus,
Æstate lenis frigus acre, frigoris
Æstum rigore temperas.
18 Domine intuere probra, contumelias,
Et hostium ludibria,
Quite lacessunt impii convitiis,
Molestiis nos opprimunt.
19 Ne trade vitam turturis tuæ feris:
Turbam tuorum pauperum
Ne sempiterna oblivione desere.
20 Memor tui sis fœderis.
Nam nec tenebræ nos tegunt, nec pellimus
Obscuritate injurias.
21 Ope destituti & omnibus fracti malis
Populi pudori consule:
Ut merentem prosequantur laudibus Miseri

16 Dies & nox tibi utriusque authori & moderatori obsequium præstant: Tu is es, qui Solem radiis, instar auri, pulchris lucentem, illuminas: 17 Mareque riparum obstaculo coerces, orbemque terrarum finibus suis discretum aquis circundas, quique vehemens hymis frigus calore mitigas, contraque calorem frigoris vehementiâ mitiorem facis. 18 Respice quæso, Domine, maledicta, convitia, & hostium irrisionis, qui te jurgiis sceleratis provocant, & nos injuriis vexant. 19 Ne expone vitam populi tui simplicis & imbecillis, hominibus instar ferarum crudelibus, neve multitudinem tuorum inopum è memoria perpetuo obliteratam relinque. 20 Fœderisque illius tui recordare, nam nec obscuritas noctis nos ab hostibus defendit, nec ignobilitate nostra molestias vitamus: 21 Populi tui auxilio carentis, & omni molestiarum genere vexati ignominiæ in te redundantis prospice; ut afflicti, luctu & dolore pulso, te ita de se merentem, elogiis ornent.

22 Exere

Miseri levati luctibus.
22 Exurge rector orbis optime, & tuam
Causam tuere: sis memor
Quæ probra passim nomini semper tuo
Stulta ingerat procacitas.
23 Voces superbas & tumultus improbos
Silentio ne supprime:
Curamq; rerum gerere te mortalium,
Qui negligunt te, sentiant.

22 Exere gubernator mundi, potentam tuam, & controversiam tuam defende: reminiscere quas contumelias homines stulti & petulantes adversus honorem tuum ubique objiciunt. 23 Verbaq; eorum arrogantia & motus procaces noli taciturnitate absconderе: quique te despicatui ducunt, mundum te regere, hominesque te te curare intelligant.

PSAL. LXXV. CAR. GEN. II

David accepto nuncio de Abneri cæde, a novis dissidiis metuens, Deum orat ut propter nomen suum misereatur populi, officiumque suum erga Deum & populum professus, Deum precatur ut pergat regnum ipsius tuеri, in quo Deo servire & populum justè gubernare possit.

TE nos carminibus, rex bone, patriis
Dicemus meritó: te celebrabimus
Præsentem miseris: & memorabimus
Facta illustria posteris.
2 Quum plenis venient tempora sæculis,
Cogam, inquit Dominus, concilium meum:
Justis suppliciis prosequar impios,
Justis muneribus pios. 3 Fun-

NOs te, rector bone, cantibus moris & sermonis patrii meritò collaudabimus, teque afflictis citò & maturè opitulari in multitudine magna canemus. hominumque futurorum proli tesè te præclarè gestas deinceps recitabimus. 2 Quum dies definita aderit, justo tempore peracto, conventum meum, inquit Deus, celebrabo, malos jure puniam, bonos autem meritò remunerbor.

3 Quamvis

3 Fundamenta soli dissiliant licet,
Torbetur trepidis gens hominum minis,
Fundamenta soli fluxa adamantinis
Nectam rursum ego vinculis.
4 O stultos: quoties admonui modum
Vesanæ ut facerent nequitiæ suæ!
In cœlum quoties adomonui impios
Ne stulte arma capesserent!
5 Quid cœlum stolida voce lacessitis?
Qua spe sic furitis? spiritus arrogans
Cujus præsidio frætus in æthera
Cristas erigit impias?
6 Eois coeat viribus occidens,
Conjurent calidæ cum boreâ plagæ,
Frustra divitias, sceptra, potentiam
Cuiquam conciliaverint.
7 Unus rex hominum, res hominum suo
Versans arbitrio. præcipitem trahit
Illum de solio, plebis ab infimæ

Hunc

3 Quamvis dissolutis omnibus terræ vinculis solidissimæ ejus partes quasi findantur, hominesque formidolosis periculi instantis signis animo commoveantur: ego tamen solidas terræ partes disruptas vinculis firmissimis rursus devinciam, regnique mei fulcra denuò stabiliam. 4 O quàm sæpe prædixi insipidis insanæ malitiæ suæ finem imponerent! O quoties malis prædicavi, ne inconsultè adversus Deum bellum susciperent! 5 Cur Deum oratione stulta provocatis? quo freti sic insanitis? quo auxilio confidens animus & insolens superbas cogitationes adversus cœlum tollit? 6 Regio vespertina cum copiis Orientalibus sese conjungat, regiones quoque meridionales cum septentrione conspirent; incassum opes, regna, vires cuivis adjicere volent, aut poterunt ut eum pro arbitrio in altiorem dignitatis gradum evehant. 7 Deus enim is solus est, qui voluntate sua res humanas mutans, pro jure & authoritate sua alium celeriter pessundatum de sede re-

Hunc fæce ad ſolium erigit.
8 Nam cratera meri purpurei Deus
Jam dextrâ tenet. & vindice pharmaco
Undantem pateram temperat, & malis
Juſtum ſupplicium parat.
Illinc impietas undique ab ultimis
Terrarum ſpatiis hauriet. & mero
Conſumpto, cupido gutture turbida
De fæce exitium bibet.
9 At me vate. Dei, quem genus Iſaci
Et thure & precibus placat & hoſtiis,
Omnis poſteritas munificentiam
Et vim numinis audiet.
10 Confringam tumidæ tela ſuperbiæ
Formidata bonis: cladibus obruta
Emerget pietas, & ſuper æthera
Tollet conſpicuum caput.

Genad gia detrahit, alium verò è contemptiſſima populi tenuis parte, desegnum attollit. 8 *Itaque non mihi, ſed ipſi Deo reſiſtitu*, quii circo jam poculum vini rubentis in manu habet, ſcyphumque plenum medicinâ ſcelerum ultrice miſcet, pœnaſque malis meritas apparat. Impii omnes ab extremis orbis terræ finibus excitiex poculo illo bibent, vinoque epoto de non liquido vini ſedimento perniciem ſibi cupidè trahent. 9 At me divino & præconone omnes gentes futuræ liberalitatem & formidinem Dei illius intelligent, quem Hebræi ſacrificiis. oratione, & victimis propitiant. 10 Arma ſuperborum bonis formidoloſa, inquit Deus, comminuam, piique ab impiis vexati ſeſe attollent, ſeque viſu gratos & honoribus auctos ſuper cœlum exerent.

PSAL. LXXVI. CAR. GEN:3

Pſaltes Deum celebrans de præſentia ipſius & magnifico opere adverſus Aſſyrios, potentiam iræ ejus oſtendit, omneſque ad Deum colendum hortatur.

Natl-

GEntes profanæ numinis loco colunt
Sibi quisque quem finxit deum:
Judæa verum novit & colit Deum,
Laudatque festis cantibus:
2 Deum Sionis incolam, Solymæ sacris
Cui templa fumant ignibus
3 Illic minaces fregit arcus, lucida
Fregit sagittæ spicula.
Clypea siniſtris rapuit, enses dexteris;
Funesta bella sustulit.
4 Tu præpotentes fortior tyrannidas
Virtute frangis: tu feram
Compescuisti fortium superbiam
Regum, potenti dexterâ.
5 Fracta minacis spiritus ferociâ,
Prædæ fuêre: aut ferreo
Somno gravati condidêre lumina:
Obtorpuêre dexteræ
6 Fortes virorum; vis equorum, & curruum
Elanguerunt impetus.

7 Tuum

NAtiones legis divinæ ignaræ venerantur instar veri dei, deum quem sibi quisque commentus est: Iudæa autem Deum verum, non commentitium cognoscit, & veneratur, eumque cantionibus festo die cani solitis prædicat; 2 Qui in Sione sedem elegit, cuius ædes sacræ Hierosolymæ fumos evolvunt, ignibus in usum sacrorum factis. Illic hostium populi sui arcus vulnera intentantes comminuit. 3 Illic eorum nitidas sagittæ cuspides dirupit, scuta & gladios manibus eripuit, bellaque mortifera abstulit. 4 Tu Jehova robustior viribus tuis tyrannos admodum potentes infirmas, tu manu valida inhumanam regum potentium insolentiam cohibuisti. 5 Reges, arrogantiâ animi superbi debilitata, ad rapinam expositi sunt. aut oculos morte torpentes clauserunt, 6 Fortitudo militum valdè infirmata est, equorum violentia debilitata, cursusque quadrigarum vehementes tardati sunt.

7 Tuum verendum nomen & numen, tuæ
Quando æstus iræ incanduit,
Qu s obviàm ausit ire? quis miserum caput
Tuo furori objecerit?
8, 9 Quum Templa mundi fulminum quateret fragor
Ut impia tyrannide
Pœnis repressâ supplicem modestiam
E servitute abduceres,
Attonita tellus siluit: imbellis pavor
Mentes superbas perculit.
10 Ultricis iræ scelera pœnis obruta
Humana gens quum cerneret,
Boni efferebant laudibus te, conscius
Premebat horror impios.
11 Vota ergo Domino nuncupate & reddite;
Domino verendo munera
Ferte universi civitatis incolæ
Sanctæ, Deumque agnocite,
12 Reges superbi quem pavent, qui spiritus
Feros retundit impiis. Te

7 Itaque tu vere terribilis & verendus es, tuaque divinitas formidabilis & reverentiâ digna; cùm autem vehementia iræ tuæ accensa est, quis non formidet ei occurrere? quis nisi amens sese iracundiæ tuæ miserum obtulerit, *tuumve irati conspectum ferre possit?* 8, 9. Quum sonus fulminis tui cœlum (*ubi te regnare ostendis,*) commoveret, ut regum impiorum violentiâ suppliciis cohibita, humiles & moderatos è servitio liberares, terrarum incolæ stupefacti conticuerunt; metus autem bello ineptus animos hostium elatos percussit. 10 Ubi verò homines viderunt tuis irati ultoris suppliciis maleficia oppressa fuisse, boni encomia tua prædicabant, metus autem malæ conscientiæ pravos conturbabat. 11 Vos ergo qui admirabili robore Jehovæ servati estis, Domino vestro munera vovete, & date, omnesque habitatores Hierosolymæ Deo vestro impiis terribili & metuendo, dona simul apportate, Deumque cognoscite. 12 Quem reges elati metuunt, quique malorum omnium animos insolentes, *piorum causa,* pœnis debilitat. Te

Asaphi Ecclesiam ostendit quomodo in extremis difficultatibus imploret Dei opem; certamen carnis exponit in dubium vocantis benignitatem Dei; & victoriam spiritus adversus carnem, seipsum à natura, promissionibus, & operibus Dei confirmantis.

TE voce semper, te prece supplice,
Rerum, invocabo, conditor, optime
Nam lenis ac placatus aurem
Das facilem miseris querelis.
2 Ad te refugi quum permerer malis;
Ad te retendi solicitus manus
Sub nocte sola, donec atras
Lux tenebras rediens fugaret,
Mens inquieris fracta doloribus,
Surda abnuebat aure fidelium
Voce amicorum, medelæ
3 Iupatiens: animusque solus
Intentus in te, cum lachrymis preces
Miscens fremebat: pectora flebili
Concussa singultu sonabant,
Cura animi cruciabat artus:
4 Æstus vetabat solicitudinum
Dulcem soporem carpere lumina; segnis

TE fabricator mundi, in auxilium meum carmine & oratione humili semper inclamabo, clemens enim & facilis miserorum querimonias libenter audis. 2 Ad te recurri cum calamitatibus affligerer, curisque exercitus sub nocte tacita & intempesta manus ad te protendi, donec dies reversus noctis obscuritatem pelleret: animus meus tristitiâ quietem negante, debilitatus, amicorum non fictorum consolationes, quasi eas non audirem, repudiabat, omnem medicinam recusans. 3 Teque solum respicens, & orationem cum fletu conjungens, ingemiscebat: pectus gemitu interrupto labefactatum, & commotum, sonitu dolorem testabatur, animique solicitudo corpus torquebat. 4 Curarum vehementia oculos somnum jucundum capere non permittebat, languor iners membra constricta tenebat, tristitiaque orationis exitum claudebat

5 Tum

Segnis ligabat membra torpor,
Vocis iter dolor obstruebat:
5 Tum mente versâ volvere sæcula
Cœpi anteacti temporis. ac Dei
Numen bonis præsens, nec unquam
Auxilii miseris avarum.
6 Laudum subibat quas tibi carmine
Lyræ canebam suaviloquæ ad modos:
Secumque vestigabat ægra
Mens vario labefacta motu:
7 Num me relicto in perpetuum Deus
Opis benignam jâm retrahit manum?
8 nec amplius suum tenebit
Larga Dei bonitas tenorem?
Nec ore vatum leniet anxias
9 Curas suorum? nec miseris erit
Placabilis? nec sistet iræ
Præcipitem bonitate cursum?
10 Tandem remisso pectore, Quo dolor

Impellis

5 Tum ego cogitationem aliò vertens, occœpi spatia temporis superioris reminisci, cogitareque Dei potentiam ad auxilium bonis ferendum paratam esse, afflictisque semper opis liberalem fuisse. 6 In memoriam etiam redibam prædicationum earum, quas cantione ad lyræ jucundæ modulationem, tibi concinebam, mensque turbata, & in varias cogitationes jactata quærebat. 7 An Deus, me rejecto, manum subsidii liberalem in sempiternum retrahit? 8 Nec clementia Dei munifica cursum solitum in posterum servabit? 9 Nec molestas populi sui solicitudines vaticinis mitigabit? nec afflictis exorabilis erit? & tanquam hostis nunquam reconciliandus, celerem iræ sævitiam clementiâ non cohibebit?

10 Tan-

impellis? inquam: ſtant adamantinis
Decreta cœli fixa vinculis,
Nec dubio labefacta caſu,
Nec fracta vi, nec temporis invidi
Oblivioſi obnoxia dentibus.
11 Rurſus tuæ mentem ſubibant,
Sancte parens, monimenta dextræ;
Qui templa picti ſideribus poli,
Frugumque campos germine fertiles,
Et ſæcla tot noſtris ad uſus
Condideris pecudum & ferarum.
12 Quam ſæpe, pœnis dum premis improbos
Tuoque fulcis præſidio probos
Mortalibus clementiæque &
Juſtitiæ ſpecimen dediſti,
13 Æterne rerum conditor! omnia
Conſulta cujus factaque ſanctitas
Illuſtrat: haud quidquam tibi ingens
Orbis habet ſimile aut ſecundum.

14 Mirante

Tandem tamen animo quieto dixi, Quò me triſtitia præcipitas? voluntas dei vinculis inſolubilibus ſtabilita eſt, nec fortunâ incerta commota, nec violentiâ ulla debilitata, nec ſubjecta violentiæ malevolæ temporis omnia abſumentis, & cuncta in oblivionem trahentis. 11 *Quo autem fiduciam proſtratam erigerem*, pignora etiam roboris tui immenſi, ſancte pater, denuò in memoriam redibant, qui cœli auguſti & ſtellis variati habitationem; qui agros frumentorum fœcundos, totque ſucceſſiones animalium manſuetorum & indomitorum ad utilitatem noſtram creaveris. 12 Quàm frequenter quoque bonitatis & æquitatis tuæ exemplum oſtendiſti, perpetue rerum author, dum malos ſuppliciis compeſcis, proſque auxilio tuo ſublevas! 13 Cujus auguſta reverentiæ conſilia factaque omnia conſpicua facit: mundus hic tam latè patens non habet quicquam tibi aut æquale, aut quod ad te propè accedat, *quantumcunque deos ſibi commentitos gentes profanæ oſtentent*

14 Tu

14 Mirante mundo tu Deus unice
15 Miræ dedisti signa potentiæ,
Ergastulis quum liberasti
Abramidas Pharii Tyranni.
16 Vidêre fluctus te tumidi, Deus
Vidêre fluctus, & trepido gradu
Fugêre. turbavit profundas
Horror aquæ vitreæ lacunas.
17 Fudêre aquosas imperio tuo
Nubes procellas de gravido sinu,
Sonore rauco: grandinisque
Infremuit lapidosus imber.
18 Cœli tonantis vastificus flagor
Implebat aures: lumina fulgurum
Terrebat ardor, & pavore
Attonitæ tremuere terræ.
19 Sali rubentis pervia vastitas
Ductore te tot millibus obruit 20 Vestigia

14 Tu certè singularis & sine exemplo Deus, omnibus nationibus stupentibus argumenta magnitudinis tuæ admirandæ ostendisti: 15 Quum populum tuum, Jacobi videlicet & Josephi posteros, ex abrahamo oriundos, servitio Pharaonis regis, Ægypti impotentissimi exemisti: 16 Vidit, vidit te. Jehova, præsentem mare procellosum, & trepidè refugit, præsentiæque tuæ metus & sensus infima aquæ limpidæ receptacula exterruit. 17 Nubes, te jubente, tempestates pluvias de laxitate sua, aquarum plena cum rauco tonitrus sono demiserunt, & grando instar lapidum cadens ingentem sonum dedit. 18 Sonitus insuper immanis omnia vastare minatus, cœli tonitrua moventis auditum mortalium terrebat coruscatio flammarum cœlo splendentium metum oculis omnium incutiebat, terrarumque incolæ stupefacti timore trepidabant. 19 Ingens etiam maris rubri spatium, duce te, tanto populi tui copiis per illud gradientibus patefactum, itineris illius signa delevit.

20 Aquis-

20 Vestigia, & fluctu refuso
Clausit iter Phariis quadrigis.
Moses & Aaron (ceu pecudum greges
Pastor reducit) præsidio tuo
Duxêre tranquillas per undas,
Incolumes populi catervas.

20 Aquisque reversis curribus Ægyptiis viam obstruxit, Moses autem & Aaron (ceu gregis ovilli custos pecudum mulritudinem domum ducit) copiis populi tui salvis per aquas quietas incedentibus, ope tua iter præivere, *quorum ductu populum in hanc terram transtulisti*: *Cur itaque ego animum desponderem, quasi tu vel nolis, vel non possis me respicere?*

PSAL. LXXVIII. CAR: GEN: 1

Psaltes Jehudæos revocat ad cognoscendum & prædicandum Deum: proponit documenta verbi, & operum quæ perficit Deus inde ab exitu ex Ægypto. Hinc paterna beneficia & flagella Dei erga populum suum, indicium in adversarios grave, præsertim contumaces Israelitas, exponit pios confirmans de æternitate sacerdotii & regni in tribus Jehudæ.

AVidite Isacidæ, & rerum pietate parentem
qui colitis purâ, huc animos avertite vestros:
2 Mira canam, sed vera canam: quæ longa vetustas
Occulit arcanis oracula mersa tenebris
3 Evolvam: priscis accepta parentibus olim
4 Veriloquis dictis, in sæcula sera nepotum
Transmittam, laudesque Dei, mirandaque facta
Cognita de proavis discent me vate minores.
5 Namque parens mundi, sancto quum fœdere gentem

A Nimadverte Hebræi ab Isaaco oriundi, & qui Deum omnium authorem religione sincera veneramini, animos adhibete. 2 Miranda, sed certa illa quidem præcepta divina carmine explicabo, quæ tenebris occultis obruta longum temporis spatium huc usque abscondit. 3 Oracula Dei à majoribus sermone non ficto jamdudum tradita & audita. 4 Ad posteritatem transfire faciam, posteriq; *quibus me quoquè consulere æquum est*, me denunciante, Dei magnificentiam ejusque miracula à majoribus nostri rationem habentibus

ungeret Isacidûm sibi, patres prodêre natis
Per seriem, & seris venientia sæcula sæclis;
Et legum monitus & facta ingentia jussit.
6 Scilicet ut memori benefacta priora tenentes
Pectore, consilium vitæ auxiliumque regendæ
A Domino expectent, trepido turbante tumultu.
Ne tam cæca animos condant oblivia, legum
Irrita ventosis ut dent præscripta procellis,
7 8 Neu similes patrum, malè gratâ mente rebelles,
Deficiant animi instabiles. dubioque labantes
6 Pectore. Cur soboles Efræmi docta sagittis
Figere vel jaculo quamvis distantia certo,
Terga dedit pene ante tubas? latebrisque salutem
(O pudor!) abjectis quæsivit turpiter armis?
10 11 12 Nempe quod aversos flexêre per avia gressus.
Obliti legum & monitorum & fœderis icti;
Obliti tantorum operum quæ testibus olim
Patribus, in pharîis Dominus patraverat oris,

auditione accepta intelligent. 5 Nam Deus rerum omnium creator, cum Hebræos sibi pacto inviolabili alligaret, præcepit, ut majores liberis suis per ordinem, posterique posteris leges, admonitionesque suas, & opera mirabilia enarrarent. 6 Sanè ut beneficia antiqua memoriâ tenentes in periculis terrorem inferentibus, admonitionem à Deo, & opem ad vitam tuendam præstolentur; ne ignorantia tam crassa eorum mentes obruat, ut præceptiones legum ceu vanas ventis tradant. 7, 8 Neve more majorum ingrati, Domino repugnantes, incertique, & mente infirma titubantes, timore debilitentur. 9 Cur tribus Ephraimi perita sagittis vel jaculo, non fallente ictu quantumvis longinquo ferire, priùs fugit, quam propemodum bellicum tuba caneret? armisque fœdè projectis, sese locis occultis defendit? 10, 11, 12, Nempe quia ipsi à Deo aversi per solitudines incultas abierunt, sanctiones & admonitiones, pactaque cum Domino facta oblivione obruentes, operumque; præclarorum, quæ deus in Ægypto ante oculos majorum nostrorum peregerat, memoriam obliterârunt. 13, 14

15 4 Quum mare divisit sese cumulante profundo,
Inter & aggestos undæ stagnantis acervos.
Incolumem eduxit populum, duce nube, serenâ
Luce, per obscuras flamma præeunte tenebras.
15 16 Flumina de solidi patefecit vulnere saxi,
Damnatisque siti rivos donavit arenis?
17 18 Nec satiati undis linguas tenuêre procaces
Ausi immane scelus, deserta per avia rursus
Tentavêre Deum, & ventris stimulante voracis
19 20 Ingluvie, petiêre cibos. ac talibus ora
Solverunt: Silicis duræ qui flumina venis
Elicuit, subitoque sitim torrente levavit,
Non potis est panem, non lautæ fercula mensæ
Addere? non epulis convivia larga profusis:
21 Audiit omnipotens, calidaque accensus ab ira est,
In Iudamque hausit flammato corde furorem. 22 Et

13 14 Quum mare rubrum in partes duas diffidit, aquâ maris in cumulum instar montis crescente, & ex Ægypto Hebræum populum salvum eduxit inter collectos cumulos aquæ stantis, ac hinc inde in aggeris modum coacervatæ, nube viam illi ostendente, eumque de die ducente igni verò præcedente, iterque per noctem monstrante. 15 16 De fissura rupis viam aquis aperuit, *quas populo potandas præbuit*, aquam quoque fluentem terræ siccæ dederat, quæ ejus penuriam prius tanquam pœnam ei impositam acceperat. 17 18 Nec aquis saturati linguis petulantes cohibuerunt: non enim veriti sunt in se grande nefas admittere; per loca vasta & inculta Deum ad iram denuò provocavêre. gulaque ventris inexplebilis eos impellente, victum, quem ederent, postulârunt. 19 20 Atque hoc pacto sunt locuti. Qui aquam abundantem de fissuris saxi duri extraxit, aquisque repentè prolatis bibendi aviditatem abstulit: nonne potest panem, nonne potest etiam obsonia convivii nitidi & sumptuosi adjicere, epulasque abundantes victu copioso insuper dare? 21 Hanc Deus orationem eorum intellexit, & ab ira calorem excitante inflammatus est, adversusque Judæos animo iracundiâ incenso subitam indignati-

22 Et populo tamen ingrato, totiesque salutis
Immemori acceptæ, victum dedit esse petitum.
Castra super late ætherei patefecit olympi
24 Horrea, dein gravidas cœlesti semine nubes
Ambrosiæ largos super agmina solvit in imbres:
25 Cœlestisque cibi indulsit mortalibus usum.
26, 27, Cedere tum jusso campis ex aëris Euro,
Mox tepidis volucrum pluvias Notus attulit alis
Non secus ac siccæ cumulos quum verrit arenæ,
Pulvereamque trahit deserta per arida pallam
28 Castra super, tensisque super tentoria velis,
Alituum tremulis resonabant agmina pennis,
Et circum affusis cumulabant stragibus agros:
29, 30 Jamque epulis exempta fames: sed prava libido
31 Faucibus hærebant epulæ: Deus ecce repente
Ultor adest: latè subitò grassante ruinâ

Ro-

onem concepit. 22 Et populo tamen beneficia priora non agnoscenti, vitæque & incolumitatis tamen sæpe receptæ oblito tribuit cibis postulatis vesci.

23 Granaria cœli super Hebræorum tentoria aperuit. 24 Nubesque plenas Mannâ, frugibus è cœlo datis, in copiosam pluviam victus cœlestis dirupit. 25. Hominibusque concessit, ut pane divinitus dato uterentur. 26. 27. Tum vento orientali imperato ex aëre discedere, Auster repente imbres coturnicum aura calida apportavit, non aliter quam cum aridæ arenæ cumulos radit, vestemque pulvere plenam per solitudines arenosas trahit. 28. Superque Hebræorum exercitus, & papiliones, linteis funibus extensis, avium multitudo alis tremulis cadebat, regionesque circa castra cumulis & copiosâ strage sua operiebat. 29, 30. Jamque edendi aviditas cibo ablata erat, sed tamen cupiditas mala nondum sublata fuerat, sed cum epulæ vehementer postulatæ adhuc in ore versabantur. 31. Ecce Deus eorum contumaciæ vindex subito advenit, robustissimus quisque juvenum electorum ubique prostratus est, exitio repente diffuso castra vastante. 32 Sed

Robora selectæ passim cecidere juventæ?
33 Sed neque tot pœnæ, neque tot benefacta rebelles
Continuere animos, nec tot miracula, rerum
35 Naturâ monstrante Deum Pater ergo procaces
Casibus assiduis fregitque & robore fracto,
Ante diem tremulæ succidet fila senectæ.
34, 35 Vix tandem morbis vexati, erroribus acti,
Omnibus exhausti prope cladibus, omnium egeni,
36, 37 Agnovere Deum: per tot discrimina tecti
Ereptique malis, sævoque ex hoste recepti,
Verba tamen blandis fundebant subdola linguis
Ore pii, mendace animo: neque fœderis icti
38 Servavere fidem. Verum clementior ille
Sontibus ignovit: patriâ pietate remisit
Offensas, meritamque ultro compescuit iram:
39 Quippe homines memor esse animi modo flabra fugacis
Quæ fragiles agitent morituri corporis artus. 40 O

tus est, exitio repentè diffusè castra vastante. 32 Sed neque tot supplica, nec tot beneficia, neque tot facta admirabilia, universis elementis Deum ostendentibus, animos eorum Deo reluctantes compressere. 33 Ergo pater contumaces variis calumitatis assiduè debilitavit, & viribus imminutis cursum vitæ naturæ hominum concessum ad vivendum, ante tempus interrupit. 34 35 Longoque post tempore adversâ valetudine exerciti, & huc illuc longis itineribus dispersi omniqne malorum genere propemodum deleti, rerumque omnium egentes, ægrè Dei potentiam cognovêre. 36 37 In tot periculis defensi, à tot malis liberati, & ex inimico crudeli erepti, adulantes tamen verba falsitatis plena loquebantur, sermone quidem boni, mente verò non sincera sed fallaci, neque promissis solennibus steterunt. 38 At Deus tamen indulgens & lenis pater, peccantibus veniam dedit, charitate paterna culpas condonavit, & iracundiam justam sponte inhibens, eam in eos non effudit. 39 Utqui meminisset homines solum esse flatum spiritus evanescentis, qui quidem membra corporis letho obnoxii debilia moveat.

40 O

40 O quoties inter viduas cultoris arenas,
Inter saxa siti squalentia, numinis iram
Languentem insanis irritavere querelis!
41 Et sua divinas dimensi ad robora vires,
Virtutem brevibus voluere includere metis,
Quæ mare, quæ terras, quæ cœli continet orbes!
42 Scilicet obliti benefacta priora, salutem
Acceptam, & duri nuper juga dempta tyranni,
43, 44 Et quæ per Pharias miracula plurima gentes
Edidit, in vitreos suffuso sanguine rivos
Damnatisque siti laticum sine munere mensis.
45 Et modo pestiferæ per celsa palatia muscæ
Spicula figebant liventi tincta veneno:
Et modò flumineis squalebant atrio ranis,
46 Et nunc bruchus edax hominumq, bouumque labores
Agmine nunc denso diræ exêdere locustæ.
47 Grandinis inde hortos lapidosa grandine vites,
Grandine silvarum Dominus decussit honorem

40 O quam sæpe ad pristinos mores reversi, iram Dei jam lenem querimoniis impiis in solitudine arida & inculta provocaverunt, inter rupes ob aquæ penuriam situ obductas? 41 Deique potentiam viribus suis metientes, voluerunt exiguis terminis vim illam circumscribere, quæ mare, terram & cælum ab interitu conservat. 42 Certè fuêre immemores beneficiorum pristinorum, incolumitatis acceptæ, & servitutem Pharaonis regis crudelis ejus potentiâ illis ademptam fuisse. 43 44 Et prodigiorum etiam immemores fuêre, quæ Deus plurima in variis gentibus facerat, & *in Ægypto præsertim spectanda dedit*; sanguine nimirum in fluvios limpidos vi arcana quasi infuso, conviviisque inopia potus & aquæ penuria sic punitis. 45 Modò etiam insecta mortifera aculeis toxico aspersis, per omnes domos, perque regiam, obvia quæque vulnerabant, & modò domus quœque ranis è flumine prodeuntibus horrebant. 46 Et nunc vermiculus vorax frumenta consumpsit, nunc locustæ ingenti numero fruges devorarunt. 47 Dominus pluvia grandinis viridaria consita, vineas, decusque arborum sylvestrium fregit.

48 Grandine proſtrati fortes jacuêre juvenci:
Et legetum gravidos ruit igneus imber in agros,
49 Ira Dei, laxiſque furor bacchatus habenis,
Eumenidumque faces, & conſcius horror oberrans
Pectora turbabat ſtimulis præcordia cæcis.
50 Tum letho patefacta via eſt: mors ſæva per omne
Paſſim hominum pecudumque caput nulli æqua cucurrit.
51 Primitias ſobolis, cariſſima pignora, florem
Roboris, & ſeræ ſpem præſidiumque ſenectæ
Proſtravit, quâ nilus aquâ ſe divite volvit,
Et ſeptem geminis refluum mare ſubmovet undis.
52 53 Interea, ceu paſtor oves in paſcua ducit,
Ipſe ſuum Dominus populum deduxit, ab omni
Viprocûl & trepida formidine: fluctibus æquor
Obruit inſeſtos in ſe redeuntibus hoſtes.
54 55 At ſancti tenuêre patres loca ſancta, Deique
Parta manu, excluſit gentes prius unde profanas, Aut

48 Boves & tauri, robuſti grandine ſunt occiſi, pluviaque ſimilis igni in arva culta ſtumenti plena defluxit. 49 *Indignatio* Dei, vehemenſque ejus iracundia ſæviens, & ſpirituum impurorum tetror ſtimuluſque conſcientiæ animum verſans, pœnâ occul, tâ mentes eorum agitabat. 50 Tunc aditus morti apertus eſt, mors crudelis ubique per omnes homines, perque pecora, nulli favens aut parcens, vagata eſt. 51 Occidit etiam primos partus liberos ſcilicet horum maxime dilectos, præcipuum robur, & auxilium ſenibus ſperatum per regiones, per quas Nilus aquâ opulento agros fœcundante, ſeſe volvit. & mare reciprocans ſeptem oſtiis repellit, *ſic ut in Chami tabernaculo nullum familiæ columen ſuperſurrit.* 52, 53 Interea Dominus ex Ægypti caulis Hebræos ſibi electos eduxit ab omni violentia & periculi timore liberatos, non abſimilis paſtori ovium gregi ad pabula præeunti, mare autem hoſtes eis inſtantes, aquis in locum ſuum reverſis, cooperuit. 54 56 At majores noſtri, quos violare nefas erat, terras hasipſis ſepoſitas, potentiâ acquiſitas & ſibi conſecratas, adierunt, è quibus prius gentes pravæ religionis expulit, aut eas bello ſupera-

tas

Aut proſtravit humi victas: & jugera menſus
56 Abramidis habitare dedit. Nec ſegniùs illi
Irritare Deum, & rerum tentare parentem.
5 Fœdera negligere: & patrum de more rebelles,
Avertère ſuos recto de tramite greſſus.
Non ſecus ac arcus curvat ſe in cornua nervo
Adducta, dextraque iterum nervoque remiſſo
In faciem ſubito flectit ſe ſponté priorem:
58 Libera ſic iterum gens impia vindice pœnâ
Ad ſeſe rediit: cunctiſque in collibus aras
Erexit, finxitque ſibi ſimulachra deorum,
Ac dominum rerum meritas accendit in iras.
59 Audiit omnipotens pater impia vota preceſque,
60 Et ſibi dilectam gentem contempſit: & aras
Ipſe ſuas, ac Silonis tentoria liquit,
Sola ſibi é cunctis electa habitacula terris.
61 Deſeruitque ſui monumentum fœderis arcam
Hoſtibus in prædam, monumentum roboris, unde
tas occîdit ealque regiones ſortitione partitus, Hebræis habitandas dedit. 56 Illi verò *peccatum peccato cumulantes*, nihilominus Deum laceſſebant, rerumque creatorem tentebant. 57 Pacta ejus contempſerunt, & adinſtar majorum Deo repugnantes, eorumque perfidiam imitati, iter ſuum de via recta in partem ſcopo contrariam detorſerunt, non aliter ac arcus, qui chordâ attracta ſeſe in cornuum ſimilitudinem flectit, dextrâque rurſum ſe remittente, nervoque è contentione laxato, ſeſe in formam priorem mutat: 58 Sic gens prava à ſupliciis peccata vindicantibus denuò liberata, ad moresſuos reverſaeſt, & in omni tumulo altaria ſtatuit, ſibique deorum ſtatuas factas ibidem collocavit, Deumque juſta indignatione inflammavit. 59 Dominus petitionespravas; eorumque orationes animadvertit: 60 Gentemque prius amatam ſprevit, araſque ſibi ædificatas; & tabernaculum, quod in Silone erat, ultrò deſeruit, locum habitationis ſuæ inter homines ſolum è toto orbe ſibi ſelectum. 61 Hoſtibus etiam in ſpolium reliquit arcam, præſentiæ ſuæ pignus, pactaque & fortitudinis ipſius

Clara Dei in cunctas splendebat gloria terras.
61 63 64 Hos ferro, terræ iratus sibi nuper amatæ,
Objecit, flammis alios, cecidere cruento
Inde sacerdotes: non connubialia festis
Carmina sunt cantata toris, carique mariti
Indeploratis vidnæ jacuere sepulchris.
65, 66 Ast ubi jam pœnis meritam satiaverat iram,
Ceu crapula excussa miles, lentoque sopore
Excitus, arma iterum fugientes vertit in hostes:
Tergaque vulneribus figens imbellia cæcis,
Perpetuam aspersit ventura in sæcula labem.
67 Non tamen Ephræmum præstantem fortibus armis
Elegit, cui sceptra Daret, non ille Manassæ
68 69 Pignora: sed Judam, sed celsa tecta Sionis,
Templa sibi & solido fundato sacraria saxo,
Cum polo & stellis mansuram in sæcula sedem.
70 71 Quique sequebatur pecudes in pascua David,

sius argumentum: unde honos Dei per orbem universum illustris erit. 62, 63, 64 *ex populo autem abdicato* alios gladio necandos obtulit, adversus regionem prius dilectam commotus; alios verò ignibus cremandos exhibuit, sacrificii gladio sanguinario cæsi sunt epithalamia nuptiis virginum celebribus more dierum festorum non decantabantur: mulieres orbæ maritis, conjugum morte nondum conclamata, diem supremum obierunt. 65 66 Sedpostquã Deus supplicijs justam iracundiam expleverat, ceu miles ebrietate solutã, & somno pigros faciente expergefacto, hostes susos bello persecutus est, plagisque pudendis à nemine visis hostium timidorum dorsa vulnerans, maculam eis æternam in omnem posteritatem insixit. 67 Non tamen ex aliis tribubus tribum Ephraimi bellicosam, *quam prius cæteris* antepositam, nec Manassæ tribum selegit unde regem populo suo constitueret, ut sic clemeniam *aliqua severitate temperavit*. 68 69 Sed tribum Judæ: & Hierosolymam locũ ubi coleretur, eidem sacram, firmis lapidibus instar arcis munitissimæ, constitutam habitationem in perpetuum cum cœlo duraturam sibi delegit. 70 71 Denique Davidem, qui pastor ovium erat, è stabulis pastoralibus

Sustulit é caulis, caram & sibi pascere gentem,
Impositum solio & sanctæ jus ducere terræ
72 Jussit: & ille gregem studio curaque fideli.
Rexit, & infestis defendit ab hostibus armis.

storalibus petitum extulit, eumque jussit populum sibi dilectum regere, & in solio sedentem terram castam administrare. 72 David autem populum Dei sibi commendatum & creditum, voluntatem & diligentiâ benevola gubernavit, eumque armis *ad dimicandum paratis* ab inimicis tutatus est.

PSAL. LXXIX. CAR. GEN. 13

Psaltes enarrat mala, quæ populus Dei ab Antiocho perpessus est: imprecatur justam vindictam. Deum pro remissione peccatorum Ecclesiæ, ope & liberatione solicitat, ad gloriam ipsius, confusionem impiorum, & fidelium bonum.

HÆreditatem, rector orbis, cur tuam
Invadit hostis impius?
Ritu profano polluit sacraria
Tuo dicata nomini,
Soloque stratam funditus solymam suæ
Tegit ruinæ molibus
2 Truncata ferro membra te colentium
Passim per agros objacent,
Lanianda rostris vulturum, crudelibus
Aut belluarum dentibus.
3 Rivi cruoris perluunt vias, velut
Torrens adauctus imbribus.
Nec usquam amicus ossa sparsa qui legat,

CUr inimicus (rerum gubernator) à religione tua alienus patrimonium tuum perditum venit? ædem honori tuo consecratam, ceremoniis externis contaminat, Hierosolymam omninò eversam magnis domorum dirutarum cumulis operit. 2. Corpora te venerantium armis nostrum lacerata, rostrisque avium carnivorarum, aut à feris atrocibus discerpenda ubique in campis projecta jacent. 3. Fluvii sanguinis per vias decurrunt, tanquam rivus rapidus ubi aqua pluviali crevit, nec usquam est nullus nostri

amici

Aut lecta tumulis obruat.
4 Functique fato pariter & superstites
Ludibrio accolis sumus.
5 Parens benigne, quem modum tandem tuæ
Speremus iracundiæ?
An continenter instar ignis omnia
Vorantis in nos sæviet?
6 Tui furoris verte potius impetum
In impiarum gentium
Tot regna, nomen quæ tuum vel nesciunt,
Vel si sciant. non invocant:
7 Semen piorum quæ laborant perdere
Armis, & urbes ignibus.
8 Revocando vetera, parce genitor, crimina,
Faces furori subdere.
Sed pené cunctis obrutos malis, tua
Nos præveni clementiâ
Offensionum mitis obliviscere
Nostræ salutis anchora.
9 Placatus adsis, splendor ut cunctis tuæ Clarescat

amans, qui ossa nostra temere per agros disjecta colligat, aut collecta terræ cumulo operiat. 4. Mortuique & vivi ex æquo vicinis irridemur. 5. Quem tandem finem, pater liberalis, tuæ in nos indignationis expectare debemus? tuane adversum nos iracundia tanquam ignis omnia consumens assiduè bacchabitur? 6. Converte potius iræ vehementis cursum & vim in tot nationes gentium Deum non rite colentium, quæ vel te ignorant, vel si cognoscant, non tamen ut tenentur, adorant. 7. Quæque omne bonorum nomen & posteritatem bello abolere, eorumque urbes ignibus incendere nituntur. 8. Noli, pater peccatorum antiquorum memoriam renovando, iracundiam augere, sed nos, ante pœnitentiæ donum omnibus calamitatibus oppressos, gratuita misericordia juva; veterumque delictorum, nostræ incolumitatis spes, lenis ne recorderis. 9. Nobisque exoratus opitulatum veni, ut illustris mag-

 nificentiæ

Clarescat oris gloriæ :
10 Os obstruatur impiis : quærentibus
Num noster hic cesset Deus.
O juste vindex, impios exercitos
Pœnis vicissim cernere
Fac nos, cruore qui piorum sordidi
Nunc insolenter gestiunt.
11 Audi gementes, carcerum qui vinculis
Marcent : potente dexterâ
De fauce mortis libera quos cædibus
Jamjam tyranni destinant.
12 Et quam intulerunt contumeliam tibi
Et quam tuis injuriam,
Multiplicatam redde nostris accolis,
Rerum perennis arbiter.
13 Et nos, ovilis grex tui, quem pabulo
Alis, tueris numine :
Et posterorum posteri laudes tuas
Cunctis canemus sæculis.

Ecclesia

nificentiæ tuæ virtus gentibus omnibus appareat. 10 Malisque os obturetur scisitantibus, an quem nos colimus, Deus ctiosus sit, & humana non curet : fac tandem, ultor æque, ut malos scelerum supliciis vexatos invicem videamus, qui bonorum sanguine obliti, vehementer nunc gaudent. 11 Piosque suspirantes & in compedibus. *quibus male coerceri solent*, squalentes respice, eosque potentia tua à morte propinqua eripe, quos Principes crudeles animo & cogitatione ad necem designant, & constituunt. 12 Quamque tibi injuriam vicini nostri fecêre, eam illis, perpetue mundi judex, multiplicem persolve, damnumque tui cultoribus datum cumulatum repende. 13 Nosque tui famuli, quos victu tuo nutris, potentiâ defendis, soboleque nostra, gloriam magnificentiæ tuæ in perpetuum cantabimus.

Ecclesia in deportatione ab hostibus pressa, Deum solicitat de præstando officio ipsius: perpessiones suas exponit: præterita Dei beneficia comparat cum indignitate malorum præsentium, & liberationem ac salutem a Deo petit, ad gloriam ipsius.

1, 2, 3 HEbræi generis pastor, uti gregem,
Blandé progeniem qui regis Isaci,
Inter qui geminos aligeros tuo
Præscribis populo jura salubria:
Selectæ soboli da bonus ac favens
Lumen posse tuæ cernere gloriæ,
Da vim posse tuæ nosse potentiæ:
Ac fessis properé porrige dexteram.
Tu nos si placido lumine videris,
Cedent continuò cætera prospere
4 O rex armipotens, quem statues modum
Iræ? quando humiles suscipies preces?
5 Irroras lachrymis fercula, lachrymis.
6 Misces continuis pocula, jurgia
Nostris finitimi de spoliis serunt,
Et nostra exagitant ludibrio mala.
7 O rex armipotens, agmina cœlitum
Cui parent, faciem cernere da tuam; Tu

1, 2, 3. O Custos Hebræorum, qui Israelitas posteritatem Isaci instar ovium leniter gubernans, legesque salutiferas, ad arcam fœderis inter duos Cherubinos residens, populo selecto imponis; da benignus & amicus genti tibi peculiari, posse splendorem magnificentiæ tuæ intueri, tuæque potestatis magnitudinem *in nobis servandis* intelligere, malisque exercitis & defatigatis auxilium repente afferto: si nos placatus & faveus respexeris, cætera statim feliciter evenient. 4 Quem tandem finem, Deus exercituum, iracundiæ tuæ pones? quando petitiones demissas auribus tuis libenter admittes? 5 Epulæ nostræ per te fletu perpetuo asperguntur, potionesque nostras fletu copiose assiduè temperas. 6 Vicini de præda nobis erepta, *soloq; nostro inter se partiendo rixantur*, nostrisque per lusum calamitatibus insultant. 7 Deus exercituum

Tu nos si placido lumine videris,
Cedent continuò cætera prospere.
8 Ttaduxti Pharia de scrobe vineam:
Pravarum expuleras semina gentium,
Ut puro sereres puriùs hanc solo.
9 Jam radix teneras fuderat undique
10 Fibras, jam tremulo frigore texerat
Montes, æqua cedris brachia sparserat:
11 Tangebant teretes æquora palmites,
Euphratem teneri germina surculi;
12 Nudatam solitis cur modo sepibus
In prædam hospitibus deseris hanc vagis?
13 Cur hanc sævus aper proterit? alites
Carpunt? omnigenæ depopulant feræ?
14 O rex armipotens, obsecro jam tedi
Tandem, & sidereo prospice de throno:
Placatusque tuam respice vineam, 15 Planta-

ercituum, cui angelorum phalanges obediunt, permitte nos te inrueri; si nos placidè & favens respexeris, cætera statim feliciter evenient. 8 Has enim quasi arbores vitiferas de fossis Ægyptiis transtulisti, nationes autem impias harum priús regionum incolas extruseras, ut solo, illis quasi herbis nocentibus liberato, arbores has cultius plantares. 9 Radix ipsa vineæ filamenta tenuia ab omni parte jam disperserat. 10 Vineaque ipsa montes umbra tremente jam operuerat, remosque suos æquè longos ac cedros proceras diffuderat. 11 Rami oblongi & rotundi sese ad mare usque mediterraneum & mortuum proferebant, ramusculique tenelli se ad Euphratem usque porrigebant. 12 Nunc vero cur hanc vineam munimentis vivæ radicis immunitam peregrinis in rapinam relinquis? 13 Cur porcus sylvestris hanc devastans crudeliter conculcat? Cur aves fructus ejus colligunt? Cur bestiæ omnis generis eam deprædantur? 14 Deus exercituum, ad tuos tandem, quæso, revertere, eosque de tribunali cœlesti intuere, locumque arboribus vini feracibus consitum lenis contemplare;

15 Quem

15 Plantaras propria quam tibi dexteâ,
Hunc saltem placidus respice ramulum,
Qui culta assiduo conciliaveras
Robur; clara tui gloria nominis
Terrarum ut populis nota sit omnium.
16 Illic flamma vorat brachia vitium:
Hic convulsa gemunt: cæsa bipennibus;
Hic duris resonant: omnia pessum eunt.
Iræ justa tuæ nos premit ultio:
17 Indulgens genitor, nunc ope subleva:
Firma præsidio nunc propius tuo
Hunc, vires & opes & decus antea
Affectu patrio cui cumulaveras.
18 Vitam redde tuis, sancte parens, quibus
Semper mors avidis faucibus imminet.
At nos usque ducem te comitabimur,
Præsentem miseris te celebrabimus.
19 O rex armipotens, agmina cœlitum
Cui parent, faciem cernere da tuam.

Tu

15 Quem locum ipse tibi conseveras, inque hunc saltem furculum oculos placatus conjice, cui cultura frequente vires donaveras, ut tua magnificentia gentibus totius orbis planè & perspicuè cognita fit. 16 Ignis enim alibi vitium ramos consumit, alibi rami defracti tanquam gemitum edunt, alibi etiam securibus truncati fragorem dant: omnia sic eversa pereunt; hæc autem merita est indignationis tuæ vindicta, quæ nos insequitur. 17 Pater cœlestis summa nos benevolentia complectens, auxilio tuo jamjam erige, præsensque ope tua ramum hunc stabilito, cui prius robur & honorem amore paterno accensus, abundè dederas. 18 Tuisque, sancte pater, vitæ incolumitatem restitue, quibus mors ere cupido semper impendet; nosque à te nusquam deflectentes, præsidem te assiduè sequemur, paratumque ad opitulandum miseris prædicabimus. 19 Deus exercituum, cui Angelorum phalanges

obedium

Tu nos si placido lumine videris,
Cedent continuo cætera prospere:
obediunt, permitte nos te intueri; si nos placidè & favens respexeris, cætera statim feliciter venient.

PSAL. LXXXI. CAR: GEN: 21

Psalter Israelitas ad liberum Dei cultum exhortans, magnifica eius opera in exitu ex Ægypto proponit, & doctrinam mandatorum & promissionum Legis: post, populum inofficiosæ vitæ reprehendens, ad seriam resipiscentiam perceptionemque beneficiorum Dei revocat.

EXultate Deo nostro, bona dicite verba
Nostræ salutis vindici:
2 Hilarem laudate Deum, pæana canentes
Ad tympani dulces modos.
3 Nec lyra, nec cessent genialia nablia: festis
Tubâ calendis clangite.
Hunc læti celebrate diē, stata sacra ferentes
4 Nam sic statutum est patribus:
Sic lex sancta jubet, sacri sic fœdera pacti
Percussa cum majoribus.
5 Hæc est illa dies ventura in sæcula testis
Memphiticæ tyrannidis:
Quum Pelusiacis Hebræ gens hospes in oris
Erraret & linguæ sonum Atonitæ

LÆtos vos & hilares in Dei nostri gloriam ostendite, vitæque nostræ assertorem & custodem eum bonis ominibus celebrate. 2. Deum Hebræorum laudibus efferte, carmen festum ad suaves tympani numeros cantantes; 3 Nec hic cythara, nec nablia lætæ, sint otiosa; primo die mensis, cum Judeis festus sit, tuba canite; sacrificiaque solennia afferentes, hunc calendarum diem frequentes honorate. 4. Sic enim decretum est à majoribus: sanctio inviolabilis sic præcipit, sic conventiones sanctæ cum antecessoribus nostris pactæ jubent. 5. Hæc est nobilis illa dies conscia crudelitatis Ægyptiacæ ad posterorum aures perferendæ, cùm Hebræi in oris Ægyptiis vagarentur, sonumque sermonis peregrini non intellectum stupefacti acciperent, atq; invicem sermo-

Annita ignotum audiret nec nota vicissim
in verba frustratos solveret:
6 Cumq; humeros curvaret onus servile, ma-
Lassaret olla fictilis (nusque
Incussa manibusq; ollas, humerosq, levavi
Luto, inquit optimus parens;
7 Auxiliumq; tuli poscenti in rebus egenis:
Et nube densa conditus.
Inconsi: Meribam propter, tua jurgia passus,
Feci tui periculum
8 Nunc etiam selecta mihi gens auribus hauri,
Et quæ paciscor accipe:
Sinea dicta vagis non tradas irrita ventis,
9 Nec alterum colas Deum;
Nec prostratus humi supplex nova numina adores,
10 Sed unicum tibi me Deum
Esse velis, Domini qui ruptâ compede Nili,
Juris tui te reddidi:
Posce modo: spe plura feres, potiora petitis,
Majora votis auferes. 11 Hæc

sermonem Ægyptiis non intellectum incassum loquerentur. 6. Quum pondus etiam quod servi ferebamus nos deprimeret, & vas luto factum fatigaret, Deus pater optimus ait, vasa fictilia de manibus ejeci, dorsaque cœno liberavi, 7. Tibiq; in summis angustiis opem petenti, auxilio fui densoque aëre tectus tonitrus movi, indeq; te me inclamantem exaudivi, juxtaque Meribam aquam contentionis in deserto maledictis exagitatus mores tuos expertus sum. 8. Gens autem mihi separata, adhuc me audi, quæque promitto intellige: si sermonem meum ut nullius momenti, aut instabili non committas. 9 Nec alium præter me Deum adores, nec suppliciter in terram procumbens deum ullum novum, peregrinum & adulterinum coles. 10 Meque tibi esse velis solum Deum, qui te è servitutis vinculo liberum feci, fracto ejus tyranni carcere, qui in Ægypto in te dominabatur: Tantum postula, accipies plura quam speraveras, meliora quàm postulas

Hæc neque dicta suas populus demisit in aures,
Bene nec monenti paruit,
12 Ergo ipsos sibi permisi: Frænoque remisso
Solvi vagam libidinem.
13 O potius monita audissent mea! me duce rectum
Utinam instituissent tramitem!
14 15 Namque humiles illis subito fractosq; dedissem
Hostes, meamque dexteram
Vertissem in gentes, quæ recta odêre, prophanas
Et supplices mendacibus
Vultibus Isacidûm ambissent, verbisque favorem
16 Felicium omne in sæculum
Isacidûm, quibus almus ager tudisset abundè
Frugum benignam copiam,
Mellaque de duri fluxissent viscère saxi
Per arva cultus inscia. Regum

plus etiam quàm optes. 11 Sed populus tamen mea, *tam clamorer loquentis & cuncta benignè pollicentis dicta* nec audire voluit, aut recta consulenti obedivit. 12 Eos ergò. *a me derelictos*, in suæ ipsorum potestate posui, & pravitati cordis eorum regendos tradidi, laxisque habenis liberam feci eorum cupiditatem alia atque alia exoptantem. 13 Utinam potiùs mihi obsequuti, consilia mea accepissent! utinam meo ductu viam rectam à me præscriptam secuti fuissent! 14 15 Sic enim hostes *mihi cum illis communes*, repentè submissos fregissem, meamque irati potentiam in nationes veræ religionis ignaras, æquaq; non amantes, vertens contulissem; quæ vultu ficto, & oratione simulata supplicantes, amicitiam Hebræorum magno studio petiissent. 16 Hebræorum inquam perpetuò beatorum quibus ager, unde alimur, ingentem frumentorum vim & abundantiam dedisset, perque solitudines mel de intimis rupium partibus erupisset.

PSAL. LXXXII. CAR. GEN.

Psaltes Deum iudicio præesse docet; Judices improbos reprehendit, & ad officium revocat ab infortunato totius reipublica & ipsorum exitu, justiciaque commendat Deo.

ote

REgum timendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Jove,
Qui judicantium examinabit
Nequitiam trutinâ severa.
Num fraudulentos semper & impios
(Inquit) dolosa lance fovebitis?
Pauperque pupillusque vestrum
Ceu scopulum metuet tribunal?
Quin orbitatem cernitis anxiam?
Aurem querelis quin inopum datis?
Cur pauperes non à superbo
Ludibrio asseritis potentum!
Frustra monemus: lumina cæcitas,
Torque mentes obsidet: ut neque
Compaginem rerum solutam
Justitia pereunte cernant.
Deos vocavi vos, dominos necis
Vitæque feci sceptrifera manu
Pacem dedi tueri, & armis

Le-

POtestas principum metuendorum est in suos cives, Deus in potentes & principes ipsos, ut eorum quoque judex, imperium habet; qui fraudem & malitiam judicum, potestate eis attributa abutentium exacta diligentia expendet. 2. An semper, inquit Jehova, falsa sententia fallaces, veræque religionis inimicos favorabiliter juvabitis, inopsque & parentibus orbus solium vestrum velut rupem in mari timebit? 3 Cur non potius perspicitis parentibus orbos metu summo turbatos? Cur querimonias carentum amicis non auditis? 4. Cur tenues ab irriso contumelioso opulentiorum in libertatem non vindicatis? 5. Sed incassum his consilium damus, cum nihil minus curent, quam ut quæ sint ipsorum partes noverint, nedum ut munere suo defungantur: caligo enim tenebrica oculis offunditur, verique ignorantia animorum aciem adeo hebetavit, ut æquitate amissa, vinculum rerum omnium, quæ in mundo sunt, ruptum esse non videant. 6. Vos, judices, Deo

Lethiferum cohibere bellum,
7 At mors iniquæ justa superbiæ
Ultrix honores detrahet, & pari
Ignobili cum plebe fato
Purpureos rapiet tyrannos.
8 Exurge, legum frena manu Deus
Capesse, cunctis arbitrio tuo
Qui regna dispensas, ut orbi
Imperio domineris æquo.

nuncupavi arbitrosque mortis & vitæ constitui, manuque insignia regia ferente, concordiam defendere bellumque mortiferum militaribus instrumentis reprimere concessi. 7. At mors insolentiæ injustæ justa vindex, virtutis regnique insignia vobis auferet, regesque purpura indutos simili letho cum plebe obscura abripiet, ad tribunal meum staturos, omniumque rationem mihi redditutos. 8. Expergiscere. Jehova, qu imperia distribuis ut visum est tibi, rerumque moderationem arripe, ut terræ æquabili jurisdictione præsis.

PSAL LXXXIII

CAR: GEN:

Psaltes inimicorum injurias in populum Dei impietate in Deum conquestus, gravissime ipsis exitium imprecatur ad gloriam Dei.

NE taceas; ne cunctetis, pater optime, neve
Preces tuorum sperne duris auribus.
2 Ecce fremunt hostes circum, & miscere tumultu
Sevo parati cuncta, cristas erigunt.
3 Concilia occulté coëunt, populoque minantur
Tu quem tuendum proprié susceperas.
4 Eia (aiunt) properate, omnem succidite silvam:
A stirpe sobolem deleamus Isaci. 5 Et

NE silendo te quietum contine, ne moreris, pater, neve tuorum petitiones velut inexorabilis rejice. 2. Nam ecce inimici tam tui quam nostri per circuitum tumultuantur, promptimque ut omnia crudeli rerum omnium perturbatione misceant, superbiunt. 3. Cœtus clam congregantur damnaque genti intentant, quam peculiariter conservandam acceperas. 4. Neque vero de levi

5 En sceleri jurata manus coit omnis in unum,
Tua instituta ut deleant & fœdera
6,7,8 En cum plamifera junctus Nabathæus Idume,
Soboles Moabi, & Agareni, & Gabala,
Cumque Palæstinis Tyriisque Amalecus & Ammon,
Syrusque jungit castra Loti posteris.
9,10,11, At tu sterne solo victos, Madiana juventus
Ut cæsa texit semitas te vindice.
Sisara ceu tumidus cecidit, milesq; Jabini:
Cissontis undas turbidas quum sanguine
Tinxere: inflatæ passim jacuere catervæ,
Lætamen agris, nec fuga eripuit duces
Orebum & Zebum: nec subtraxere laterbræ
A falce mortis Zebeamq; & Salmanam:
12 Dicere non veritos animo votoque superbo
Dominos futuros se tui sacrarii. Ut

levi quopiam in nos insultu cogitant, sed mutuo se cohortantes, Agedum, dicunt, festinate, universam multitudinem funditus cadite, posteritatem Isaci radicitus extinguamus. 5. En tota multitudo, quæ in scelus contra te conspiravit, in unum colligitur: ut ritus tuos & conventa tollant. 6, 7, 8. En Arabs coujuncta amicitia cum Idume palmis arboribus consita, Moabitæ & Agareni, Gabala, Ammon, & Amalec cum populo Philistim, quique Tyrum habitant, Syrieque habitator filiis Lothi consociatus, copias suas Idumæis conjungit. 9, 10, 11. At tu istos superatos in terram prosterne, uti Madianæ provinciæ homines, te ulciscente occisi vias operuerunt; ut Sisara superbus obiit, ut exercitus Jabini cæsi sunt cum Cissontis aquas turbatas cruore infecere manipulique indeplorati, ubique extincti sunt, & stercoris loco agris fuere: Sic etiam facito istorum principibus, ut olim Orebo, Zebo Zebeæ & Salmanæ, tuorum quoque hostium ducibus fecisti, quos ne meticulosus quidem discessus, à morte conservavit, nec loca occulta ab interitu subduxerant. 12. Qui animo quoque & cupiditate insolenti istis similiter affirmare non metuebant, se Templum tuum in potestate sua habitaturos. 13. At tu pater

sic

13 At tu sancte parens, sic hos vertigine torque,
Ut rotula clivo, stipula vento volvitur:
14 Flamma velut siccæ populatur brachia silvæ,
Per alta stridens montium cacumina,
15 Sic urge attonitos consternatosque procellâ,
Tui furoris dissipa sic turbine,
16 Sic animos dolor exurat, pudor ora coloret.
Suis miseriis numen ut probent tuum:
17 Sic ignominiâ fastum preme, damna timorq;
Sic continenter territos exerceant,
18 Te solum ut noscant Dominum, rerumque potentem
Quacunque terras ambit axis ignifer.

sic attonitos redde, cogitationibus eorum in diversa conversis, ut rota in loco declivi versatur, leviscque palea venti procellâ circumagitur. 14 Et sicut ignis loca excelsa cum sonitu pererrans aridos arborum ramos consumit; 15 Sic eos mente captos, & tempestate tua perterritos impelle, iræque tuæ violentiâ eos sic diversos age. 16 Mœstitiaque sic mentes eorum coquat, sic infamiæ metus ob conatus irritos faciei colorem mutet, ut per calamitates suas potentiam tuam omnibus ostendant. 17 Sic infamiâ eorum superbiam deprime, incommoda & metus attonitos assiduè sic vexent. 18 Ut te unum dominum & regem longè latèque dominantem agnoscant, quàcunque axis Zodiaci solem ferens orbem terrarum circuit.

291 PSAL. LXXXIV.

Psaltes à sacris cœtibus exulans desiderium suum exponit, piorum in Ecclesia conversantium felicitatem explicat: Deumque precatur ut misericordiâ utamur ad reducendum se, atque in gratia confirmandum.

O Rex armipotens, qui creperos tuo
Bellorum arbitrio dividis exitus,
Ergo limina templi
Læta conspiciam tui! 2 Hic

DOmine exercituum, qui dubia armorum eventa, ut lubet tibi partiris, veréne ego hilaris ædem tuam videbo? 2 Nunc

Hic cor lætitiâ palpitat: hic bonis
Languet mens nimiis ebria, gestiunt
Artus, atria vivi
Visuri propius Dei.
Hic passer latebras invenit, hic locat
Nidum veris avis nuntia. O atria
Regis bellipotentis,
Ut vos aspiciam libens!
4 Felix qui domui perpetuò tuæ
5 Hærens te celebrat: qui penitus suam
In te spem posuerunt,
Felices ter & amplius.
Felices studio qui properant pio,
6 Templo sacra tuo ferre: per aridas
Valles fontis amœni
De rivis liquidis bibent.
Nec deerit pluviæ: quæ repleat cavas
7 Fossas, agmen aquæ, dum properat premens
Turmam turma, parentum
Ritu cædere victimas. O rex

nec gaudio salit, nunc animus ingenti felicitate obrutus, viribus destituitur, corporis mei membra sese efferunt. cùm sperent limen Dei sempiterni. & vitæ authoris, è propinquo se invisura esse 3 In templo Dei avis locum ad latendum reperit, in ædè Dei hirundo domunculam suam ponit, *eheu meamne conditionem deteriorem esse quam avium!* O adytum regis bellicosi, quàm ego te libenter cernam! 4 Beatus Ille qui semper in æde tua permanens te laudibus effert: 5 Sæpe & multum etiam beati qui toto animo omnia abste commoda expectant, beati quoque qui sancto religionis amore festinant sacrificia, *ad fidem obfirmandam.* in ædem tuam deportare. 6 De puris fluminibus è fonte grato & jucundo fluentibus, per loca aquæ penuriâ laborantia, *ad te Jehova*, colendum properantes potabunt, nec abundantia aquæ de cœlo demissa aberit, quæ loca humiliora impleat: 7 Dum cœtus cœtum urgens more majorum sacra facere, *teque Jehova, in Sione conspicere*

8 O rex armipotens, da placidum tuo
Te regi, capitis cui decus inclytum
Indulsti, bonus aurem
Ne duram abnue supplici.
9 Tu noster clypeus, rebus in asperis
10 spes & præsidium, juxta adytum tuū
Unius mora lucis
Pro mille est mihi sæculis.
Sim custos potius liminis in tuo
Templo, Sancte parens, quàm Solymā procul
Degam inter sceleratos
Multis clarus honoribus.
11 Tu sol, tu clypeus, Tu Dominus: tuis
Tu das conspicua fulgere gloriā:
Nec puro scelerum unquam
Claudis munificam manum.
12 O rex armipotens, quem penes exitus
Bellorum & positis ensibus otia,
O bis terque beatos
Qui te spe solidâ colunt!

Non

re, festinat. 8 *Da te*, dux exercituum, benignum regi à te constituto, cui Diadema honorificum ferre dedisti, ne nega attentionem bonus regi te suppliciter precanti. 9 Tu nostri defensor es, tu in periculis nostra expectatio & auxilium es. 10 Spatium unius diei prope ædem tuam mihi est instar temporis infiniti; quotinam potius mihi ædis tuæ janitori liceat esse, quàm longè ab Hierosolyma inter profanos habitem, multis virtutis præmiis conspicuus. 11 *Alibi enim sunt perpetuæ & horribiles tenebræ*, at tu vera lux es, qui nos sustines, tu noster defensor, tu potens es nostri, tu te amantibus tribuis honore spectabili illustribus esse, nec unquam bonis beneficia larga denegas. 12 Deus exercituum, in cujus potestate sunt eventa armorum, & armis exutis quies, O multùm felices qui te spe constanti & fiduciâ venerantur!

Psalm

Psalm. ab exemplo præcedentis liberationis cum Deo expostulans, Deum rat pro liberatione Ecclesiæ: hinc sepsum ad verbum Dei audiendum rivocans, pios consolatur, cum proxima liberationis spe, tum alteriusæterna per adventum Christi ad Ecclesiam pertinentis.

NOn semper tumidis fervent vexata procellis
Aequora, nec gelida riget horrida terra pruinâ:
Inque vicem ponunt venti, mare hiernitur, aura
Mitior in florem torpentes evocat herbas:
Nec semper Deus avertis mœrentibus aurem
Durus, & indulgens iræ: quondamque favore
Sponte tuum amplexus populum es vincliſque ſolutis,
Servitii, patrias duce te remeavit ad aras.
2 3 Oblitus ſcelerum & violati fœderis, iram
Leniſti, & patria rexiſti crimina curâ.
4 Er nos ergo parens, noſtræ & ſpes una ſalutis,
Reſpice placatus facilisque animumque benignum
5 Accipe; perpetuæ né've implacabilis iræ
Sæviat in ſeros etiam vindicta nepotes.
6 Reſpice nos melior tantum: quodcunque miſellæ

MAre tempeſtatibus tumorem excitantibus agitatū non ſemper aſtuat; nec terra rore frigido concreto ſqualens, ſemper durescit: viciſſim etiam venti ſævitiam deponunt, mare etiam facie æquata jacet, auraque lenior herbas languidas è terra excitat, ut ſeſe flore veſtiant: nec tu, Jehova dolentibus ſemper audientiam negas, aſper & indignationi fræna ſolvens, ultroque interdum populum tuum in gratiam recepiſti, iſque ſervitute liberatus, tuo ductu in templū Hieroſolymitanum reverſus eſt. 2, 3 Tuque malefactorum, & peccationis interciſæ immemor, indignationem ſedaſti, peccataque populi benevolentiâ paterna abſcondiſti. 4 Itaque nobis nunc etiam pater mitigatus & lenis adſis, qui unicum es noſtræ incolumitatis præſidium, animique æquitatem & benevolentiam induc. 5 Ac ne pœna aſſiduæ & inexorabilis indignationis ultionem in poſteros longo poſt tempore venturos exerceat. 6 Ut adſis nobis placatus *ſolum id te nunc poſcimus.* quicquid vitæ miſeræ adhuc in

Spirat adhuc animæ, te respiciente vigorem
Accipiet: populoque tuo jam nube repulsa
Tristitiæ, lætos hilarabunt gaudia vultus.
7 Alme parens, bonitate tua complectere fessos,
Speratæque diu jam fructum ostende salutis.
8 Jamdudum expecto Dominus dum læta futuri
Signa det, arcano pulsans præcordia motu,
Et dabit haud dubiè posita placabilis irâ
Signa secunda: pius dabit omnia prospera, leges
Qui patrias & sacra colent, errore relicto.
9 Ecce salus, ecce incultas bona copia terras
Incolet. & læti renovatrix gloria sæcli.
10 En bonitas, en alma fides feret obvia gressus:
11 Terra fidem, cœlo terras Astræa relicto
12 Sancta colet: comes Astrææ bona copia cœlo
Appluet. & lætos, decorabit frugibus agros.
13 Et quacunque feret Dominus vestigia, gressus Ante nobis supereſt, te eam fovente, recreabitur, lætitiaque, jam remoto doloris squalore- faciem populo tuo hilarem efficiet. 7 Defende nos pater, & susçipe clementiâ tuâ malis jam fractos, præmiumque incolumitatis diu expectatæ nobis commonstra. 8 Jamdudum præstolor, donec Dominus animum motu secreto impellens, lætam donet de tempore futuro significationem; Dominus autem procul dubio depositâ indignatione facilis prospera indicia dabit, felicia omnia donabit bonis, qui abjectâ religione impurâ, prisca majorum instituta. & ritus à Deo præscriptos religiosè observabunt. 9 Ecce incolumitas, ecce rerum omnium abundantia terras antea desertas tum habitabit, unà cum glorioso splendore aurei sæculi temporis jucundi instauratrice. 10 En clementia, en dictorum & factorum constantia speciosa obviàm passim occurret, mutuisque sese quasi osculis excipient. 11 Tem perfidiam fugiens, promissorum constantiam in honore habebit. 12 Justitia inviolata cœlitus veniens terras habitabit: bona rerum abundantia justitiam consequuta, tanquam pluvia è cœlo descendet, agrosque fertiles frumentis decorè vestiet. 13 Etiquam

Ante ferent jus fasque suos: lis visque dolusque
Deseret afflictas per tot jam sæcula terras.

quamcunque partem Dominus abibit, æquitas & sanctitas eum præcedent: controversia autem, violentia, & fraus homines eis tandiu vexatos relinquent, qui quidem mores suos ad normam à Deo præscriptam component.

PSAL. LXXXVI. CAR: GEN: 10

David afflictus Deum invocans, imbecillitatem suam, fœdus cum Deo, & fidem in eum profitetur: salutem ab eo petit, propter naturam. gratiam & gloriam ejus: hinc de inimicis conquestus requirit aliquam significationem boni & consolationem à malo.

Da mitis aurem supplici
Deus: saluti consule
Ope destituti & pauperis
Nec semper iræ vindicis.
2 Servum tuum serva Deus,
Cui spes salutis unica es:
3 Serva invocantem jugiter
A solis ortu ad vesperum.
4 Depelle mentis nubila
Pendentis à te servuli;
5 Blandæ parens clementiæ.
Promptus vocanti parcere:
6 Intentus audi supplicem,
7 Nam te vocamus arduis
In rebus, invocantibus Opem

AUdi me, Jehova, facilis, suppliciter te orantem: prospice vitæ & incolumitati auxilio carentis, & tenuis, qui non semper expetit vindictam cùm irascitur. 2 Famulum tuum, Deus, custodi, cui ad te perfugienti, sola es vitæ & incolumitatis expectatio. 3 Tuere eum ab aurora ad serum diei usque auxilium assidue orantem. 4 Tristitiam famuli in te sperantis at strude; 5 Pater misericordiæ author, paratus semper dare veniam ab te petenti. 6 Adsis præsens oranti: 7 Nos enim abs te auxilium in periculis petimus, ut qui liberalis & facilis te roganies juves. 8 Su-

Opem benignus quod feras.
8 Nullus Deorum par tibi
Nullus secundus: exerit
Nullus suam potentiam
Tam splendidis miraculis
9 Rerum creator, ultimis
Ab orbis oris affluent.
Flexoque gentes poplite
Te prosequentur laudibus.
10 Solus nec ævi termino
Inclusus aut potentiæ,
Deus deorum, gentibus
Miranda cunctis perpetras
11 Legum tuarum semitam
Fac ingredi me: pectoris
Compone fluctus turbidos,
Tranquilla mens ut te colat:
12 Ut spiritus contagio
Emancipatus corporis,
Tuam celebret gloriam,
Dum vita voxque supperet. 13 Vivo

9 mvero inter omnes gentium deos commentitios nullus est tibi æqualis nemo eorum ad te proximè accedit, nemo vim suam mitificis operibus tam manifestis & conspicuis ostendit. 9 *Itaque populi omnes falsis numinibus suis abdicatu*, ab extremis terræ partibus ad te, mundi Conditor, accurrent, nationesque supplices te creatorem suum reveritæ collaudabnnt. 10 Tu enim solus temporis spatio aut potestate finita non coercitus, supra deos omnes commentitios emines, opera stupenda omnibus nationibus edens. 11 Viam mandatorum tuorum fac me sectari, turbulentasque mentis perturbationes tranquilla, ut mens pacata te veneretur: 12 Ut animus à contagioso peccati morbo, & carnea corporis massâ liberatus, tuam magnificentiam, dum vivam & loquar, late diffundat.

13 Mise-

13 Vivo tuo clementiâ
De fauce mortis erutus
14 Quum virium fiduciâ
Surreret hostis insolens
Secura quum vis numinis
15 Mihi immineret, tu Deus
Et lenis & placabilis,
Et pacta fidus reddere.
16 Mitis bonusque respice
Qui pendet ex te servulum:
Opem fer, & vernaculum
Tuum periclis exime,
17 In me favorem sentiant
Hostes tuum: ora decolor
Mutet pudor, quum viderint
Mihi te salutis vindicem. 3 O

13 Misericordiâ enim tua vitam ago, è morte propinqua exemptus; 14 Cùm hostis superbus potentiâ sua fretus crudelitatem exerceret: 15 Quum inimici violenti Dei negligentes, in me insurgentes, minas mihi intenderent, tu Jehova. mitis & exorabilis es, & ad promissa reddendum verax. 16 Placabilis & clemens famulum tuum juva, cujus spes omnis in te est, succurre ei, & à rebus adversis libera servum domi tuæ natum & educatum. 17 Ut inimici tuum erga me amorem intelligant, metusque infamiæ collorem vultus mutans, faciem eorum transformet, eosque sui pudeat- cum te aspexerint vitæ meæ defensorem esse.

PSAL. LXXXVII. CAR: GEN: 3

Psaltes Ecclesiæ Dei laudes prædicat à præsentia & beneficii Dei erga illam, futuraque gentium vocatione.

1, 2 ABramidarum cæteras urbes supra,
Dominus Sionis diligit
Portas, Sionis, imminet quæ montium
Fundata sanctis collibus.
1, 2 DOminus Hierosolymam aliis Judæorum oppidis charioré habet, quæ collibus inviolabilib9 ædificata, assurgit. 3 O

3 O prædicanda posteris sæclis Sion,
Beata mater urbium:
4 Tecum ne *Babylon* se audeat componere?
Tecum ne Memphis insolens?
Ventura Babylon sub jugum Dei, *Deo*
Flexura *Memphis* poplitem,
Præclara quamvis & palæstina & Tyros
Jactet virorum robora.
5 Nihil ad Sionem fortibus fœtam viris,
Favore tutam numinis.
6 Censore Domino humana gens quum nomina
Ad profitenda confluet,
Quis non sionis se feret civem? inseri
Quis non colonus ambiet?
7 Tum vox Sionem carminum, tum vox lyræ
Canent *Sionem* & tibiæ:
Et nostra siquid audiendum vox sonet,
Laudem Sionis vox canet:
Et si quid animus voce dignum excogitet:
Animus Sioni serviet. PSAL.

3 O Hierosolyma posteritati laude celebranda, felix aliorum oppidorum parens! 4 An Babylon Assyriæ, an memphis Ægypti urbs superba ausit se tecum comparare? Babylon, inquam, Deo subjecta futura, Memphisque Deum tandem cultura, *nec amplius tibi infesta futura*; tametsi Palæstina regio & urbs philistinorum celeberrima, Tyrusque, Phœniciæ oppidum viros fortes ostentet in civium tuorum album tandem referendos. 5 Nihil tamen sunt, si cum Sione conferantur, viris præstantibus abundante, Deique erga se benevolentiâ securâ. 6 Cum homines universi ad danda *Deo* nomina sua venient, *Domino* præsidente censui habendo, quis non dicet se indigenam Sionis civem esse? quis non magno studio civis Sionis libro Dei inscribi cupiat? 7 Tum certè cantiones, tum lyricines & tibicines Sionem laudabunt. Ego autem, si quid etiam dignum auditu cantare queam, Sionem, prædicabo, ac si quid mens mea comminiscetur, quod cani mereatur, mens ipsa studium suum Sioni conferet.

Te

Psalter formam dat cuique fideli Deum accedendi in privatis malis: Ita-que exponens mala & mortem suam præsentissimam, expostulat cum Deo: propter gloriam ejus in vita servari petit: & propter malo-rum gravitatem urget sibi liberationem dari.

1 Luce voco te, nocte voco te, sola salutis
Spes, columen, vitæ præsidiumque meæ.
2 Alme parens, facilem ne vultum averte precanti,
Neve humiles dura respue mente preces.
3 mens habetata malis torpet, confecta dolore
Funereas spectat languida vita faces.
4 Membra vigor liquit: mors unguibus imminet atris
Detumulo tantum jam mihi cura meo est,
5 Corpora non aliter pallent sub mole sepulchri,
Vulnere quæ subito mors inopina tulit:
Perpetuis quæ sub tenebris oblivia condunt
Alta, salutiferam te retrahente manum.
6 Carcere ceu clausum, & cæca sub nocte sepultum
Me prope lethææ gurgite mergis aquæ.
7 Usque premis, stratumq; urges, supraq; jacentem
Accumulas iræ flumina cuncta tuæ. 8 Me

1 Jehova: de die invoco, teque sola incolumitatis meæ expectatio vitæque fulcrum & custodia, per tenebras inclamo. 2 Pater benigne, cum antea mihi facilis fueris, ne me jam orantem despice, neve obstinatus supplicis orationem rejice. 3 Animus rebus adversis stupefactus languet, vitaque debilis, faces quæ nonnis præferri solent, expectat. 4 Vires corpus deseruerunt, mors mihi manu lurida interitum minatur, jam de sepulchro solum cogito. 5 Corpus æquè pallidum est, ac cadavera tumulo ingenti contecta, quæ, plagâ repentè accepta, mors præter expectationem abstulit, teque illis auxilium negante, longum silentium in sepulchro tenebroso abscondit. 6 Tu me magna oblivionis vi propemodum obruis, velut in custodiam, ubi fontes asservantur; inclusum, & tanquam sub tenebris oblivii abditum. 7 Assiduè me affligis, humique dejectum malis oneras, supraque humi prostratum omnem indignationis tuæ vim coacervas. 8 Amici

8 Me veluti scopulum fugiunt horrentque sodales;
Quos portum afflictæ spes erat esse rati.
Affixusque toto jaceo, ceu compede vinctus;
9 Languida cesserunt lumina victa malis.
Interea lassas tendens ad sidera palmas,
Te, veniente die, te, fugiente voco.
Scilicet expectas ut acerba morte perempto.
10 Ostentes vires me revocando tuas?
An redivivа tuas in laudes ora resolvent
Quos gelido tellus claudit avara sinu?
11 An tua sub tumuli bonitas cantabitur antro?
Vulgabuntve tuam muta sepulchra fidem?
12 Justitiamne tuam taciturna silentia pandent?
An referent vires nox tenebræque tuas
13 Ast ego sancte parens supplex tua numina clamo
Nec precibus vacua est hora locusve meis.
14 Sancte parens, animæ auxilium cur subtrahis ægræ
Cur surda miseras respuis aure preces? 16 *Me* mici & propinqui me ceu rupem in mari vitant, & metuunt, quos mihi vexato perfugium fore sperabam, à lecto etiam non recedens cubo. ceu vinculis ligatus essem. 9 Oculi debiles incommodis superati, malis jam succubuerunt: interim tamen manus fessas ad cœlum extendens & manè & vesperi te, Jebova, appello, cene non moraris, ut postquam me morte immatura mactaveris. 10 Denuò me in vitam præsentem restituendo, potentiam tuam admirabilem demonstres; an in vitam restituti magnitudinem tuam hîc prædicabunt, quos terra omnia absumens gremio frigido includit; 11 An clementia tua in cavo sepulchri celebrabitur? an mortuorum conditoria constantiam tuam cantabunt? 12 An defuncti taciti & silentes æquitatem tuam mundo exponent? an obscura vitâ functorum latibula robur tuum anunciabunt? 13 At ego venerabundus devinitatem tuam, pater, invoco; nec ullo tempore aut loco ab oratione cesso. 14 Cur mihi curis vexato opem tuam. pater venerande, denegas? Cur hominum miserorum petitiones quasi surdus foves, aspernaris? 15 Mœstitia, animique

15 Me dolor & primis labor anxius urit ab annis:
Me trepidi exanimant corde micante metus.
16 Me furor exagitat tuus, opprimit undique terror
17 Agmen ut hibernæ, quod sata mergit, aquæ:
18 Æger, inops, caris jaceo desertus amicis:
Nec noti ærumnis ingemuêre meis.

Inimique vexatio curarum plena à pueritia me excruciat, terrorq; turbulentus *mihi abs te incussus*, me corde tremente vehementer afficit. 16 Ira tua vexat, metusque ab omni parte irruens me affligit. 17 Tanquam vehemens pluvia & diluvium aquæ hyeme cadentis & agros obruentis. 18 Ego interea solicitus, auxilio destitutus, & ab inimicis jucundis relictus infirmus decumbo, nec familiares mei calamitate meo doluerunt.

PSAL. LXXXIX. CAR. GEN. I

Psaltes benignitatem & fidem Dei cum in rebus omnibus creatis, tum in Ecclesia testificatam celebrat: dignitatem Ecclesiæ, quæ est regnum Dei, & promissiones regno toti ac regi factas commemorat; hinc adversitates, quæ Ecclesia perferebat proponens, cum Deo expostulat, liberationem & instaurationem petit, ac Deo benedicit.

TU mihi carmen eris, rerum pater optime, semper:
Notaque erit populis bonitas, me vate futuris,
Pollicitique immota fides, dum sidera mundo
2, 3, 4, Volventur tacito: citius quoque sidera credam
In chaos antequum lapso se condere mundo,
Irrita quam sacri credam fore fœdera pacti,
His concepta tuo quondam cum Davide verbis:

Ut se calamitatibus undique affligar, absit tamen ut tecum, Jehova, expostulem; imò potius, te orbis creator, cantu perpetuo celebrabo, tuaque misericordia & certa promissorum constantia, me cum prædicante, posteritati erit perspecta, dum stellæ nocte silenti circumagentur. 2, 3. 4 Ac mihi facilius persuadebo stellas ipsas sese absconsuras, cœlo in rerum omnium confusionem cadente, quam promissa conventus sacrosancti falsa fore credam, hoc tenore cum *Davide* charo tibi, olim expressa Sobolem de san-

Dum mare, dum tellus staret, dum sidera cœli,
Davidici generis mansuram in sæcula prolem,
Et stabilem regni ventura in tempora sedem.
5 Te pater ætherei cœtus, te jure piorum
Sæcla hominum celebrant, patrantem ingentia mundo
Mirante, & stabilis jus inviolabile pacti
6 Servantem, quem terra tibi, quem conferet æther
7 Magne parens? quem siderei tremit omnis olympi
Cœtus, & attoniti submissa mente tyranni.
8 Armorum bellique potens, quocunque moveris,
Alma fides clara circum te luce refulget.
9 Tu maris irati furias compescis, & undæ
Dejicis insanæ tumidos ad sidera fluctus.
10 Tu Pharon elatam lethali vulnere sternis,
Et quicunque tuis miserum caput objicit armis,
11 Tu terræ cœlique opifex: quæcunque capaci

guine Davidis nasciturum, & in perpetuum superfuturam, dum mare terra, & stellæ permanerent, locumque imperii ejus in futurum perpetuò firmum fore. 5 Spiritus cœlestes, hominumque bonorum generationes meritò, te, pater, laudibus prosequuntur, hominibus stupentibus immensa facientem, & æquitatem fœderis firmi immutabilem custodientem. 6 Quem terra tibi, potens rerum creator, quémve cœlum comparabit? 7 Ad cujus conspectum tota eorum multitudo, qui cœlum tenent, expavescit, regisque mirabundi & humiles horescunt. 8 Deus exercituum omnium imperator, in cujus potestate sunt bella, quocunque progrederis, certa constantia & veritas luce splendida circumte perspicuè apparent. 9 Tu vehementes maris turbati tempestates coerces, alièque assurgentes undæ furentis commotiones componis. *ut potentiam tuam & promissorum veritatem apud omnium mentes testatam relinqueres.* Tu Ægyptum superbam plagâ mortifera contusam humi dejicis, eosque omnes sternis, qui tibi armato, & bellum inferenti vitam infelicem offerunt. 11 *quidni enim impossis?* qui totius mundi auctor es: quæcunque enim superficies & conspicua nobis pars cæli in circulum semper redeuntis com-

plexo

Complexu facies mundi revolubilis ambit,
11 Authorem agnoscunt: Aquilo tibi servit & Auster:
Thabor & occiduum qui condit vertice solem,
Quique rubet radiis Hermon tepefactus eois,
13 Lætitiâ exultant: validæ tu robore dextræ
Clara per immensum spargis miracula mundum
14 Ante tuum solium tibi justum apparet & æquum:
Ante oculos adstat bonitas, & nescia flecti
15 Promissi sincera fides. O terque quaterque
16 Felices, quos festarum clangore tubarum
17 Ad tua sacra vocas: quos sacri lumine vultus
18 Illustras, hilaresque tui sub nominis umbra
Custodis: bonitate tuâ super æthera vectis
Das vires, decus imperium, das impia contra
Agmina ceu clypeum per dura pericula regem.
19 Tu tibi dilectum secreto numine vatem
20 Implesti, ut sæclis daret hæc responsa futuris:
Aperu immenso comprehendit, fatentur te suum artificem esse.
21 Septentrio & meridies tibi obsecundant, Thaborque mons cacumine solem occiduum abscondens, & Hermon, qui à sole oriente modicè calefactus rubore tingitur, gaudio gestiens te veneratur, *sicuti tu terræ tibi selectæ terminos undique fixos & septos communivisti.* 13 Tu facta etiam miranda ubique perspicua manu potente, ac diffundis. 14 Justitia & æquitas ad thronum tuum tibi astant benitas etiam in conspectu tuo est, puraque pollicitorum constantia inviolabilis præstò tibi est, *quibus tuorum catum constanter regis.* 15 O multùm beatos, quos sonitu tubarum diebus festis sonantium admones. 16 Ut ad sacrificia tua adveniant. 17 Quosque favore tuo claros facis. 18 Quos etiam tuæ magnitudinis obtentu lætos servas; quibusque tua misericordiâ in cœlum elatis, robur, gloriam, splendorem, regnaque tribuis, regemque ceu defensorem in rebus dubiis adversùs homines profanos impetis. 19 Tu Schemuelem Prophetam charum tibi occulta & nova vi divinitatis impleviſti: 20 Ut hæc posteris oracula tua prædiceret; *his enim verbis eum compellasti;* Regem mihi Davidem ex infimâ populi

Ipſe mihi legi media de plebe meoque
Impoſui regem ſolio. qui protegat armis
Iſacidas, populoque meo qui jura miniſtret:
Davidis & ſacro perfudi tempora olivo.
21 22 23 Huic animum vireſq; dabo: præſenſq; tuebor
Perpetuo, ne fraude ſceIns, ne robur aperte
Exitium ferat: ipſe hoſtes, ipſe impia ſterent
Agmina: nulla meam vertet ſententia mentem.
24 Auxiliumq; feram bonus, & ſuper ætheris axem
Nominis auſpicio noſtri ſe gloria toller,
25 Jura dabit terris rapido quas gurgite claudit
Hinc mare Sidonio fœcundum murice, & illinc
26 Palmifer Euphrates. ſupplex me in vota vocabit.
Ille patrem. Deus ille meus tu, dicet, & unum
Præſidium, una meæ cuſtodia certa ſalutis.
27 Hunc ego præcipuo contra dignabor honore,
Supra alioſque dabo rerum moderamina reges,

parte ſelegi, eumque in throno regni locavi, qui Judæos bello ab inimicis defendat, populoque Hebræorum mihi electo juſtitiam agitet: *idque erit ſigni regnum ei datum eſſe*, quòd caput ejus oleo conſecratum imbui. 21, 22, 23. Eidem animi magnitudinem ſimul & potentiam dabo, eique ad auxilium ferendam præſto ſemper ero, ne hoſtis ullus ſceleratus dolo, nève inimici robuſti vi damnum efferant. David etiam ipſe hoſtes exercitus profanos profligatos cædet, nullumque, concilium novum animum meum in illum mutabit; 24 Ei etiam favens opem afferam, neque ille conſilium dante, magnitudo ejus ſeſe in cœlum efferet. 25 Regiones eas adminiſtrabit, quas mare tyrium phœnicen alluens, purpuraque abundans, ab una parte aquis undoſis finit, & quas Euphrates palmis arboribus affluens ab altera parte terminat 26 David ipſe me patrem ſubmiſſe invocabit ad ea quæ rogabit perficienda, mihique dicet, Tu Deus is es, cui confido, tu ſolus es tutela, & non fallax vitæ meæ ſervator. 27 Hunc ego ex adverſo ſingulari nominis primogeniti ſplendore dignum habebo, eique maius imperium, quàm cæteris regibus donabo, quicunque per

mundum

Quicunque immensum populis dant jura per orbem.
28 Nec meus absistet favor illi in sæcla, nec illi
Pacta æterni solventur fœdera pacti.
29 Quin sobolem, & sobolis seros in cuncta nepotes
Secla dabo, & stabilis sceptrum immutabile regni.
Donec ab obscuris lucem sol dividet umbris.
30, 31. 32. Quòd si posteritas mea fœdera facta profanet
Immemor, & legem sperant, jussamque tecuset
Ire viam, domitos pœnis duroque labore
Compescam, & plagis usque exercebo rebelles.
33, 34 At neque destituam regem bonitate perenni,
Fœdera nec solvam, nec quod semel ore profudi,
Ulla immutabit venturi temporis ætas.
35 Quippe semel sancto firmavi fœdere, jurans
Per me, Nulla dies iniit cum Davidi pacti
36,37 Immemorem arguerit: soboles, dum sæcula mundus
Volvet, ei, patrii sceptri moderamen habebit:
Ille mihi sol testis ad hæc, & conscia luna,

mundum universum rationibus jus dicunt. 28 Nec benevolentia mea illum perpetuo deseret. nec promissa fœderis sempiterni juramento confirmata unquam irrita eruut. 29 Quinetiam ei posterum & posterorum posteros perpetuò dabo, sceptrumque regni permansuri nunquam transferendum, quamdiu Sol diem à nocte seperabit, 30, 31, 32, Quòdsi posteri ejus obliti mei legem à me sancitam violabunt, meaque statuta negligent, & ex prascripta sibi juris regulâ sese non gerentes, nollent mea Jussa servare, eosdem supliciis & gravibus afflictionibus fractos coercebo, legibusque repugnantes pœnis assiduè multabo 33, 35 Attamen bonitatem sempiternam à rege non auferam. neque pacta mea irrita faciam, nec ulla temporis venturi spatia vana reddent verba, quæ ei aliquando feci. 35 Semel enim pacto inviolabili promissi, meipso teste. nullum tempus me oblitum esse fœderis cum Davide facti, probabit. 36, 37 Dum mundus suo motu tempora distinguet, posteritas ejus regnum paternum servabit:

Sol

Cum quibus æquævum sceptrum Judæa tenebit.
38 At nunc sancte parens, tumida inflammatus ab irâ,
39 Projicis electum regem: rata fœdera pacti
Negligis, & capiti sacrum diadema revulsum
Sternis humi, & populis præbes calcare profanis.
40 Nuda patent hosti disjectis oppida muris:
Si qua manet, gelida formidine concutis arcem.
41 Cunctis præda sumus populis: feruntque
Vicini, insultantque malis miserosque protervis
42 Vocibus illuduut, hostis tu robore dextram
Interea firmas, perfundis pectora dulci
43 Lætitiâ: ac gladios hebetas in vulnera nostros:
Nec recreas fractos duro in discrimine belli.
44 Jam decus & regni splendor. jam proxima cœlo
Majestas versa in tenebras, soliique superbi
45 Gloria strata jacet: brevis immatura juventæ
Stamina præcidis: miseræ pars ultima vitæ
Sol & Luna, quæ hæc videtis, hæc memoriâ tenete, Judæa regnum habebit cum Sole & luna æqualiter perdurans. 38 At nunc pater reverende, vehementer iratus. 39 Regem a te factum à gubernaculo regni repulsum, abjicis, conventiones firmas cum eo sanctas contemnis, regiumque insigne à capite abstractum in terram projicis, illudque omnium contumeliis expositum, ds populis à lege tua alienis fœdandum. 40 Urbes, mœnibus prostratis nudatæ, inimico apertæ sunt, *ut eas, pro libidine devastet*; si qua arx nec capta nec eversa est, eam timore labefactas, 41 Omnibus nationibus spoliandi relinquimur, populi finitimi nos nostraque asportant, & calamitatibus nostris illudunt, nosque afflictos oratione petulanti irrident. 42 Dum hæc patimur, hostes viribus auctis confirmas, eorumque animos gaudio explens, eis magnum lætitiæ argumentum submINistras. 43 Armaque nostra ad vulnerandum obtusa reddis, neque in magni periculis debilitatos consolaris. 44 Jam gloria & magnificentia imperii Judaici, ejusque amplitudo clarissima, obscura & ignobilis facta est, regnique magnitudo abjecta conculcata est. 45 Ætatis nostræ spatium

In luctu, in squalore ignominiaque senescit.
46 Quem finem dabis ærumnis? nunquamne tuorum
Respicies clades vultu placatus amica?
An ceu flamma furens, semper tua sæviet ira?
47 Ipse memor tecum reputa quam consita nostræ
Tempora prætereant vitæ, frustra ergo crearis
48 Humani generis sobolem? ut brevis exigat ævi
Tempora perpetûo curarum exercita fluctu?
Dum fractam luctu & morbis, seniove, sepulchri
Clauserit obscuro mors illachrymabilis antro.
49 Heu bonitas ubi prisca? fides ubi pristina? ubi illa
Fœdera conceptis quondam cum Davide verbis
50 51 Facta tibi? Cerne opprobriis quibus impia servos
Turba tuos premat insultans: quam multa silenti
Clausa sinu maledicta feram, dum turba profana,
Dum circum innumeræ gentes convicia fundunt,

tium nondum morti vicinum succisum corporis, senectus vitæ nostræ calamitosæ in mœrore & sordibus jacens, infamiaque ac dedecore operta paulatim debilitatur. 46 Quem tandem modum malis nostris statues? an nunquam lenitus servorum tuorum miserias vultu placabili spectabis? an tua indignatio velut ignis omnia consumens semper debacchabitur? 47 Ipse in animo cogita, quàm velociter vitæ nostræ spatium abeat. 48 An ergo homines ad nullum alium usum abs te creatos arbitremur, quàm ut continuis solicitudinibus vexati, vitæ fluxæ spatium transigant? donec mors, quæ lachrymis non flectitur, eam dolore, valitudinis infirmitate, & senecture debilitatam in sepulchrum inclusérit. 49 Eheu ubi vetus illa clementia? ubi constantia promissorum antiqua? ubi conventa illa cum Davide olim certo orationis tenore pacta. 50, 51 *Sed quorsum ego has querelas effundo, cum tibi tuorum consiliorum rationes optime constent & absit ut de fide tua quicquam ambigam*; aspice tantum quæso, quibus contumeliis profani irridentes tui cultores infestent: & apud te expende, quot convitia in pectore tacito contineam, dum multæ nationes vicinæ in nos maledicta sua conferunt, & velut per risum oratione acerba

hortantur

Nosque tui Christi verbis petulanter armis
2 Adventum sperare jubent. At tu bone rerum
Conditor, æterno verax celebraberis ævo.
hortantur, ut expectemus dum ptopheta abs te unctus veniat. 52
At tu, benigne creator orbis, omnium sermone constans in promissis perpetuo commemoraberis.

LIBER QUARTUS.

PSAL. XC. CAR. GEN. 3

Mosche gratiam Dei ex sempiterno ejus decreto in sanctos celebrans, exponit tum instabilitatem vitæ humanæ, tum miseriam Israelitarum, quos Deus morti adjudicaverat; ideoque, precatur Deum ut populum suum renovet & ducat in omni sanctimonia, & gloriam suam in populi ductu & sanctificatione demonstret:

CÆlitum rector bone, abusque primis
Sæculis mundi rudis, & juventa.
Qui laborantes ope sublevasti
Semper amicos:
2 Antequam tellus nova parturiret
Montium saltus, tegeretque montes
Lucidus cœli decor, ante metas
Lucis & umbræ.
Tu manes idem pater orbis, unus
Nec vices rerum patiens, nec ævi
Termino clausus brevis: unus expers
Finis & ortus.

At
(Rex cœlestis, à quo bona omnia ad nos dimanant, qui à primis temporibus, mundique initio recens facti charos tibi auxilio tuo è laboribus semper eruisti; 2 Priusquam terra recenter abs te creata valles inter montes parere vellet, cœlumque lucens & decorum altissima quæque terræ loca operiret, ante terminos diei & noctis, tu mundi creator, in eodem statu semper persistis, solus immutabilis, solus nullo temporis spatio inclusus, solus interitus & principii immunis.

3 At

5 At brevis nobis miseræque vitæ
Fila paulatim tenuas, senecta
Donec in putrem cinerem cadncos
Solverit artus:
4 Tempus annorum tibi mille, lucis
Instar hesternæ, fluidique puncti,
Nulla decursus quod ubi recessit,
Signa reliquit.
5 Nostra vanescit tenues in auras
Vita, per siccas velut unda arenas,
Aut velut sensus per opaca ludens
Noctis imago.
6 Herba ceu verno saturata rore
Mane, mox languet medio sub æstu,
Mox humi comis jacet arefactis
Vespere sero.
7 Præter & vitæ mala tot fugacis,
Quæ voluptates vitiant amaro,
Ira turbaris tua semper instans
Pectora vexat. 8 Quic-

5 At tu spatium vitæ exiguæ & malis plenæ, nobis sensim imminuis, donec senectus corpus fragile in pulverem minutissimum dissolverit; *ex quo initio nos in Adamo condidisti, & quo tandem ex-nervati jubes.* 4 Mille anni cum æternitate tua comparati, sunt tibi velut proxima dies exacta, instarque puncti facilè fluentis, quod nulla viæ indicia, qua fluxerat, cùm abiit, relinquit. 5 Spiritus noster in aërem sic abit, ut aqua in solo arido, aut simulachra in somno per tenebras visa, vim sentiendi fallentia, evanescunt. 6 Nostra etiam vita disperit, velut gramen veris humore initio diei alitum & auctum, quod deinde meridie viribus deficitur; mox ad occasum Solis, foliis humore defectis succisum in terram cadit. 7 Præter tot vitæ fragilis labores, qui oblectationes nostras tristitiæ amaritudine corrumpunt, tua indignatio semper nos premens curis vexatos, animos *scelerum conscios* labore

8 Quicquid erramus temére aut malignè,
Quæ timor celat tenebris pudórve,
Tu vides nec te latet inquieti
Pectoris æstus.

9 Dum tui pœnas meritas furoris
Mens reformidat, propé cogitatu
Ocyus vitæ spatium citatis
Aufugit alis.

10 Septies denos spatiosa in annos,
Vita procurrit: quibus est senecta
Firmior, ferme in decimum supersunt
Amplius annum.
Quid senectutis memorem labores?
Transvolat blandæ breve ver juventæ,
Inquies curis miserisque morbis.
Ocyus euro.

11 Deinde quis justæ tollerabit iræ
Impetum, si jam jubeas nocentes
Pro modo offensæ numeroque justas
Pendere pœnas?

12 Sic pater: sic ô numerare fluxæ No-

8 Quicquid autem inconsultè aut per malitiam peccamus, crimenque quod metus aut verecundia in occulto obscondit, tu judex justissime, *oculis acerrimis* id cernis, nec motus animi turbati tibi est ignotus. 9 Dum justæ iræ tuæ supplicia animus metuit, tempus vivendi *miseriis coopertum* celeriùs ferè abit, quam cogitari possit. 10 Vita hominum longa, in septuagesimum annum se extendit, quibus autem senium est robustius, ferè in annum octogesimum vivunt: cur molestias ultimi temporis ætatis recitarem? flos juventutis jucundæ, vento velocius citò abit, exercitæ molestiis, & valetudine incommodâ, quæ miseros reddit. 11 Quis deinde violentiam meritæ indignationis tuæ ferre potest? si, qui peccant, eos velles supplicia, pro magnitudine transgressionum, æqua perferre. 12 Fac pater, tempus vitæ fragilis, quæ-

tum

Nos doce vitæ ſpacium, caducis
Mens ut à curis revocata, veri
Lumen honeſti
12 Cernat. O tandem, placidus favenſq;
Deſine irarum, propiuſque ſervis
Semper aſſuetâ tibi lenitate
Conſule feſſis,
14 Fac tuæ fructu bonitatis aucti,
Gaudio tandem ſatiemur: ægris
Liberi ut curis reliquos agamus
Suaviter annos.
15 Cedat & lætis fugiens viciſſim
Luctus, exacto modus & labori
Parvoluptatis ſubiens amarum
Miriget ævum.
16 Facta, majeſtas, opera, amplitudo
Nota ſint ſervis tua, poſteriſque
Nota ſervorum, tua qui libenter
Juſſa capeſſunt.
17 Fac tuæ ſemper bonitatis ut nos Splendor

ilem ſit, ſic computemus, ut animus. *hac cogitatione impulſus*, à moleſtiis rerum fluxarum ſeparetur, veræque virtutis ſplendorem videns, ad veram ſapientiam aſpiret. 13 Mitis inſuper & amicus ab ira tua aliquando ceſſato, præſtoque ad auxilium ferendum famulis tuis malis laſſatis, miſericordiâ perpetua eis proſpice. 14 ac quoque ut commoditatibus miſericordiæ Iuæ locupletati, lætam tandem veram ad ſatietatem uſque hauriamus, & à moleſtiis liberati, quod reliquum eſt vitæ jucundè tranſeamus. 15 Dolorque per vices abiens, lætitiæ locum det, & æqualis gaudii ſerenitas, miſeriis finitis ſuccedens, ætatem injucundam mitionem reddat. 16 Actiones tuæ, tua magnificentia, omnia à te creata, tuaque magnitudo, famulis tuis & famulorum ſoboli manifeſta fiant, qui ardenti ſtudio mandatis tuis parent. 17 Præſta etiam, gubernator rerum, ut miſericordiæ tuæ magnificentia

Splendor illustret, boni rector orbis,
Gratiæ aspirans favor actiones
Prosperet omnes.

nos illuminans exornet, tuáque amicitia omnia grata reddens, seque misericordiæ conjungens, quæcunque gerimus, felicia efficiat.

PSAL. XCI. CANT GEN: 6

Psaltes fiduciam suam in Deum statuens pios in exemplum, hortatur ut ita certa fiducia recumbant in Deo: defensionem pronunciat ab omni malo: ac Dei verbis omnia præsentia & futura pollicetur.

1, 2 Si protegendam præsidio Dei
Credas salutem, rem, sobolem, domum,
Insana quum sors intonabit,
si Domini fugias sub umbram,
Securus omnem fer violentiam
Sortisque mortisque, & tetricas minas
Contemne, securus tumultum
Despicias creperi duelli:
3 E fraude cæca te Deus eximet,
Frangetque casses insidiantium,
Nec sæviens latè venenum
Lethiferæ patiêre pestis.
4 Expandet alas te super, & suis
Pennis fovebit rebus in asperis: Cretusque

1, 2 Si vitam, opes, liberos, & familiam tutelæ Dei custodiendam committes, cùm fortuna adversa comminabitur, si te in domini patrocinium & latibulum recipias, tranquillo animo, omnem fortunæ mortisque ferociam, & severas comminationes despice, bellique dubii motus interritus aspernare. 3 Deusque ab insidiis occultis liberabit, retiáque aucupum fraudem tibi parantium comminuet, nec laborabis ob contagium pestilentiæ extiosæ ubique grassans. 4 Potentia enim suam ad te protegendum extendet, & in rebus adversis providentiæ suæ vi leniterque conservabit, certoque persuasus de vita tibi ab eo promissa, quisque

dem

Certusque promissæ salutis
Sub clypei latitabis umbra.
5 Noctis per atræ cæca silentia
Non expaveſces cæca pericula:
Non luce grassantem timebis
Perniciem, nec aperta bella:
7 Interque strages mille cadaverum
Dextra finistrâ, mille cadaverum
Periculorum exors propinquam
Incolumis fugies ruinam.
8 Pœnam luentes interea malos
Lætus videbis: præsidio Dei
Securus armorum & tumultus,
Ceu validis tegerêre muris.
9 Nec te, nec ædes, vis propius tuas,
10 Aut damna tangent. Nam Deus Angelos
Custodiæ tuæ salutis
Præficiet, vigilesque ad omnes
Motus, viarum qui referent moras:
11 Qui per salèbras te manibus ferant,
Ne saucietur pes recussus Ob

fundatam credentibus fallere nec vult, nec potest, sub ejus tutela tutò te absondes. 5 Non timebis damna per tenebrosum noctis obscuræ conticinium latentia, nec malum pestilentiæ de die nocens, nec bella omnibus apparentia formidabis. 6, 7 Interea etiam dum multi à dexterâ, multique à sinistrâ tua occisi ruent, damnum immunis & sospes mortem vicinam videbis. 8 Contra autem malos Deo pœnas scelerum suorum dare alacris aspicies, ejusque auxilio à metu belli & trepidationis liber eris, ac si mœnibus oppidi firmi munitus fores. 9 *sic futurum est*, ut nec violentia ulla, nec incommoda ad te, aut ad familiam tuam perveniant. 10 Deus enim ministros suos, *beatos dico spiritus illos*, ad omnem rerum perturbationem paratos, ad vitam tuam conservandam constituet, 11 Qui, quicquid tibi in vita obstat, expediant, teque per loca aspera portent, ne pes, ad objecta saxa accuta offensus, vulneretur.

12 Illæsus

Obicibus scopulorum acutis.
12 Securus atras inter & aspides
Deges, ferarum, & pignora tigridum:
Tutusque calcabis dracones,
Et lybicæ catulos leænæ.
13 Observat, inquit, me Deus unice, &
Honore nomen prosequitur meum:
Laborioſis hunc vicissim
Incolumem eripiam periclis.
14 Præsens vocanti subsidium feram
Et imminenti rebus in asperis
Fato eximam: exemptoque honorum
Eximium decus arrogabo.
15 16 Faxo virenti robore transigat
Seræ senectæ tempora suaviter:
Meosque monstrabo beare
Qua soleam ratione amicos. 2 Seu

12 Illæsus etiam & absque metu inter serpentes sævas, & tigrides crudeles habitabis, & citra periculum draeones, & leones Africanos pedibus premes. 13 Nam ille me solum, inquit Deus, vehementer & supra omnes alios colit, cumque me singulariter honoret, ego invicem illum è magnis molestiis salvum liberabo. 14 Paratus, roganti auxilium feram, & in periculis à morte propinqui eum eripiam, eique liberato, claritatem magistratuum singularem tribuam, & honoribus præcipuis auctum ornabo. 15, 16 Efficiamque ut viribus juvenilibus fultus, senectæ longæ spatia jucundè transigat, eique ostendam, quomodo consueverim mei studiosos omnibus rebus bonis, atque adeò felicitate perpetua augere. PSAL. XCII. CAR: GEN:

Ecclesia Deum laudans, opera ejus admiratur, subitos improborum casus & suam salutem honoremque à Deo acceptum narrat: hinc æternum fidelium felicitatem prædicat ad Deum laudandum.

TE prædicare, laudibus te prosequi,
Rex alme cœlitum, decet.
Quum est mihi, Rex cœlestis, te celebrare simul & laudare;

3 Sive

2 Seu sol Eoâ luce terras purpuret,
Seu nox tenebris obruat,
Lux prædicantem me tuam clementiam,
Nox audiet constantiam
3 Nec voce tantum, sed canorâ barbito,
Sed cymbalo, sed nablio.
4 Operum tuorum tacita cogitatio
Animum jacentem exsuscitat.
Quum facta reputo, gestiunt præcordia
Perfusa dulci gaudio.
5 Consilia cæcis mentibus mortalium
7 Ignota qui non cogitant
Florere pravos instar herbæ, quam fovet
Sol lenis, humor educat:
Mox instar herbæ frigorum afflatu leni
Marcentis evanescere
8 Tu semper idem permanes, nec sentiens
Rerum vices nec temporum: 9 Sceleris

2 Sive sol luce matutinâ, colore purpureo terras tingat, sive nox obscuritate sua eas operiat; dies me bonitatem tuam celebrantem intelliget, nox me fidem & veritatem tuam enunciantem sentiet. 3 Nec carminibus solum, sed cytharâ etiam suaviter modulante, sed cymbalo, sed nablio quoque tibi psallentem. 4 Secreta factorum tuorum mecum recordatio animum languidum excitat, cum enim in memoriam revoco quæ à te patrata sunt, partes interiores circa cor dulci lætitiâ imbutæ, exultant. 5 O monumenta! ô actiones ingentes & elatas omnino! ô consultationes sub tenebris absconditas, consiliorumque rationes abstrusas! 6 O cogitationes hominum ingenio cæcutienti incognitas! 7 Qui *cum sibi soli sapere videantur*, non percipiunt tamen malos rebus secundis frui more floris, quem sol moderatus blandè recreat, humiditas nutrit: sed statim tamen tanquam herbam languidam modica frigorum aurâ emortuam, radicitus interires. 8 *Infirma omnia tametsi vicissitudinibus sint obnoxia*, tu tamen semper immutabilis

9 Sceleris amicos ac tuos hostes premet
Ruina inevitabilis.
10 At me fovebis patria indulgentiâ.
Crudo vigentem robore:
Et rore mitis balsami vultum imbues,
Roseo juventæ lumine.
11 Oculis malignis qui tuentur me hostium
Pascam ruinis lumina,
Et impiorum qui creant molestiam
Mihi, lætus excidium audiam.
12 Ceu palma, justus germinabit interim,
Aut cedrus in Libani jugo,
Quam non procellæ, non calor, non frigora
Honore nudant frondium.
13 Quæ planta firmis hæserit radicibus
In æde Domini aut atriis,
Se flore amœno frondibusque vestiet:
14 Fluxique lapsu temporis
Ægræ senectæ damna nulla sentiet,
Onerata largis fructibus. 15 Ut

mutabilis persistis, nullis rerum, aut spatii ætatis mutationibus obnoxius, 9 Scelere gaudentes, hostes tuos exitium certum pessundabit, *quantumvis ad tempus floreant.* At me firmis viribus valentem, affectu paterno conservabis, *novis subinde beneficiis cumulans*, faciemque grato Balsami odori succo, ac juvenili colore tinges. 11 Hostium autem exitium torvè me aspicientium libenter cernam: & profanorum interitum, qui me molestia afficiunt, rumore aut nuncio jucundo gaudens accipiam. 12 Vir bonus interea *sub ærumnarum onere, non modò non fatiscet, sed etiam* ceu Palma aut Cedrus in monte libano, florebit, quam non tempestas, non æstus, non rigor ullus, frondium pulchritudine spoliant. 13 Surculus enim, qui in templo aut vestibulo Domini radices egerit, flore jucundo & foliis sese operiet. 14 Quique proventum copiosè proferens, longinquitate temporis perpetuò fluentis aut senio, quod veluti morbus est, detrimentum nullum accipiet. 15 Ut

15 Ut nota cunctis gentibus sit æquitas
Domini potentis: qui meæ
Lux est salutis una. qui nunquam malæ
Affinis est injuriæ.

Ut Domini polentis justitia nationibus omnibus sit cognita, qui solum est vitæ meæ præsidium, nec ullius unquam injustitiæ particeps.

PSAL. XCIII. CAR: GEN: 2

Altes amplitudinem & potentiam regni Christi celebrat, ab universali rerum creatarum, & singulari æternaque Ecclesia administrationi.

JAm Dominus rerum imperium sucepit, amictus
Decore multo & dignitate: robore
Jam sese accinxit Dominus; qui mœnia mundi
Firmavit, ullo non movenda sæculo.
2 Cujus ab æterno solium est immobile regni,
Ut ipse, nullas temporum metuens vices.
3 Flumina præcipites volvant quum murmure fluctus
Et æquor undis æstuet minacibus,
4 Compescit Dominus gravidis turgentia nimbis
Flumina, minacis sternit undas æquoris.
5 Stat fixum & cunctis manet invariabile sæclis.
Quodcunque Dominus ore sancto protulit.

Utcunque scelesti omnia quantum in se est, conturbent; Dominus tamen pulchritudine & magnificentiâ circundatus orbem jam administrare instituet: jam sese fortitudine muniit, Dominus ille qui rerum compagines immutabiles ita in perpetuum stabilivit, ut nunquam vacillarent, illudque ingens terræ pondus suâ unius vi liberatum sustinet. 2 Cujus tribunal adinstar ipsius, in perpetuum firmum est, temporumque mutationibus minimè obnoxium: 3 Licèt amnes cum ingenti sono, aquas suas raptim currentes, impellant, mareque undis terribilibus ferveat: 4 Dominus tamen, si flumina aquis pluviis pleno amne fluentia, tranquillat, aquasque maris horribilis robore suo componit, *quanto magis homunculos ferocientes compescet?* 5 Quicquid autem Dominus ore augusto *sanctorum cœtui* ab ipsis mundi primordiis locutus

Quæque ædem exornant Domini sacra mystica, nulla Oblivionis damna feræ sentient.

est, semper immutabile permanet, cultusque arcani Domini Templum venerandum reddentes, nullam ex temporis longinquitate silentii taciturni injuriam patientur.

PSAL XCIV. CAR: GEN: 14.

David cum suis a perfido Schaulis comitatu vexatus Deum orat, ut improbos ulciscatur, eorum improbitatem: maleficia & blasphemias narrat, improbos dementiæ nomine abjurgat, bonos ab eventu, quem Deus utrisque largiturus est. à promissionibus ejus, & à suo exemplo consolatur.

O Fraudis ultor, sceleris ô vindex Deus
Ostende numen impios contra tuum.
2 O juste judex orbis expergiscere,
Meritisque pœnis reprime arrogantiam.
3 Quousque tandem, rector orbis optime,
Sese superbe jactitabunt impii?
4 Devota sceleri factio in scelere suo
Plaudit, sibique fabulis stultis placet:
5 Tuumque populum pedibus interim premunt
Tuam protervè hæreditatem proterunt;
6 Viduam trucidant advenamq; & omnibus
Parente cassos obruunt molestiis.
7 Secumq; mussant, Hæc Deus non adspicit,

Nec

O Deus nequitiæ & gravium delictorum punitor, potentiam tuam contra sceleſtos *in tantu confusionis tenebris* demonstra. 2 Evigila, mundi arbiter æque. ac superbos supplicio, sicuti meritentur, coerce. 3 Quem ad finem, quamque diu, gubernator rerum justissime, scelerati sese arroganter ostentabunt? 4 Turba maleficiis dedita, in delictis suis gestit, seseque figmentis vanis laudat. 5 Interea populum tibi deditum conculcant, gentemq; tibi peculiarem insolenter opprimunt. 6 Orbam marito, & peregrinos. *contra humanitatu jura, & leges à te* præscriptas, perdum, ac malis omnibus orphanos conficiunt. 7 Tacitéque intra se loquuntur

Nec fanda prorsus, & nefanda intelligit.
Gens ergo bruta penitus ignorantiâ
Obsessa pectus somnolentum, discute
Animi veternum, & cogita tecum, Deus
Qui fecit aurem, surdus est? qui luminum,
Formavit orbes, ipse nil videt? vagas
Sine lege gentes recta qui sequi docet,
Non is suorùm puniet scelera, quibus
Oracla legum sacrosancta credidit?
Arcana nostri pectoris novit Deus,
Consilia vana, spes inanes, turbidos
Æstus. Beatus ille demum quem parens
Erudit amore patrio, legis suæ
Cui scita monstrat: rebus in duris aget
Securus ævum, dum paratur impio
Nassa, in lacunam incogitantem quæ trahat,
Hæreditatem nec Dominus unquam suam
Ope destitutam negliget, nec impiis

quuntur, Deus hæc non cernit, æqua & iniqua omninò ignorat: *unde sese ad quidvis patrandum exacuunt.* 8 Tales itaque homines animum stupidum habentes inscitiâ stolida omninò oppressum mentis stuporem excutientes abjicite. 9 Et vobiscum in animo versate, an Deus, qui sensum audiendi dedit, non audit? an qui oculos condidit cœcus ipse est? 10 An, qui nationes legum divinarum expertes, quod æquum est facere instruit, in eorum peccata non animadvertet, quibus mandata sanctionum ab ore sancto profecta commisit? 11 *Deus profectò non solum dicta & facta nostra omnia, verum etiam* animi nostri secreta, proposita stulta, spes vanas, motusque turbulentos probè intelligit. 13 Cui de decreta præscriptorum suorum nobis tradita ostendit, is in rebus adversis animo tranquillo & pacato vivet, dum rete profano apparatur, quod eum improvidum in foveam corruentem & abstractum impellat. 14 Nec enim Dominus unquam suos inopes spernet, nec eos ad rapinam deseret, quos sibi tanquam peculium possidendos selegit.

Prædæ relinquet, sed tribunal judicum
15 Ad æquitatis deriget normam suæ:
Vitamque ad illam dirigent boni suam,
16 Contra sceleſtos quis mihi auxilium feret?
Mecum impiorum quis premet ſuperbiam?
17.18,19 Nam jam ſepulchri frigidus ſub frigido
Cumulo jacerem, niſi Dominus opem mihi
Præſens tuliſſet, & ſua clementiâ
Fumaſſet animum, & jam vacillantem gradum
Fulfiſſet: & me pene ſubmerſum malis
Solatus eſſet, anxiæque nubibus
Curæ remoris reddidiſſet gaudium.
20 Mecum loquebar, Quid ſceleſtis cum Deo
Commune? ſcelera legis umbrâ qui ſua
21 Tegunt, bonorum fraudulentia qui in caput
Conſilia coeunt: factione innoxium
Premunt: iniquiſque obruunt ſententiis.
22 At rector orbis me tuebitur, meæ
Cuſtos ſalutis, arx meæ fiduciæ, 23 Pro

23 Sed *in ipſa rerum perturbatione* judicia ad regulam juſtitiæ ſuæ componet, ſimpliciſque, *qui recti ſtudio tenentur*, actiones ſuas ad normam illam conformabunt. 16 Quis mihi contra ſceleratos ſubſidio erit? quis, me auxilium ferente, pravorum arrogantiam deprimet? *mortalium certè nemo, niſi ſolus Deus.* 17, 18, 19 Mortuus enim ſub rigido tumuli mei acervo recumberem, niſi Dominus ſolus ad opem ferendam paratus, me ſublevaſſet, ſuaque bonitate mentem roboraſſet, ac greſſum titubantem ſtabiliiſſet, meque moleſtiis propè obrutum rectaſſet, ac triſtitiâ ſolicitudinis moleſtæ repulſa, lætitiam reſtituiſſet. 20 Tacitus hæc etiam dicebam, quæ amicitia eſt Tyrannis pravis cum Deo? qui peccata praterea legis abſcondunt. 21 Qui in vitam juſtorum per fraudem conjurant, qui conſpiratione innocentem infeſtant, injuſtoque judicio opprimunt. 22 At mundi gubernator, vitæ meæ tutela, & munimentum mihi illo fidenti, me defender.

23 Juſtamq

13 Pro scelere pravis digna reddet præmia,
Suis & ipsos artibus pessundabit
Herum creator Dominus, ac noster Deus.
14 Justamque remunerationem juxta peccatorum magnitudinem
malis rependet, *quamvis ad tempus sævientes humana & divina jura*
inculcent; authorque omnium, in cujus potestate sumus, & no-
ster Deus, pravos suis inventis disperdet.

PSAL. XCV. CAR: GEN, 2

David Ecclesiam ad cultum & obsequium Dei hortatur, a fœdere inito
cum Deo. & majorum exemplis.

EIa alacres cuncti Domini celebremus honores
Salute partâ Domino agamus gratias
2 Eia alacres rapiamus iter, mora segnis abesto:
Dominum canorâ personemus barbito.
3 Magnus enim Dominus Deus est: Rex magnus & orbis
Longé universis est diis potentior
4 Ille manu fulsit vastæ penetralia terræ,
Et nube cincta montium Fastigia;
5 Ille vagum fecitque, & factum temperat æquor.
Terramque salsis innatantem fluctibus.
6 Eia igitur genibus flexis manibusque supinis,
Dominoque nostro & supplicemus & patri.
7 Noster enim Deus est, nos grex illius: ab uno
Agedum cuncti laudem Domini prædicemus: liberati ab hosti-
bus, beneficii memoriam renovemus: 2 Eia læti propere-
mus, tarditasque pigritiæ argumentum absit, cytharâ suavi Domi-
num laudemus. 3 Etenim Dominus Deus est verè potens, re-
ctorque hominum multo plus pollens omnibus gentium diis. *qui*
pro Deo totius mundi conditore & gubernatore coluntur, imperiisque om-
nibus quantumvis sublimibus superior. 4 Ille *quidem ut omnium Domi-*
nus, fundamenta terræ latæ parentis, & nebulosa montium cacu-
mina potentiâ sua sustinet. 5 Ille mare inquietum creavit, idq;
à se conditum moderatur. terramque insulæ instar in mari sitam
gubernat: 6 Eia ergo herum & patrem nostrum, genua incli-
nantes, & manibus in cælum erectis rogemus. 7 Ille enim cre-
ator noster, & peculiari ratione bonis, quos elegit. rector est;

nos

Pendemus illo, ſpiritumque ducimus:
Si modo non lentam vet bis damus illius aurem,
Nec reſpuamus monita pertinaciter:
Nec, velut ad Meribam, me rixis, inquit, acerbis.
Et arroganti provocetis murmure
Aut Arabum veluti quondam per inhoſpita ſaxa,
Vires rebelli voce tentetis meas:
9 Quum proavi veſtri me exploravêre, meamque
Didicêre factis plurimis potentiam.
o illa quater denis mihi natio reſtitit annis
Dixique ſemper interim, Hæc gens deſipit,
Et mea ſecuras tranſmittit dicta per aures.
11 Irâ ergo juſta in pertinaces concitus
Juravi, Terræ gens hæc ingrata beatæ,
Promiſſa amicis commoda haud carpet meis.

nos ut oves, illi paſtori noſtro ſubjecti, ſpem in illo ſolo collocatam habemus, vitamque ab eo trahemus. vitamque ab eo trahimus, ſi modo non ſegniter illius nos compellantis mandata audiamus. 8 Nec conſilia ejus procaciter fugiamus, nec inquit Deus, voci meæ relictantes jurgiis moleſtis, & obtrectatione ſuperba me irritetis, ſicut apud aquam contentionis in deſerto Arabiæ majores veſtri fecêre. aut ſi dicto non audientes potentiam meam expetiâ mini, ſicut olim per rupes Arabum patres etiam veſtri egerè. 9 Cum me ibidem tentaverunt, multiſque exemplis vires meas experti, cognoverunt. 10 Illi, inquam, pares veſtri quadraginta annis mihi rebelles fuerunt, eoſque interea ſemper admonui. gens hæc ſtulta eſt, ultroque inſanit, patiturq; quæ loquor, per aures negligentes tranſire. 11 Itaque merita indignatione commotus in obſtinatos teſtatus ſum; Natio hæc beneficiorum immemor, commoditates terræ ſanctæ & felicis non colliget, quas mihi morem gentibus pollicitus eram.

PSAL. XCVI. CAR: GEN: 10

Pſaltes Eccleſiam cum Judæis hortatur ad laudationem Dei, tum creationis & adminiſtrationis nomine, tum regni ſempiterni, in cujus poſſeſſionem miſſus eſt adventu ſuo filius per voluntatem patris.

Omnes

NOn usitato pangite
Orbis parentem carmine,
Orbis coloni, incognitis
Ubique terræ finibus.
2 Cantate Dominum, laudibus
Nomen beatum tollite,
Et mente grata agnoscite
Vestræ salutis vindicem.
Sol qua recurrit audiant
Gentes Dei potentiam,
Suporque dulci gaudio
Perfusa oberret pectora.
4 Namque unus est vere Deus,
Sanctisque major laudibus,
Et diis timendus cæteris,
Quos horret error credulus.
5 Vesana gentes cæteræ
Prodiis colunt ludibria:
Dominus potenti dextera
Cœlum solumque condidit.
6 Apparet illi dignitas,

OMnes mundi incolæ ab ultimis terræ finibus nobis ignotis *Deum* rerum universitatis creatorem cantu insolito, perpetuoq; in ecclesia duraturo, celebrate. 2. Canite Domino carmen, Deum beatum prædicatione in cœlum efferte, gratique servatorem vitæ vestræ recognoscite. 3. Nationes omnes, quæ Sol terram circuit, vires Dei intelligant, earumque mentes lætitiâ magna plenas admiratio factorum ejus mirandorum capiat. 4. Ille enim solus, non autem commentitius, natura *Deus* est, omnique commendatione præstantior, aliisque diis omnibus metuendus, quos veri numinis, & cultus ejus ignari quæ falsa sunt falicè credentes, metuunt. 5. Aliæ nationes res ridiculas à sanis mentibus alienas unquam deos honorant: Dominus noster cœlum & terram potentiâ sua creavit; 6. Majestas, vis in imperando, amplitudo in

operi

Aurhoritas, potentia:
Ejuſque templa fiderum
Fulgore lucent gloriæ.
7 Tribuite Domino gentium.
Terras colentum ſæcula,
Tribuite regi cœlitum
Et robur & potentiam.
8 Tribuite magnitudinem
Tanto decoram numini:
Auguſti templi ad atria
Adferte prompti munera:
9 Adeſte pompam adducite,
Et ſupplices procumbite:
Omneſque rerum termini
Deum tremant, & diligant.
10 Narrate cunctis gentibus
Regnare Dominum, qui ligat
Orbem catenâ immobili, &
Æquis gubernat legibus,
11 Lætetur æther, geſtiat
Tellus freturn præ gaudio
Exultet, & quicquid freti Salſas

operibus ejus elucens, illi preſto eſt ipſumque adeo cœlum lumine magnificentiæ ejus reſplendet. 7 Generationes hominum terras habitantes, concedite Deo, date, inquam, ſpirituum cœleſtium Domino, & roboris & magnitudinis laudem. 8. Date magnificentiæ encomium tanti numinis majeſtate dignum, & ad templum ejus venerabile alacres dona portate. 9. Advenite, ſpectabilem & frequentem populi cœtum afferte, & ſupplicantium more lumi jacete, omniaque mundi extrema Deum & timeant & ament. 10. Verbi divini præcones undique proclamate, Deum Regem eſſe, qui vinculis firmis mundum vincit, juſtiſque ſanctionibus orbem regit. 11. Cœlum gaudeat, terra geſtu ſuo lætitiam teſtetur, ipſumque adeo mare, & quicquid profundas maris ſalſ

aquæ

Salsas lacunas incolit,
12 Campi virescant avii,
Ac cultâ fruge vestiant,
Arrideantque floribus
Sylvæ, & graventur fructibus,
13 Natura rerum gestiens,
Cunctos per artus sentiat
Dei sui præsentiam,
Et prompta justis pareat.
Jus namque veniet dicere,
A vi suos ut asserat,
Mundumque justis legibus
Et veritate temperet.

Aquas habitat, ob hilaritatem saliat. 12. Solitudines sese herbâ viridi tegant, agri culti se frumentis operiant, sylvæ oculis omnium placeant, omnique pomorum genere onerentur. 13. Tota mundi fabrica, lætitiâ exultans, per omnes partes suas Dei adventum intelligat, alacrisque mantatis illius obsequatur: Deus enim ad judicandum veniet, ut suos à violentia liberet, mundumque æquitate, & dictorum constantiâ gubernet.

PSAL. XCVII, CAR. GEN. 2

David prædicens regnum Christi magnificum fore, eversionem idololatriæ & superstitionum omnium, lætitiam & bonum fidelium obsequentium Deo exponit quos ideo ad obsequium & laudem Dei provocat.

IPse sui Dominus regni moderatur habenas:
Lætare tellus continens, & insulæ,
Quas vagus Oceanus refluis complectitur undis
Quicunque cœli subjacetis cardini.
2 Hunc circum umbriferæ nubis prætexit amictus

DOminus ipse è cœlo in terram demissus, imperium suum antea unius populi finibus conclusum, nunc vero in totum terrarum orbem prolatum exercet: tota igitur terra firma lætitiâ perfruere, terræque aquis circumdatæ, quas mare instabile undis in se redeuntibus comprehendit; quicunque cœli plagæ subditæ estis, gaudium vestrum testemini. 2. Dominum regnum suum ineuntem

Pallensque multâ fusca nox caligine.
Apparent famulæ juxtà, firmantque tribunal
Severitasque dura, mitisque æquitas.
3 Anté volant sævum rutilantes fulminis ignes,
Hosteſque flammis obruunt sequacibus.
4 Fulguribusque micat late flagrantibus æther:
Attonita tellus intremiscit: montium
Saxa fluunt, rapido ceu cera liquescit ab igne,
A sempiterni pavida vultu numinis.
Terra sui à vultu Domini tremefacta liquescit:
6 Et æquitatem templa cœli prædicant.
Et quicunq; habitant terras ubicunque remotas,
Noverê numen & Dei præsentiam.
7 Illis ora pudor turpis confundat, inanes
Quicunque mentis stipites pro diis colunt:
Dumque sacris placant picti ludibria trunci.
Se gloriantur impio in scelere pios. Quic-

suis clementem, hostibus vero terribilem, nubis obscuræ velum & nox tenebrica multâ obscuretate tenebrescens, circumcingit; aspera legum observatio, *quam ab hostibus exegit*, leniſque boni & æqui respectus, *quem ad suos habet*, ceu famulæ ejus astant, & tanquam duæ columnæ immotæ thronum ipsius stabiliunt. 3 Fulmina cum terribili splendore solium ejus præcedunt, ejusque inimicos, ignibus velociter sequentibus corripientia, perdunt: 4 Cœlumque vagis flammis ardentibus ex tribunali ejus prorumpentibus resplendet; terratum incolæ hinc tremefacti moventur: 5 Rupes & aspectum Dei viventis metuentes liquuntur, ut cera ab igne vehementi disolvitur: tetra perterrita ad aspectum Domini sui diffluit. 6 Deique domus cœlestis justitiam ejus quasi sonora voce annuntiat, quique ultima terrarum, in quacunque orbis parte, colunt, divinitatem ac præsentem dei vim agnoscunt. 7 Ignominia illis colorem vultus mutet, quicunque insipientes truncos ligneos loco Dei venerantur; quique in summa impietate se puros Dei cultores esse jactant, dum rediculam è ligno colotibur inducto imaginem, sacrificiis sibi consiliare conantur. Quicquid igeorantia facile

Quicquid ubique Dei sub nomine credulus error
Honorat, unum adoret, unum diligat.
Læta Sion tenebras errorum cernet abactas:
Judæa dulci delibuta gaudio,
Sacrilega aspiciet vani sacraria ritus
Eversa, pœnas luere meritas impios.
Nam procul astriferi trans ignea mœnia mundi
Tu frœna rerum justus arbiter tenes.
Teque Deus infra longe premis altior omnes,
Tuique obumbras numinis fastigio.
Te ergo Deum quicunque pio complectere amore,
Ascelere mentem contine puram & manum;
Nam Domino cordi est pietas vitamque bonorum
A vi tuetur impiæ tyrannidis.
Et lætum offundit lumen cultoribus æqui,
Et pura sceleris corda recreat gaudio.
Vos quibus est cordi reverentia juris & æqui,
Gaudete, Domini spe favoris ac opis

Securi

facile credens colit, in quacunque orbis parte, deum id appellans, unum illa tantum veneretur & unum amet Deum. Hierosolymæcam ignorantiam repulsam alacris videbit; Judæa quoque lætitiâ plena nefaria stultarum ceremoniarum templa solo æquata & sacrilegos Deo justum supplicium dare conspicabitur. 9 namque tu rector æquus solio excelsissimo insidens, omnia longè ultra extrema cœli gubernas, ipseque diis fictitiis multo major, ea omnia, quæ Dei nomine recensentur, sub te conculcas, illaque divinitatis tuæ altitudine tanquam umbrâ tegis. 10 Quicunque ergo deum castè colis, & amas, animum mundum, manumque ab impietate cohibe: pii enim Domino chari sunt, isque vitam justorum ab impotentia sceleratorum defensam liberat: 11 Justosque gratiâ sua circundat, & innocentium mentes lætitia reficiens renovat, 12 Vos igitur, quibus amor est æquitatis & justi, læti & tranquillo animo estote, ob spem indulgentiæ & auxilii Divini, & carmine ejus beneficiorum memori, Deum ad cœlum efferte,

Secuti: gratoque Deum super æthera cantu
Sanctumque nomen ejus usque tollite.
memoriamque, ejus venerandam assiduè extollentes, celebrate.

PSAL XCVIII. CAR: GEN: 10

Psaltes Judæos, gentes & res omnes creatas hortatur, ut gratulentur Christo de inimicis triumphanti.

NOn usitato carmine
Rerum parentem pangite,
Virtute qui victoriam
Non usitatâ retulit.
Sua ipse solus dexterâ,
Externæ opis nil indigus,
Nos liberando, posteris
Miranda gessit sæculis.
2 Seusêre gentes impiæ
Bello Dei potentiam:
Pœnas luendo, judicem
Sentire justum, & vindicem:
3 Promissa solvit optimâ
Fide Isaci nepotibus,
Partæ salutis testibus,
Totius orbis incolis.
4 5 6, Huicergo læti psallite
Totius orbis incolæ. Hunc

RErum omnium creatorem cantu novo laudate, qui nobis dedit, ut hostes virtute nova vinceremus. Deus ipse unus per se, non opus habens aliено auxilio, res posteritati stupendas fecit, nos manu sua è servitute eripiendo. 2 Nationes profanæ vires Dei in armis malis suis didicêre, dumque scelerum supplicia pendunt, Deum arbitrum esse, & justum ultorem, intellexêre! 3 Quæ autem ille, fidei datæ memor, pollicitus erat, Judæis fideliter reddidit, universis hominibus videntibus & agnoscentibus eos *Dei unius virtute* salvos & incolumes factos esse. 4, 5 6, Deo igitur universi mortales alacres canite: cum prædicationibus & ip-

Hunc ferte in astra laudibus,
Lætis tubæ, & clangoribus,
Laudate Dominum barbito,
Nervisque carmen jungite:
Lenisque tibiæ modis
Adsit sonora buccina.
7 Testetur æquor gaudium,
Et quicquid æquor occulit:
Orbisque terræ gestiat,
Et quicquid orbis educat.
8 Exultet unda fluminum,
Leni susurrans murmure:
Montesque, læti plausibus
Dum venire gaudeant.
9 En ipse Dominus advenit,
Cunctis ut orbis incolis
Det æqua justus præmia,
Et facta plectat impia.

a in signum lætitiæ clangentibus in cœlum tollite: laudes Dei cytharâ sonate, cantiones fidibus accommodate, jucundisque tibiarum numeris cornu gravè sonans jungatur. 7 Mare ipsum & quicquid mare continet, lætitiam suam significet, Terraque universa & quicquid ea nutrit, lætetur. 8 Amnis aquæ exiguo strepitu sonans, gaudeat, locaque celsa alacria Dei adventui applaudendo, lætentur. 9 Ecce Deus adest, ut idem æquus pro omnium meritis omnibus mortalibus præmia donet, sceleraque merito supplicio afficiat.

PSAL XCIX. CAR: GEN: 13

Psalles potentiam, justitiam & gratiam Christi regis nostri in omnes gentes prædicat, eamque constantem fore ab exemplo majorum docet: ideoque omnes hortatur ad colendum & prædicandum regem.

JAm regnum Dominus. spirituum pius
Qui dat jura choris. suscepit: impiis
Horror
Dominus noster, qui sanctum Angelorum cœtum regit, rerum

Horror terrificet pectora gentibus:
Tellurem quatiat tremor.
2 Nec tantum Solymæ vim Dominus sui
Fecit conspicuam numinis, & suæ
Majestatis opes cernere finibus
Terrarum dedit ultimis.
3 4 Ergo te meritis tollat honoribus,
Augustum celebret gens hominnm tuum
Nomen, qui salubri temperie modum
Sceptris constituas tuis.
Selectæ soboli qui populi tui
Jus nullis dederis mobile sæculis:
Frænas justitiæ qui moderamine
Æquali genus Isaci.
5 Sublimem Dominum laudibus & Deum
Solus qui liquido regnat in æthere,
Ferte, & scamna pedum (sanctus enim Deus
Est noster) veneramini.
6 Huic Moses & Aaron & Samuel bónus
Docti legitimis tingere victimis

omnium regimen jam isiit; metus igitur gentibus profanis etiam frementibus animos consternat, metus terram concutiens labefactet. 2 Dominus non solum Hierosolymæ potentiam divinitatis suæ manefestè ostendit, sed nationibus etiam extremis divinæ magnitudinis suæ spectandas dedit, *ut velint nolint ipsius potestatem subsint.* 3 4 Homines igitur *tuo præsidio confisi*, justa laude te Jehova prædicent, tuumque nomen venerabile, *hostibus terrificum* laudent, qui temperamento utili, regno tuo juris moderationem adhibeas, qui stripi electæ leges immutabiles donaveris; quique Judæos mediocritate omnibus æqua gubernas. 5 Deum in cœlum laudibus tollite, qui unus res in Cœlo puro moderatur, & apud fulcra pedum ejus prostrati, ipsum adorate; etenim Deus noster augustus est, 6 Moses, Aaron, & Samuel Sanctus. (*qui pro populo internuncii munere functi sunt apud Deum*) à Deo eruditi,

altaria

...tes, consilium quum pererent, data
...que oracula petentibus.
...De pila tereti nubis eis dabat
...sponsa ambiguis sollicito metu,
...gum quòd monitus pactaque fœdera
...Servassent stabili fide.
...Aurem supplicibus tu facilem dabas,
...rerum genitor maxime & optime,
...dulgensque bonis, & scelerum simul
...Vindex, durus in impios.
...Sublimem Dominum tollite laudibus.
...olos qui liquido regnat in æthere: &
...lontem quo colitur (sanctus enim Deus
...st noster) veneramini. Rerum

...nia sacrificiis lege præscriptis imbuere; cum Deum consulerent ...que eis rogantibnt, *& â Deo exauditis*, responsa reddita sunt, *ut ...unus eorum exemplum sequutus, dubitet se nunc quoque exauditum iri.* ...respondèbat Deus Prophetis iis *patribus nostris* præ timore vehe...menti incertis, de rotunda aëris densioris columna, quod jussa ...rum & conventa constanter custodiissent 8 Eos quidem supplio...rum opem potentes, parens mundi potentissime & mitissime, lu...Deus audiebas; idemque justus, pœnæque transgressionum exa...ctor, & asper in impios extitisti. 9 Deum igitur in cœlum laudi...bus tollite, qui unus in cœlo perspicuo res moderatur, & apud ...montem, ubi *templum ejus est*, adorate; etenim Deus noster sancti...tas ergo venerandus est.

PSALM C. CAR. GEN. 23

Hortatur Ecclesiam ad laudes Dei hortatur propter gratuitam electionem, ...vocationem, & beneficentiam constantem ipsius.

1, 2. ORbis omnes incolæ
...A sole Eoo ad hesperum,
Jubilate, & optimo

1, 2. UNiversi homines ab oriente ad occidentem usque lætamini, patrique omnium bonorum fonti, debitum cultum

Rerum parenti plaudite
Mente læta, & ritibus
Servite puris numini:
Gestientes gaudio
Adite sancta limina,
Ille noster est Deus,
Noster parens & conditor.
Non enim nos finximus,
Ipsi, sed illius sumus,
Qui levi de pulvere
Alit creatos & regit.
4 Ad fores ergo illius
Adite læti, gratias
Agite: festis laudibus
Benignitatem pangite.
Prædicate cæteris
Nomen beatum gentibus.
3 Nam benignitas Dei,
Et in suos clementia,
Clausa nullo est termino.
Et firma stat pactis fides
Posterorum posteris
In sempiterna sæcula.

præstantes, signa lætitiæ vestræ edite: ceremoniis impollutis Deo alacres obedite, lætitiaq; exultantes ad templum ejus augustum accedite. 3 Illum demum nostrum Deum esse agnoscimus. ille etiam noster pater & creator est: non enim ipsi nos fecimus, sed illius populus peculiaris sumus, & servi ipsi consecrati, qui nos de terra vili in *Adamo* factos nutrit, & gubernat. 4. Itaque ad templum ejus alacres accedite, beneficia ejus agnoscite, liberalitatem laudibus, quales die festo cani solent, celebrate: nomenque ejus sanctum cæteris nationibus annunciate. 5. Ejus enim munificentia & misericordia in servos suos infinita est; promissorumque constantia perpetua servorum progenici stabilis semper est.

Psa-

PSAL. CI. CAR. GEN. 5

...dit rex factus Deo spondet se procuraturum sanctificationem suam, consilii, comitatus sui, totius regni & Ecclesiæ.

TE salus rerum cano, qui precanti
Lenis irarum es, facilisque flecti,
...piorum idem tetricus rebelles
Frangere fastus.

Huc meæ vires vigilant, labores
Huc ferent omnes, opis intuæ spem
Semper ut castis domus institutis
Culta nitescat.

Salutarem mihi tu serenus
Porgis dextram, tibi corde puro
Servam; fraudum, scelerisque pura
Serviet aula.

Nec mihi exemplum statuam sequendum
Litibus siquis miseros iniquis
Vexet, aut causam renuis clientis
Prodidit hosti.

Sponte qui pravis studiis inhæret
Sit procul: sævi sceleris minister Candi-

Prædico te, servator omnium, qui peccati veniam suppliciter oranti clemens es, ad misericordiam pronus, & ad frangendam ...orum superbiam tibi repugnantem severus, sic teipsum exemplum regibus omnibus proponens. 2. Quicquid autem in me potestatis est, ad hunc scopum tendit, omnesque actiones meæ ad hunc finem spectant ut dum auxilium tuum spero judiciique & clementiæ abs te exemplum peto, familia mea motibus & ritibus puris ornata, splendeat. Si tu placatus manum mihi ad judicem dederis, animo simplici tibi parebo, domusque mea à fraudibus & nefariis facinoribus purgata, tibi obsequetur. 3. Nec proponam mihi hoc exemplum ad imitandum, siquis auxilii inopes calumniis cruciet, aut controversiam rei pauperis adversario fraudulenter dedit. 4. Qui autem lubens malum vitæ institutum pertinaciter sequitur, longe à me absit; quique operam suam ad nefas

Candidos nunquam mihi censeatur
Inter amicos,
5 Quisquis incautum lacerat sodalem,
Clam venenato jaculatus ictu,
Persequar, plectam, penitusque ab ima
Stirpe revellam.
Nec meæ mensæ dapibus fruetur
Mentis elatæ tumor, arrogansque
Vultus, & cunctos veluti minores
Lumine spernens.
6 Veritas simplex quibus est amori,
Hos amo, amplector, video libenter;
His mihi seros sociis senectus
Impleat annos.
Integer vitæ mihi sit minister:
7 Tecta non intret mea fraudulentus;
Nemo mecum intra mea commoretur
Limina mendax.
8 Impios longe (mora nulla) terræ
Finibus pellam: procul omne monstrum
Civitas sancta ut Domini releget
Flagitiorum.

accomodat, nunquam à me inter familiares simplices & ingenuos numeretur. 5. Quicunque etiam maledictis familiarem improvidum insectatur, cum sermone pestilenti occulte vulnerando, molestus certe ei fuero, in hunc animadvertam, & stirpitus omnino eruam: Nec hominis arrogantis fastus, nec superbus ejus aspectus, nec qui oculis omnes tanquam inferiores aspernatur, convictus mihi fuerit. 6. Hos ego solum diligo, quibus sermo à mendacio purus, charus est; hos ego lætus accipio, eosque egregia animi alacritate aspicio: his mihi familiaribus ætas ingravescens postremos annos finiat, qui autem mihi inservit, vit à sit immaculatâ. 7. Dolosus ædes meas non ingrediatur; nemo vanus mecum domi meæ habitet. 8. Profanos extra ditionem meam statim ejiciam, ut urbs Deo dedicata omnem fœditatem turpium facinorum prodigiosa in procul a mandet.

Eccle-

...la in captiuitate diu versata Deum supplicat; suas calamitates se...sam confirmat recordatione naturæ & promissionum Dei, quæ in ...ventu Christi & communi vocatione gentium complebuntur: Itaque Deum orat ut naturæ, promissionis & gloriæ suæ recordatus Ecclesiam ...servet, eique in æternum benedicat.

EXaudi genitor sancte meas preces,
Clamorisque sonum percipe lugubris:
Neu vultum misero subtrahe, cladibus
Omni ex patte prementibus.
...res suppliciis nunc adhibe meis:
...votis facilem te, pater optime.
...presso celerem porrige dexteram,
Ut præsenti ope subleva.
Seu fumi nebulæ tempora transvolant;
...lentis coquitur torris ab ignibus,
...latim tacitus sic dolor aridis
Humorem ebibit artubus.
Dum luctu crucio me dapis immemor;
...secta é viridi gramina cespite
...rescunt nimio torrida sole, cor
Ex succum mihi tabuit;
Crebró sic remeans spiritus ilia
...dit, sic gemitus pectora concutit Mœstus

1 Cœpe parens venerande, orationem meam, sonumque precationis luctuosæ animadverte; 2 Neve conspectum tuum à me in miseris temporibus vexato, averte, malis & molestiis undiq; ...mentibus; mundi, patet clementissime, supplicationes meas daque te precibus placabilem, manumque afflicto cito extende, meque auxilio tuo subitò attolle. 3 Vitæ meæ spatium velut fumi nubecula repente abit, & sicuti lignum à flamma modica exsiccatum consumitur; sic tristitia occulta & intestina succum omnem & vigorem è corpore arescente sensim exhaurit. 4 Dum cibi oblitus, dolore me torqueo, ut herba è terra virente falce defectæ, vehementiaque Solis excoctæ siccantur: sic cor aridum, cibum omnem fastidiens, mihi paulatim consumptum est. 5 Sic

Mœstus continuò, tabida uti cutis
Jam vix hæreat ossibus.
6, 7, Ut saltuis habitans cuculus avios,
Aut tectis latitans noctua dirutis,
Aut turtur viduus, solus inops, dies
Et noctes vigiles gemo.
8 Dum ceu ludibrium rideor improbis,
Irrisumque petunt fraude nefaria,
9 Nec panis cinere est gratior arido, &
Potum tempero fletibus.
10 Istis ira malis me cumulat tua,
Qui me sustuleras ex humili loco,
Sublimi gravius rursus ut e gradu
Tractum, præcipitem dares.
11 Ut fero in tenebras umbra crepusculo
Vanescit, celeres deproperant dies
In mortem. veluti sub medio die
Fœnum, corpus inaruit.

12 At

anhelitus sæpe recurrens interiores partes extendit, sic suspiria pectus assidue quatiunt, ut pellis sensim humore defecta, vix sese cum ossibus contineat. 6, 7 Sicut etiam cuculus sylvas solitarias habitans, aut bubo se in ædificiis everfis abscondens, aut turtur compare spoliatus; sic ego secretus, & ope destitutus, lucem totam & noctes insomnes lamentor. 8 Dum tanquam res risui excepta à malis contemnor, & per risum contemptum dolis sceleratis hostes invadunt. 9 Itaque nec cibus mihi jucundior est, quam terra sicca, & potionem lachrymis misceo. 10 Quid enim aliud fecerim? Cum tua indignatio me his molestiis oneret, qui me idcirco è tenui vitæ conditione extulisse videaris, ut ex alto statu iterum deturbatum vehementius pessundares. 11 Denique sicut imago obscura corpus sequens vespere in aëra obscuriorem dissipat; sic ætas nostra velox ad exitum accelerat, corpusque exsiccatum tanquam

At te perpetuis sæcula sæculis
ntentem, volucris non fuga temporis
rpit, nec memorem nominis obruet
Famam posteritas tui.
Tandem surge Pater, tecta Sionia
lenis placido respice lumine:
n pleno redeunt tempora circulo,
promissumque ferunt diem.
Jam servi lapides respiciunt tui
octos faciles, sparsaque rudera,
ultique soli jam miserabilem
Versa mente dolent vicem.
Ut vertat populos terrror in exteros,
nomen Domini sit celebre omnibus
numen, trifidum quà colitur solum,
Formidabile regibus:
Versam restituit quum solymam, suæ
bjestatis opes quum dabit aspici: 17 Lugen-

quam herba meridie falce resecta, 12 At celer motus ævi fu-
non imminuet te, Jehova, cujus virtute & promissis innitor
nitam perpetuitatem perpetuitati adjungentem: nec ætas ven-
fermonem hominum delebit, qui tui memotiam *apud se depositam*
celebrabunt. 13 Itaque expergiscere Pater, *postquam tot annos*
justus tuorum velut otiose spectaveris, placatusque jam oculo ami-
Hierosolymam intuere; nam tempora jam spatio peracto rever-
tur, terminumque ad reditum abs te tibi præstitutum secum
ferunt. 14 *Ecce enim reges Babylonis* tibi nunc parentes, diruta
ionis ædificia, & rudem murorum ejus materiem dissipatam pla-
cernunt, & lamentabilem terræ Judaicæ desertæ calamitatem
ro, animo mutato, ægrè ferunt: 15 Adeo ut metus conver-
tur in nationes à te, Jehova, & à religione tua prioribus sæculis
ienos; Dominique commemoratio frequens sit in ore cunctis,
nque dignitas omnibus orbis principibus metuenda sit, qua terra
tuas partes, Africam, Europam & Asiam divisa habitatur.

17 Lugentûm miseris quum querimoniis
Flectet se, & prece supplice.
18 Scribentur tabulis ista fidelibus,
Seris ut Domini nota nepotibus
Sit laus, nec senium ptodita posteris
Norit gloria sæculis.
19 De sanctis adytis ætheriæ domus.
Templi sepositis de penetralibus,
Cœlestis Dominum non piguit soli
Curas respicere ad leves.
20 Nexorum ut gemitus audiat, & neci
Addictos tetricâ compede liberet:
21 22 Laudes ut Solymæ templa Deo sonent,
Et nomen recinat Sion
In cœtu celebri. Tum procul ultimis
Terratum populi finibus exciti
Illuc sacra ferent, & Domino dabunt
Reges munera supplices.

23 Quum

Cum autem Dominus Hierosolymam jam dirutam denuò instaurabit, divitiasque gloriosæ magnificentiæ suæ cerni nobis permittet. 17 Et querelis miserandis, ac oratione humili suorum vicissim dolentium sese ad clementiam convertet; 10 Hic ordo rerum ab eo gestarum memoriæ commendabitur in libris memoriæ custodibus, ut Domini gloria posteris perspecta sit; nec honos ejus posteritati declaratus, cum tempore diminuatur. 19 Non enim fuit molestum Deo, de venerandis cœli penetralibus, & secretioribus ejus locis à vulgo separatis, exigua hominum negotia curare? 20 Ut querimonias obæratorum, qui vinculis mandati erant, intelligat, & captivos pedicis severis & morti damnatos, eximat. 21, 22 Ut ædes Hierosolymitana idcirco Dei magnificentiam laude celebret, Deumque suum Israelitæ in magna frequentia canant populi etiam è longinquo, & ab extremis mundi oris excitati ingentem sacrificia Hierosolymam deportabunt, regesque veniam precantes

23 Quamvis in medio curriculo meum
abor comminuit, destituit manum,
que ævi spaciis tempora lubrici
Contraxit brevioribus:
24 Clamabo tamen, O mi Deus unice,
vitæ medio ne stadio brevem
rsum sistæ roræ, quantulum ad ultimam
in meram super est mihi?
nunquam brevit us clausa recursibus
ltorum senio consi ier dies:
25 Tu Terræ stabilis mole, volucribus
Tu cœli prior ignibus.
26 Illis interitus stant sua tempora
Tnullo interitum tempore senties
norum series cætera deterit,
Ut vestis teritur vetus,
detrita novis pallia vestibus
ermuter locuples: sic abit & redit
mutat facies imperio tuo
Mundi dædala machina 27 At

mus dona Deo ibidem offerent. 23 Tametsi Dominus, in medio vitæ cursu, vires meas debilitavit, nullumque mihi auxilium tulit, vitæque fragilis spatium intra circulum minorem coarctavit. 24 Nihilominus tamen sic vociferabor, O mi Deus, qui solus me coleris exiguum vitæ lubricæ & fluxæ tempus in medio ejus spatio noli cohibere: quàm non parum temporis mihi ad finem ipsam restat? Tempus certè ipsum siderum reversionibus comprehensum nunquam te senectute absumet. 25 Tu enim veritatis magnitudine, & cœlestibus flammis velocibus antiquior es, in omnia sæcula perseverans. 26 Terræ & igni definitum secundi tempus fixum est, ut nullo sæculo quantumvis, longinquo ad finem pervenies; continua cursus Solis, & Lunæ vicissitudo, alia omnia absumit; ut amictus usu corruptus pedetentim consumitur, & quemadmodum dives vestes novas pro detritis usu, supponit; sic tuo jussu varia & artificiosa orbis fabrica decedit, & reverti-

27 At tu, qui fueras, semper es, atq; eris:
In teipsoque habitas: nec varias vices
Decurso patiens tempore, permanes
Metæ sæcula nescia.
28 Sed servi soboles, & sobolis tui
Servi posteritas, per seriem tuis
Tecum perpetuis æmula sæculis,
Ævi tempora transigent.

revertitur, suasque formas novat: 27 At tu qui olim eras remanebis, inque divinitate tua firmus constas, nec post longum spatium vicissitudini obnoxius, tempus sine fine duras. 28 Quinetiam famuli tui proles, posterique qui ex famuli tui prole per ordinem nascentur, tempora agent cursum æternitatis tuæ sempiternum imitantia.

PSAL. CIII. CART GEN: 5

David seipsum ad benedicendum Deo excitans, recenset gratiam illius erga se, & Ecclesiam totam verbo, operibusque testatam, & erga res omnes creatas potente regno ejus demonstratam: ideoque creaturas omnes in cœlo & terra invitat ut Deum secum laudent.

SIt parens rerum mihi carmen: illum
Vox canat, sensus petat, & remotis
Quisquis est fibris vigor, & sacratum
Nomen honoret.
2 Mens Deo laudes cane, redde grates
Mens Deo: nullis benefacta sæclis
Excidant, & quæ tribuit benigna
Munera dextrã
3, 4, 5, Qui scelus tollit maculosum, & ægros Sanat

1. Erum omnium conditor sit hymni mei argumentum; illum vocalis carminum meorum sonus laudet, intellectus etiam & quæcunque vis est in intimis præcordiis meis, illum unum querat, nomenque ejus sanctum veneretur. 2. Mens mea Deum prædica, eique gratias age, munera ejus donata, & beneficia in nos liberaliter collata, oblivione nunquam obruantur. 3. 4. 5. Hic enim unus est, qui fœda peccata nostra aufert, qui animi me-

Cetus, & longa ferie propago
Sera nepotum.

Si nec æternas violabit icti
ederis leges, memoriqne jussa
leate servarit, referatque vita
Puriter acta,

Ille flammantis super alta cœli
almina immotum solium locavit,
suo nutu facile universum
Temperat orbem.

Angeli jussis Domini ministri,
jugum jus est quibus & potestas
Sancta cogendi, Domino Deoque
Pangite laudes.

Quique castrorum comites meretis
ducis tanti imperio, audientes
dulo dictis, Domino Deoque
Pangite laudes.

22 Quæ-

mse ostendit, spiritu noti calidi subito interit. Quamvis autem hominum vita fugax esse cernatur, attamen bonorum multitudo misericordiâ Dei perpetua procul periculis, una cum posteritate in multos annos longo ordine ex illis nascentium, semper permanet. 18. Si perpetuas conventionis sanctiones non transgrediatur, Deique mandata mente beneficia ejus recordante custodierit, jussaque Dei, vitâ sanctè transacta exprimens, imitetur. 19. Ille autem noster Deus, ut ipsius in nos beneficia omittam quo non honore dignus est? qui sempiternam regni sui sedem supet fastigia cœli instar flammæ puri statuit, totumque mundum leissimo capitis motu, & sine molestia gubernat. 20. Vos etiam ngeli præceptis Dei parentes, qui ex officio vim habetis omnia ad obsequium Domini redigendi, Domino & Deo nostro laudes meam canite. 21. Vosque militum ipsius copiæ, qui sub potestate & ligni tanti imperatoris militatis, jussis ejus diligenter obsequen-

22 Quæque per vastos ubicunque fines
Imperi pollens opifex creavit,
Plaudite authori Domino Deoque
Pangite laudes.
Mens Deo grates cane: redde grates
Mens Deo: hunc sensus petat, & remotis
Quisquis est fibris vigor, & beatum
Nomen honoret.

tes Dominum Deumque prædicate. 22. Quæcunque etiàm Deus auctor porens fecit per omnes regni sui fines, Dominum & Deum rerum omnium authorem laude celebrate; mens denique mea beneficiorum Dei memor Deum prædica, eique gratias age; intellectus meus & quæcunque vis est intimis præcordiis meis illum unum quærat, nomenque ejus sacrosanctum veneretur.

PSAL. CIV. CAR: GEN: I

Psaltes seipsum ad Deum laudandum concitat, a rerum creatione, dispositione administratione, & conservatione; hinc omnes secum ad Deum laudibus celebrandum hortatur, contraque venientibus malè precatur.

1, 2, 3 TE rerũ Deus alme canã; Dominumq; Patrẽq;
Magne parens sancta quã majestate verendo;
Æ heris æternas rector moliris habenas.
Te decor, auratis ambit te gloria pennis,
Et circumfusum vestit pro tegmine lumen.
Tu tibi pro velo nitidi tentoria cœli
Et liquidas curvo suspendis fornice lymphas:
Et levibus ventorum alis per inania vectus,

1, 2, 3 TE, Jehova, qui omnia sustines & alis, universitatis creatorem & regem omnium potentem prædicabo; potens mundi conditor, quàm honorandus es ob venerabilem maximæ potestatis authoritatem! qui rex æternus regimen cœli perpetuum tractas, pulchritudo & magnificentia in operibus tuis elucens, alis quasi aureis famæ illustris diffusè volans te circumcingit; splendorque loco vestis fulgentis undique te circundat: ut loco tegumenti cœlum nitidum ceu papilionem circumquaque expansum, aquâsque puras virtute tua suitas arcu pando pendere facis

Sanat angores, animoque vires
Reddit, & vitæ properante fato
Prorogat annos.
Qui manu larga tibi plura donat
Ore quam poscas, animo vel optes:
Servat ac in morem aquilæ, virentem
Flore juventam.
6, 7 Integer judex, scelerumque vindex,
Tradidit sancto sua jura Mosi.
Isaci prolem docuit piarum
Dogmata legum.
8, 9 Lenis & blandus, dare dona largus.
Tardus irasci: neque sempiternæ
Servit offensæ memor, aut perennes
Ardet in iras.
10, 11 Nec modus pœnæ numerusve nostris
Æquus est culpis: bonitas redundat
Latius, terræ plaga quam remoto
Distat olympo.

12 Tam molestiis a sensu scelerum ortis, & tristitiâ nos afficientibus, cum medici periti partes obiens, medetur, suumque robur animo restituit, morteque festinante spatium vivendi in longum ducit; qui benignita te sua plura apud te beneficia ponit, quam aut sermone petere audeas, aut mente cupias: quique juvenilem ætatem vigore suo vegetam tibi, ut aquilæ avium vivacissimæ, custodit. 6. 7. Deus hic arbiter incorruptus omniumque nequitiarum ultor, *Mosi* viro integro leges suas dedit, posterosque Isaci decretis sanctionum divinarum erudivit. 8. 9. Hic est *Deus* mitis & indulgens, ad benefaciendum liberalis, ad iram segnis, neque peccati in perpetuum recordatus, iracundiam suam exercet, aut in suos indignatione sempiterna inflammatur. 10, 11. Nec suplicii magnitudo, nec multitudo nostris vitiis æqualis est: clementia *Dei* pares sceleribus pœnas non exigens, spaciosius diffunditur, quam terra ipsa, aut ullus terræ locus à cœlo loginquo remotus est. 12. Fœ-

12 Tam procul noſtri maculas removit
Criminis, quam ſe procul à cubili
Gaditano ſol oriens Eois
Exerit undis.
13 Qualis in natos placidi parentis
Lenitas, talis Domini benigni eſt,
Quiſquis illius pietate vera
Nomen adorat.
14 Tu ſinus mentis penitus repoſtos,
Tu pater noſti penetrale cordis:
Quippe nos terræ memor é rubenti
Pulvere factos.
16, 16 Herba ceu, latens pueri venuſtas,
Prodit, occultoque adoleſcit ævo,
Donec ut fœnum cadat arefactum
Falce ſenectæ.
Inſtar aut floris Tyrio comantis
Murice, ut vultu modice ſereno
Riſit, afflatu tepidi repente
Concidit auſtri.
17 Sed Dei æterna bonitate in ævum
Totus æternum, remanet piorum

Com-

-ditatem peccati noſtri tam longè à nobis ſeparavit, quam Sol ſe -hominibus manè oſtendens, procul ab occaſu apud inſulas Gadi ſupra terram ſeſe attollit. 13. Quali clementiâ patres indulgentes erga liberos in aliqua miſeria verſantes, afficiuntur; tali benevolentia Dominus liberalis eum complectitur, quicunque nomen ejus, religione pura colit. 14. Tu Jehova latebras animi occulta vides, tu intimas cordis cogitationes cognoſcis, quippe qui memineris nos è terra rubra in parente primo, conflatos à te eſſe, 16. Jucunda pueri infantia ceu herba ſucco pleno ſeſe oſtendit, nobiſque non ſentientibus creſcit, donec ſucco naturali conſumpto, et herba ſecta, ſenectute moriatur: aut velut flos comas purpureo producens murici tyrio ſimiles, ubi aſpectu jucundo paululum gra-

tum

parit ubi implumes peregrina ciconia fœtus,
18 Tu timidis montes damis: cava saxa dedisti,
Furus ut abstrusis habitaret echinus in antris.
19 Tu Lunæ incertos vultus per tempora certa
Circum agis: puroque accensum lumine solem
Ducis ad occiduas constanti tramite metas:
20 Inde superfusis cuncta in volventibus umbris,
Per tacitas spargis nocturna silentia terras.
21 Tum fera prorepit latebris, sylvisque relictis
Prædator vacuis errare leunculus arvis
Audet, & é cœlo mugitu pabula rauco
22 Te patrem exposcit: dein rursus Sole renato
Abditur occultis prædatrix turba cavernis,
Vicinque vicem subeunt hominumque boumque labores,
Donec sera rubens accendat lumina vesper.
24 25 Sic pater in cunctos dedis te commodus usus.
Nec tantum tellus, genitor, tua munera sentit.
Tam variis fœcunda bonis: sed & æquora ponti
Fluctibus immensas circumplectentia terras,
Tempore aliunde advolans teneros & nudos adhuc pullos educat.
17 Tu damis meticulosis loca excelsa & ardua, saxa autem caver-
nis tribuisti, ut in eorum speluncis occultis, erinaceus sine pe-
riculo permaneret. 19 Tu faciem lunæ mutabilem statis tempo-
ribus circumducis, Solemque lumine clara lucentem orbitâ certa
ad finem usque occidentis quasi dux itineris agis. 20 Post autem
solis occasū obscuritate omnia complectente inductâ, taciturnita-
tem nocturnam per terras quiescentes fundis. 21 Tum animalia
domita furtim è caveis suis eunt. leoque prædâ vivens, sylvâ
egressus audet in agris ab hominum conversione liberis vagari, ru-
moque aspero cœlitus abs te creatore suo victum, 22 Deinde,
ubi rursum oriente, animalia prædâ viventa latibilis secretis sese
occultant. 23 Vicissimque hominum & jumentorum operæ, in
quo potissimum colendo positæ, succedunt, donec hesperus ru-
bens faces nocturnas illuminet. 24, 25 Sic te patet ad omnia,
quæ animantibus usui esse possunt aptè accommodas; nec terra so-

lum

Tam laxo ſpatioſa ſinu: tot milla gentis
Squamigeræ tremula per ſtagna liquentia caudâ
26 Exultant: tot monſtra ingentia & horrida viſu
Veliferas circumnant puppes: grandia cete
Effingunt molles vitreo ſub marmore luſus.
27 Atque adeò quæ terra arvis, quæ fluctibus æquor
Educat, a te uno pendent, pater optime teque
Quæque ſuo PEOPRIUM poſcunt in tempore victum,
28 Te magnamque pandente manum, ſaturantur abu
29 omnia. te rurſus vultum condente. fatiſcunt;
Te tollente animam, ſubito exanimata recurrunt
30 In cinerem: inſpirante animam te denuo, ſurgit
Illico fœcundæ ſobolis generoſa propago,
Et deſolatas gens incolit aurea terras.
31 Sic eat: ô nullo reguet cùm fine per ævum
lum, pater tot generibus frugum fructumque locuples, ſed
etiam tam capaci gremio latè patens, terraſque vaſtas aquis
plectens, munificentiam tuam percipit: tanta piſcium ſq
ſorum multitudo, per aquas liquidas caudâ tremente l
26 Totque prodigioſæ animalium facies magnæ fœdæque al
naves, vela quibus iter faciunt, & reguntur, ferentes. ci
gunt. Tot piſces amplæ magnitudinis ſub mari perſpicuo
nes delicatas exprimunt 27 Inſuper etiam, *ut paucis omn*
plectar, quæ terra agris ſuis. quæque mare aquis animantia
vitam & ſpiritum à te ſolo habentia, ab eodem omnia ad
tollerandam neceſſaria expectant, ſingulaque conveniens
trimentum, cùm opus eſt, abs te petunt. 28 Tu autem r
largam aperiente, omnia ad ſatietatem copioſè accipiunt.
verò rurſus faciem tuam abſcondente, tabeſcunt, te vitan
rente ſtatim mortua in pulverem redeunt; 30 Te denique
vitam inſtante nòva progenies prolis copioſæ generis op
ereſcit, ſoboleſque nobilis recenter procreata terras cul
prius deſtitutatas habitat. 31 Ita ſemper fiat, Deique laud
petuo vigeat; utinam etiam *Deus* ille immenſæ poteſtatis
ſuum in deſinentur exerceat, reſque omnes à ſe creatas
unum amanter cuſtodiat.

nas ceu celeres volitantia nubila currus.
Apparent accinctæ auræ flammæque ministræ,
Ut jussa accipiant. Stat nullo mobilis ævo
ra, super solidæ nitens fundamine molis,
Pollenti stabilita manu, terra obruta quondam
ictibus ut fuso super ardua culmina velo:
8 Sed simul increpuit tua vox, tonitruque tremendo
sonuêre auræ, paulatim ascendere montes
rnere erat. sensimque cavas subsidere valles,
que cavas valles, trepidas decurrere lymphas.
Néve iterum immissa tellus stagnaret ab unda,
mitibus compressa suis resonantia plangit
ttora, præscriptas metuens transcendere metas.
Tum liquidi fontes imis de collibus augent
lumina, per virides undas volventia campos;
Unde sitim sedent pecudes. quæ pinguia tondent
cis; pérque aërem vacuum a ventis volucribus portatus, nubes
gas instar vehiculorum velocium gubernas. 4 Venti etiam
nquam angeli tui ad imperata faciendum paratî sunt, ignesque
serviendum tibi astant. ut mandata tua audiant, 5 Terra lo-
co suo nunquam movenda superincumbens centro magnitudinis
sue compactæ, quasi rupis firmæ fundamento, vi inenarrabili &
rte potentiæ divinæ confirmato, constitit. 6 Terra hæc olim a-
quis operta fuit, ceu tegumento super altissima quæque montium
cacumina superinducta, *eòrum vortices longè superante*: 7, 8 Sed
simul atque vox tua illas increpantis sonuit, aërque, terribili nu-
bium ruptarum fremitu murmur edidit,, quilibet videre poterat,
aquis recedentibus, montes sese sursum versum pedenditim attol-
lere, locaque depressa sensim descendere, aquas etiam quasi præ
metu festinantes, in loca humiliora desluere. 9 Ac ne terra in-
star stagni staret aquâ ad eam denuò operiendam invecta, unda
certo termino cohibita terram adjacentem fragore fluctum graviter
sonantem percutit. formidans limites sibi assignatos transire. 10
Tum scaturgines aquæ puræ è tradicibus collium fluentes, dant in-
crementum amnibus aquas suas per agros gramineos trahentibus:

Pascua, quique feris onager saxa invia sylvis
12 Incolit hic levibus quæ tranant aëra pennis,
Per virides passim ramos sua tecta volucres
Concelebrant, mulcentque vagis loca sola querelis.
13, 14, 15 *Tu* pater aërios montes camposque jacentes
Nectare cœlesti saturas, fœcundaque rerum
Semina vitales in luminis elicis oras:
Unde pecus carpat viridis nova pabula fœni:
Unde olus humanos geniale assurgat in usus.
Quique novent fessas cerealia munera vires:
Quæque hilarent mentes jucundi pocula vini,
Quique hilaret vultus succus viridantis olivi.
16 17 Nec minus arboribus succi genitabilis humor
Sufficitur, cedro Libanum frondente coronas,
Alitibus nidos, abies tibi consita surgit,

11 E quibus animalia mansueta, quæ pabula læta carpunt, asinusque sylvester rupes difficiles in nemoribus incultis habitans, bibendi aviditatem diminuant. 12 Aves quoque quæ aëra celeri volatu transeunt, suos hîc nidos ubique per arbores virescentes frequentes adeunt; cantuque passim agros querulo, solitudines jucundiores reddunt. 13, 14, 15 *Tu* montes insuper excelsos agrosque depressos, rerum creator, succo pluviæ cœlitus missæ, ad saturitatem usque irrigas primaque rerum omnium semina, & elementa feracia in fines, in quibus lumen diffunditur, id est in terram, quam res animatæ habitant, trahis, è quibus seminibus animalia mansueta recentem herbæ pastum colligunt; è quibus etiam herbæ edules naturæ hominum convenientes, ad eorum victum oriuntur: unde frumenta, quæ à Cerere inventa fingunt, virosque languentes recreant, enascuntur: unde etiam vinum animis humanis lætitiam afferens, oleumque viride vultum gratiorem reddens proveniat. 16, 17 Aqua etiam pluvialis ad res gignendas & augendas faciens arboribus abs te subministratur. Tu libanum montem cedro arbore frondem multam habente ad habitacula avibus præbenda circumcircà cingis. Abies plantata per te crescit, ubi ciconia certo tempore

ieſtas divina; ſuumque in ſæcula lætus
ſervet opus Deus ille Deus, quo territa tellus
ncutiente tremit, montes tangente vaporant,
nifera trepidum nebulâ teſtante pavorem.
Hunc ego, dum vivam, dum ſpiritus hos reget artus.
Uſque colam; tantum ille meas faciliſque bonuſque
ipiat voces: nempe illo oblector in uno
At vero impietas planè extirpetur ab ima
dice, & ſcelerum ſtirps nulla repullulet: at nos
eterum Deus alme patrem Dominumque canemus.

in Ille (inquam) Deus, quo dum fervet ira, terram commente, eadem perculſa labaſcit; quo etiam manum montibus ovente, montes vapores confeſtim emittunt, nube tenui inimi eorum timorem indicante. Hunc ego Deum, quamzo, ac dum ſpirabo, ſemper venerabor: 4 Illud autem um poſtulo, ut benevolus ille & benignus orationem meam ipiat, namque ejus ſolius voluptatem capio. 5 At impiã ſtam de Deo opinionem habentes, radicitus evellantur, nulæ ſcelerum planta recreſcat; noſque te authorem & regem ſoomnium potentem, Jehova, confeſſi prædicabimus.

PSAL CV. CAR: GEN: 26

Hortatur Eccleſiam ad Deum laudandum & colendum, à fœdere ejus gratuito, à mirifica adminiſtratione Dei ex fœdere, cujus partes ſunt tres. 1. *De rebus mirificè geſtis ante profectionem in Ægyptum.* 2. *De rebus in Ægypto geſtis.* 3. *De rebus geſtis poſt exitum ex Ægypto, quæ omnia accepta ferenda docet Dei promiſſioni, & agnoſcenda ſanctæ & fideli obſequio.*

CAnite Dominum, & invocate nomen ejus: exteris
Facta gentibus pet orbem prædicate illuſtria.
, Ille ſermo, carmen ille, & illius miracula,
omen ejus, numen ejus, una nobis gloria.
Audate Deum, eumque ad auxilium ferendum ſinclamate, res ab eo ſplendidè geſtas populis a religione Dei alienis per mundum univerſum annunciate. 3. 3. Ille ſemper in ore noſtro ver ſetur, illum ſemper canamus, miranda illius facta fama, & divi-

Hunc amantum & hunc petentum palpitet cor gaudio.
4 Robur ejus, pignus ejus sacro sanctum roboris,
Petite: vultum ejus beatum continenter quærite.
5 Subeat animum quanta nostris edidit majoribus
Signa, quæ portenta: legum scita quæ reliquerit,
6 Vos Abrami, vos Jacobi posteri, servi Dei
Separati, sorte lecta natio, vos alloquor.
7 Ille rerum rector unus orbis unus arbiter,
8 Pacta nostris firma servat facta cum majoribus,
Verba meminit: mille sancta in sæcla nectit fœdera.
9 Icta primitus cum Abramo, deinde jurata Isaco
10 Isaci sancita nato, lege non mutabili:
Posterisque sempiterno roborata vinculo,
11 Quum tibi Chananæa (dixit) parva sorte dividam.
12 Tuba numero parva quamvis advena illic degeret,
nitas ejus id unum est, in quo possumus nos potissimum ostentare; animus eorum, qui Deum diligunt, quique ad eum viam affectant, præ lætitia saliat. 4. Potentiam arcamque fœderis inviolabile virtutis ejus testimonium, & symbolū aspectabile studiose quærite, curate ut ad hunc sanctum Dei aspectum assidue adeatis. 5. Mementote, quam magna miracula, quæque mirabilia operata proavorum & nostri causa edita, ostenderit: quarumque e sanctissimum nobis datarum memoriam nobis prodiderit. 6. Vobis cum mihi est sermo progenies Abrahami, & Jacobi, famuli Dei ab aliis nationibus divisi, genusque hominum peculiari sortitionis jure a Deo electum. 7. Jehova solus rerum omnium gubernator, qui solus in potestate sua mundum universum habet. 8. Fœderum parentibus nostris inita firmissime custodit, verborum fœderis reminiscitur, pacta inviolabilia in perpetuum firmat. Facta quidem ab initio cum Abrahamo, deinde Isaco jure jurando expressio sancita. 10 Jacobo etiam sanctione sempiterna perpetui decreti loco confirmata, ejusque progenici fide inviolabili stabilita. 11. Quum Deus Israeli, soboliique ejus sic locutus est, Terra Chananæorum sorte tibi tuisque partiar: quod autem liberaliter sic pollicitus, erat fide optima præstitit. 12. Licet enim turba mul-

...cta nondum stirpe longis temporum decursibus.
Regna quanquam & nationes exul errans verteret;
Eam tamen Dei benigna fovit indulgentia:
...mque duram præpotenti dextrâ ab illis arcuit:
...minis reges potentes tetricis compescuit.
Ne mihi (inquit) consecratos, ne mihi unctos tangite:
...meis, moneo, prophetis abstinete injuriam,
Quum famem voracem in orbē contumacem induceret,
...ntibusque alimenta late noxiis subduceret,
Prævium misit ministrum Nili ad arva fertilis;
...ium pulchræ Rachelis mango turpis vendidit:
Carceris latuit tenebris, crura victus compede;
... 20 Somnii donec soluti nota regi veritas.
...ura ferro liberavit, solvit animum crimine:
Et nova sortis benignæ jam vicissitudine,

...ltitudine exigua, peregre advenitia illic habitaret, familia tem-
...is longinquita tenondum numerosa. 13 Eaque licet extra
...um natale vagabunda provincias & regiones diversas mutaret.
14 Hanc tamen exulem vehemens Dei liberalis benevolentia
...stentavit, & ab illa violentiam hostium asperam potentiâ invicta
...ohibuit, gravique pœnarum metu reges inimicos ejus coercuit,
...ctum his verbis conscribens. 15. Ne molestiam exhibete,
...quit Deus, hominibus, sacris ceremoniis mihi dedicatis, mihiq;
...ctione signatis: edico vobis, vim arcete à prophetis mihi selectis
16 Postea vero cum Deus victus penuriam, famelicos voraces red-
...entem, in mundum rebellem introduceret, magnoque terrarum
...tio commeatum omnem ab hominibus sceleratis abstraheret.
17. famulum suum Josephum, famem antecedentem, ad Æ-
...yptum fœcundam proficisci jussit, qui hospitium suis præpararet:
...cedus puerorum mercator, eum prius pecunia mutavit. 18. Jo-
...sephus postea in obscuro carcere coercitus est, pedes habens vinculo
...ligatos. 19. 20. Donec tempore constituto, vera visi per somn-
...um interpretatio exposita, regique Pharaoni cognita, effecerat,
...ut eum rex compedibus liberaret, ejusque animum à scelere ab-
...solveret, 21 Jamque novâ fortunæ faventis permutatione Jose-

Regiorum servulorum servus antea ignobilis
22 Fræna rerum tractat unus: nuper custodia
Missus, aulæ purpuratos nunc coercet vinculis:
Et senum juvenis severæ præsidet prudentiæ.
23 Isaci tandem propago culta linquens patria,
Pinguis ad fluenta Nili castra fixit advena.
24 Ac Deo fovente, læta stirpe sic refloruit,
Viribus brevi ut præiret inquilinus incolas.
25 Tum phari rector superbæ mente versa Abramidas,
Fraude molitus nefanda stirpitus revellere:
26 Circulo donec voluto destinati temporis,
Legifer cum fratre Moses missus est divinitus,
27 Ac pharon-Pharique regem terruit miraculis.
28 Ergo natura, imperantis non rebellis jussibus,
Vestiit polum tenebris, & solum caligine
Condidit, ceu nocte cæca sole jusso cedere.

phus ante abscurus servus è famulis regis Pharaonis. 22. Solus omnia jubernat, nuperque è carcere liberatus, attributa ei in omnes potestate arbitraria. nunc principes nobiles aulæ regiæ compedibus cohibet, nec dum ævi maturus, senibus gravibus & sapientibus præfectus est. 23. Longo igitur post tempore, ecce posteri Isaci terram natalem deserentes, peregrini tentoria sua prope Nilum fluvium posuerunt. 24. Ac indulgentiâ divina, sobole fecunda ita mirum in modum aucti sunt, ut extranei brevi spatio, cives ipsos (quibus propterea exosi fuerunt) potentia vincerent.

25 Tum rex Ægypti potentis consilio mutato Hebræos dolo scelerato penitus extinguere conatus est. 26. Donec cursu temporis à Deo constituti circumacto, Moses legumlator, cum fratre Aarone divino jussu in Ægyptum venisset, ut illis subsidio foret.

27. Quum autem res eorum prorsus deploratæ viderentur, tum demum *Deus* per Mosen factis mirandis regnum illud ac regem Pharaonem perterrefecit. 28. Ergo perpetua *Dei* in rebus creatis ordinatio, Dei ipsius mandato non repugnans, cœlum obscuritate abscondit, terramque tenebris texit, Sole jusso abire, acsi nox terris obona esset. 29. Unda non sui coloris, sanguinis corruptione

Unda decolor cruoris tabe rivos polluit.
mœæque strage turbæ inquinavit littora:
Terra ferax ante frugum, more nunc præpostero,
pibus fœcunda ranis squalet; ipsa regia
a ranis, ipsa rerum fœta sunt cubilia.
Fusa deinde nube densa musca Memphin occulit:
pediculorum ubique fœda erant examina.
32 Instar imbrium ruebat mista flamma grandini.
bores nudans comantes fronde, flore, fructibus.
35 Quod reliquit atra grando, mox locusta perdidit
uchus abstulit locustas quad voraces fugerat.
Tot malis subinde sævis icta Nili regia,
uum ferox non mitigaret contumaces spiritus,
ta populum mox in ipsum versa pœna sæviit.
ima pignorum repentè per penates omnium
cidere: cuncta planctu, cuncta fletu personant.
7 Rege tandem pertinace cladibus perterrito,

e fluvios infecit, terrasque vicinas factâ piscium occisione, fœ-
init, 30. Ægyptus superioribus annis omnium fructuum pro-
entu beata, nunc contra pristinum morem, ranis fœdis abund-
, obsoleta & fœda aspectu est, ipsumque regis palatium ranis
uum est, lecti & cubilia regum ranis etiam referta abundabant.
31. Deinde musca magno agmine instar nubis advolans, Æ-
gyptum ipsam operuit, & pediculorum multitudo passim occur-
rebat. 32. 33. Flamma conjuncta cum imbre lapidum ex aquâ
oncreta tanquam pluviâ totam Ægyptum percurrens in terram
cidebat, arboresque frondosas foliis prima spe proventus, & pro-
entu ipso exuens, contrivit. 32. 35. Quod grando nocens o-
misit, locusta animal noxium repentè vorans destruxit: Bruchus
infectum vorax absumpsit, quod locustæ intactum reliquerunt.
36. Aulâ regis Ægypti tot calamitatibus sæpe perculsa, cum
homines contumaces animos feroces non demitterent, supplicium
divinitus in ipsos Ægyptios statim infestè incubuit: primogenita
confestim per domos cunctas à Deo cæsa sunt: omnia loca luctu
luctus indicio, & mœstitiâ perstrepunt. 37. Rege Pharaone

tum

Sancta Memphin gens reliquit, jam tyranno libera,
Dives auro argenteisque barbarorum poculis;
Nec tot inter millia ullum languor attentaverat.
38 Ergo Nili jam pavore liberata regia;
Vocc, vultu, plausibusque præferebat gaudium.
39 At parens memor benignus gentis electæ sibi,
Per siticulosæ arenæ vastitatem imperviam
Castra nubis texit umbâ luce: noctem luridam
Ignium late coruſco temperavit lumine.
40 Arva, victum cum rogarent, texit imber alitum;
Panis impluit per auras more densæ grandinis:
41 Petra jussa fudit undas: deque rupis viscere
42 Ante sicca solitudo flumen hausit. Scilicet
Fœderis parens benignus immemor nunquam sui,
Quod sibi caro cum Abramo sempiternum fecerat:
43 Sic parentum stirps piorum, tuta ductu numinis
Arva liquit fraudulenta perfidi Pelusii:

tamdiu contumace, tot tandem calamitatibus perterrefacto; Judæi populi à Deo selecti, rege sævo liberati, Ægyptum deseruerunt, abundantes auro, & gentium profanarum vasis ex argento factis nec ægritudo ulla quenquam in tanto numero invasit. 38. Itaque regis Ægypti palatium metu liberatum. lætitiam oratione, ore, & sonorâ manuum percussione ostendebat. 39. At Jehova pater amicus & liberalis, populi sibi peculiaris recordatus, exercitum suum nubis obscuritate adversus Solis ardorem de die abscondit, noctemque obscurum, claro ignex columnæ splendore quaquaversum mitigavit, per solitudinis aridæ planiciem propter calorem impermeabilem. 40. Cum autem populus querulus cibum peteret, coturnices impluentes campos operuerunt; manna pro pane datum de cœlo, per aërem, instar imbris grandine frequentis, defluxit. 41. Rupes jubente Domino rivos aquæ dedit. 42. Locusque desertas, anteà aquarum penuria laborus, de intima rupis parte magnam aquæ vim accepit: certe creator liberalis pacti sui non oblitus fuit, quod cum Abrahamo servo sibi dilecto pepigerat: 43. Sic posteritas majorum Deum colentium procul à pericu-

culo

Occupatis eflerarum nationum ſedibus
didit Deus labores impiorum eis carpere :
Sanctiones ut tenerent ſacroſancti fœderis,
piarum ad juſſa legum facta cuncta fingerent.
s, honor, decuſque Regi ſempiterno cœlitum.
, ipſo ducente Deo, fœdi ragam Ægypti doloſæ gentem de-
it 44: Deuſq; captis oppidis & regionibus à gentibus ſine lege
entibus, poſſeſſis, Hæbræis donavit bona ſceleratorũ laboribus
colligere. 45. Ut prioribus incolis profanis diſſimiles le-
ſati inviolabilis obſervarent, & ad mandata legum ſanctarum,
nes omnes formarent : gloria, decus, magnitudo ſit perpe-
ſpirituum cœleſtium rectori.

PSAL. CVI. CAR: GENIA

fſa confitetur, homines ob tenuitatem ſuam impares eſſe Deo celebrando verbis & operibus, at contra peccatis ſuis Dei gloriam convelli, & commemoratis majorum peccatis, quibus ſemper Deus pro ſua clementia & miſericordia condonavit, in ſalute confirmata benedicit Deo.

Audate Regem cœlitum, regem bonum,
Suiſque nullo non benignum tempore.
Quis facta verbis æquet ? eloquentiâ
is aſſequetur illius potentiam ?
O ter beatos æqui amantes, & tuæ
ſcripta legis qui tuentur jugiter !
Memento noſtri facilis & favens, tuum
roſpicere populum qua ſoles clementia:
me reviſe lenis ac ſalutifer.

5 Ut

Prædicate regem ſpirituum cœleſtium, regem bonitate ſumma præditum, & facilem, ſuiſque ſemper indulgentem. 3, Quis autem res noſtra cauſa ab eo geſtas, pro earum magnitudine oratione exponere poterit quis amplitudinem ejus ulla predicationis ratione attingere valebit ? 3. O multum felices æquitatis ſemper ſtudioſos, quique præcepta legis tuæ intuentes, ea aſſidue defendunt ! 4 Reminiſcere Jehova. noſtri mitis & indulgens, qua ſoles venias benignitate populum tibi ſacrum complecti & tueri, meque viſum

mitis

5 Ut separati tibi bonis populi fruar.
Carpamque lætus quo fruuntur gaudio,
Hæreditatique comes applaudam tuæ.
6 Sceleſta proles cum ſceleſtis partibus
In te rebelles multa iniqua fecimus:
Abominando, dira perpetravimus.
7 Nam nec tyranni Ægyptii ex ergaſtulo
Noſtri parentes liberi per te, tua
Oſtenta graviter ponderarunt, nec tua
Meminere gratis mentibus clementiæ:
Sed propter undas æquoris rubri, duces
Adverſus animis rurba contumacibus.
8 Obmurmuravit. At parens malis bonus
Pœnas remittis, ut tuam clementiam
Agnoſcat orbis, & tremat potentiam.
9 Nam comminanti ceſſit unda fluctuum:
Suſpenſa moles hinc & inde per ſali
Tranquilli arenas aridam dedit viam,

Ce

mitis & adjutor. 5. Ut commodorum populi tibi ſelecti teſtis, & particeps ſim, quaque funguntur illi, lætitiam hilaris capiam, accontubernalis una cum gente illa, quâ tibi pro peculio ac hæreditate aſciviſti, læter & exultem. 6. nos certè poſteritas ſcelerata, ut ingenuè fateamur, cum majoribus ſcelere etiam contaminatis, tibi nos hoſtes profeſſi. multa injuſta commiſimus, dicimus nefaria, & execrabilia fecimus. 7. Nam ut ab alto rem omnem exordiamur, nec majores noſtri, te authore, è ſervili carcere Pharaonis emiſſi, tua miracula pro eorum merito æſtimarunt, nec bonitatem tuam animo beneficii non oblito, memoriâ tenuerunt prope mare rubrum multitudo populi animis pertinacibus adverſus præfectos ſeditioſe loquuta eſt. 8. At tu, Jehova, patet indulgens, ſupplicium ſceleratis condonas, ut univerſi homines miſericordiam tuam inteligant, & magnitudinem metuant. 9. Nam æſtus maris tibi increpanti paruit, magnaque vis aquæ utrin-

que

solida campis figerent vestigia:
Donec tyranno liberati & hostium
udelitate, tuta tuti littora
Tenuêre, at hostes vorticoso gurgite
orpsit unda, cladis ut nec nuntius
Superesset. Illic tum salutis compotes,
emque verbis præbuêre, & cantibus
cinêre festis numinis potentiam.
Metu repulso. protinus lascivia
imos rebelles perculit: nec amplius
eminere signa nec pericula pristina:
Repenté prava perciti libidine
sêre, verbis & Deum procacibus
impulerunt sræna justæ solvere:
Ac flagitatos impie dedit cibos,
stisque pœnis impios coercuit.
Nec pœna mentes, nec benignitas feras
ollire potuit, quin procaciter ducem Ducisque
e coërcita per arenas maris immoti etiam rebelles transire per-
sit, ceu per campos solidos ingrederentur.
Donec a Pharaone rege impotenti hostibus crudelibus erepti o-
m maris pacatam extra periculum attigêre. 11 At contra, æ-
or Ægyptos inimicos impetu aquæ in se retorto, sic devoravit,
ne index quidem ullus calamitatis tantæ ex illis restaret. 12
Tum Hebræi in littore Arabiæ his periculis erepti credidêrunt tibi,
minibusque, qualia diebus festis cani solent potentiam Dei
lebrarunt. 12 Hoc autem periculi timore amoto, petulantia
imos eorum Deo minus obsequentes statim percussit, nec mira-
cula, nec discrimina priora in memoria habuêre. 14 Sed cupi-
ditatibus malis subitò flagrantes vehementer elati fuère, & petu-
lanti oratione Deum meritæ indignationi & vindictæ liberè sese
dare coegerunt. 15 Illisque alimenta contumaciter & avidè pe-
tita tribuit, & sceleratos adversus deum merito *tabis & maciei* sup-
plicio affecit. 16 Sed nec supplicium ullum, nec indulgentia
illa animos indomitos mansuifecere potuit, quin contentio de

Ducisque fratrem peteret æmulatio,
Et freta studiis semper ambitio malis.
17 18 Sed factiosos terra vasto condidit
Sinu dehiscens, flammeique gurgitis
Torrens vorago devoravit impios.
19 20, 21, 22. Nec noxiorum monita tot pœnis moduꝝ
Gens prava sceleri fecit. Horebi in jugo
(Proh facinus!) ante imaginem bovis dei
Imago sese stravit, & fronde saturi
Simulachra tauri coluit instar numinis;
Partæ salutis nuper ingrata, immemor
Miraculorum in urbibus Niloticis,
Et fluctu eodem sospites se, subrutos
Hostes superbos vorticosis æstibus.
23 Ergo sceleſtos ira justa perdere
Ibat, furenti ni Deo carum caput
Pro gente Moses obtulisset, & preco
24 Frænasset iras. Nec tamen turbæ furor Illic

honore, & honoris cupiditas, improborum favore semper subnixa Mosen & Aaronem aggrederetur. 17, 18 Sed terra idcirco ingenti hiatu sese aperiens, Dathanem & Abiramum seditiosos obruit, ingensque iræ divinæ quasi hiatus igneus instar fluminis ignei supernè ruentis, conjuratos & sacrilegos absumptos deglutivit, 19, 20, 21, 22. Nec tamen populus impius delicto suo finem fecit, tot improborum suppliciis admonitus; (ô scelus!) in monte Horebo homo statuam bovis adoravit: bovis, inquam, effigiem, quæ frondè pascitur, loco dei veneratus est, non agnoscens vitam paulò antè acceptam; operumque mirandorum in urbibus Ægyptiis editorum oblitus, immemorque se eodem fluctu incolumes, hostes verò elatos, undis in vorticem surgentibus & contortis obrutos fuisse. 23 Itaque merita Dei indignatio malos perditura erat, nisi Moses *Deo cæteris acceptus*, ei indignanti seipsum pro populo dedisset, Deique indignationem oratione mitigasset. 24 Nec tamen dementia populi in illo facinore cessavit: nocturnem

Illic quievit: expetitum tam diu
Uber feracis sprevit agri: nec fidem
Mosi docenti, pollicenti nec Deo
25 Habuit: tumultu castra complens respuit
26 27 Imperia: donec ille munificus parens
Delere promptus inter invia montium
Toties rebelles, extulit dextram, & genus
Per nationes impias disperdere
28 Jam destinarat: ante sculpta numina
Iterum protervi procidêre, & mortuis
Diis thura, lectasque immolarunt hostias:
29 Deum sceleribus provocaverunt novis,
Iramque rursum exasperarunt vindicem:
30 31 Justa incitatus donec irâ Phineas,
Ferro sceleratam puniit licentiam,
Et sævientem dexteram compescuit
Domini sibique peperit æternum decus
Quod nulla sileant posterorum sæcula.
32, 33 Nec contumaces supplicia tot spiritus Coercu-

item terræ fertilis tot sæculis desideratam, contempsit, nec Mosi voluntatem Dei ostendenti, nec Deo promittenti, credidit. 25 Sed totis castris seditiosè agendo Deo parêre renuit. 26 27. Donec liberalis ille pater, ad eos interimendum paratus, *sæpe si per scelestiores repugnantes*, manum in altum levavit, & cum animo suo statutum habuerat, inter gentes profanas & contumaces Hebræos iram suam variis calamitatibus extinguere. 28 Rebelles enim illi se se denuò ante cælatata Baal Pehor simulachra ad orandum prostraverunt, thusque & victimas selectas diis vanis expetitus sacrificaverunt. 29 Peccatisque recentibus Deum irritaverunt, ac indignationem ad vindictam paratam iterum concitarunt: 30. 31 Donec Phineas irâ commotus, in sceleratos, Dei jugum detrectantes, gladio animadvertit, Deumque paratum ad supplicium expetendum inhibuit; sibique gloriam perpetuam comparavit, de qua nulla ætas futura conticescat. 32. 33 Nec tamen tot

Coërcuerunt, Meribæ ad undas quin Dei
Rursus furorem accenderent: nec publico
Moses furore liber etiam incredulâ
Oratione vertit' iram numinis
34 In se. Potiti deinde pactis finibus,
Nec impiarum semen omne gentium
Dispetdiderunt funditus, nec jussibus
Recte monentis paruerunt numinis:
35 Sed se profanis miscuêre gentibus,
36 Didicêre ritus, serviére sudictis
Diis: ac eorum mancipati cultibns,
Tenuére puras à scelere nullo manus.
37 Quippe immolarunt filios ac filias
38, 39, 40 41 Ad demonum aras: & suæ propaginis
Tinxêre sculptos sanguine innocuo deos,
Terramque sanctam polluêrunt cædibus.
In scelera proni abominanda, dum suæ
Manus adorant opera, patrium Deum
Justas ad iras provocaverunt, ut suam Hæc

pœnæ animos rebelles fregerunt, quin iterum iram Dei ad usus jurgii & contentionis inflammarent. Mosesque non expers communis universorum insaniæ, indignationem Dei adversus se convertit, oratione Dei pollicitis diffidente, *qui propterea in deserto cum suum obiit.* 34 Deinde agros promissos adepti totam gentium profanarum stirpem non penitus deleverunt, *contra quam districte mandarat Deus,* nec Dei bene consulentis præceptis audientes fuerunt. 35 Sed populis diversæ religionis sese sociantes eis familiariter mixti sunt, 36 Eorum cæremonias acceperunt, deosque rediculos coluerunt, sacrisque eorum ritibus devoti, sese à nullo peccato inviolatos continuerunt. 37 Nam eo *dementiæ provecti sunt,* ut liberos suos ad aras malorum spirituum mactarent. 38, 39, 40, 41 Et innoxio eorum cruore fictilia deorum simulachra imbuerunt, totamque regionem illam à Deo exceptam, sanguine insonte contaminarunt, ad omnia scelera nefanda suscipienda paratidum

Hæreditatem abominatus impiis
40 servitutem manciparet hostibus;
41 Quorum severo penè contriti jugo,
Posuêre lævam spiritus ferociam.
42 Ac liberati sæpe Domino vindice,
Rursus rebelles spiritus in vindicem
Sumpsêre: rursus ob scelera pœnas sua
44 Dedêre, mitis nec Dei bonitas tamen
In rebus arctis innocentium à prece
45 Averit aurem: fœderis memor sui
Pœnas remisit lenis & placabilis.
46 Quin & superba corda gentis barbaræ,
Cui serviebant diruta jam patriâ,
Lenivit: animos omnium ut perstringeret
Imago sortis flebilis vel hostibus.
47 Tu nos tuere Domine noster & Deus,
Et è profanis gentibus recollige:
Ut te canamus, nomen ut sanctum tuum 48 Cele-

tum autem deos à se factos venerantur, *Deum majorum ad me-*
tiam indignationem concitarunt, ut populum sibi segregatum
execratus in servitutem hostibus profanis addiceret. 42 Quorum
tamen duro propè obsumpti, ferum animi superbiam
ad tempus abjecerunt. 44 Et quamvis in libertatem sæpe sint
vindicati, Domino eos asserente: adversus Deum tamen assertorem
suum animi ferociam resumpsêre, ideoque de illis, *delictorum gra-*
vi denuò supplicium sumpsit; 44 Nec tamen lenis illa clemen-
tia Dei *admiranda*, preces innoxiorum in periculis illis versantium
audivit; 45 Deus pacti sui recordatus, mitis & liberalis supplici-
um eis condonavit: 46 Immò etiam insolentiam gentis feræ mi-
tigavit, quæ urbe majorum eversa eos in captivitatem abreptos
servitute oppresserat, ut species fortunæ eorum vel inimicis deplo-
randæ, hostium oculis objecta, omnes commoveret. Tu Domi-
ne noster ac Deus nos ab hostibus defende, deque nationibus re-
ligionis diversæ & depravatæ nos aggregatos apud te denuò collige,
ut

48 Celebremus unum: populus omnis ut Simul
Dicat, Deo quem posteri Abrami colunt,
Sit laus, honorque in sæculorum sæcula.
Amen, Amen.

ut te laude celebremus. 48 Deque te solo multa honorificè p
dicemus, & mortales universi dicant; Deo, quem Hebræi ve
rantur, sit prædicatio, omnis gloria & obedientia in perpetu

LIBER QUINTUS.

PSAL CVII. CAR: GEN:

Psaltes bonitatem & benignitatem Dei celebrat erga exules peregrè errantes, erga captivos, ægrotos, in mari jactatos, erga mutationes singularum regionum & personarum ex Dei providentia; & admirans vecordiam hominum; Dei opera magnifica non animadvertentium, omnes ad Dei laudes hortatur.

CAntemus Dominumq; bonum, facilemq; parentem
Cujus habet nullas larga indulgentia metas:
2 Hunc grato simul ore canant, quos dira tyrannis
Quum premeret, sævo incolumes ex hoste recepit,
Et juga captivo excussit servilia collo.
3 Perque feras gentes sparsos, quà surgit ab undis,
Et quà diversas abiens se condit in undas
Phœbus; ab arctoo campis glacialibus ursæ
Collegit, tepidoque domum revocavit ab austro,
4 5 6 7 Per steriles saltus & inhospita saxa vagantes,

CElebremus Dominum mitem & patrem benevolum, cujus bonitas nullum habet finem. 2 Celebrent hunc unà mecum omnes, quos ab inimicis crudelibus salvos reduxit, cum impia sævitia eos vexaret, & servitutis vinculum servicibus captorum emit. 3 Quosque passim per immites nationes disjectos collegit quà sol è mari oritur, & qua descendens in occidente divisa mundi parte sese abscondit, quosque è regione frigida polo arctico subjecta, & quos à Noto vento, calido domum reduxit. 4 5 6 7 Errabundi per saltus infructuosos, & per rupes inculas, quà nul-

la in-

Qua nulla ad cultas ducunt vestigia terras,
Fracti animos mœrore, inopes undæque cibique
Auxilium miseris imploravêre querelis;
Audiit orantes, & opis miseratus egenos,
Omnibus exolvit mœrentia pectora curis:
Monstravitque; viam cultas quæ ferret ad urbes.
Ergo canant Dominumque bonum, facilemq; parentem
Et laté ignotis pandant facta inclyta terris:
Quippe sitim victuque famem compescuit ægram,
Reddidit & membris vires animoque vigorem.
10 11 12 13 Qnique Dei monitis ingrata mente relictis,
Carceris in tenebris & cæca nocte jacebant,
Quum tremerent gelidæ exanimes formidine mortis
Afflictique malis humiles fractique jacerent,
Auxilium miseris imploravere querelis:
Audiit orantes, & opis miseratus egenos,
Omnibus exolvit mœrentia pectora curis,
Ia itineris signa viam hominibus ad terras habitatas ostendunt; summâ desperatione affecti, victus & aquæ egeni, oratione miserabili opem petiêre; Deus precibus eorum animum advertit, & misericordiâ motus erga destitutos auxilio, omnibus animi anxietatibus mœstos liberavit, vîamque ostendit, quà itur ad urbes civibus frequentes. 8 *Ergo* laudent Dominum mitem & benignum patrem, ejusque res præclaras passim per regiones longinquas *veri Dei ignaras*, exponant. 9 Quia his bibendi desiderium diminuit, victusque penuriam eos ægritudine afficientem, cibo sedavit, roburque corpori, & vim suam menti testituit, 10, 11, 12, 13. Qui contemptâ lege divina, mente beneficiorum immemori, *Et suis potius quam Dei consiliis obsecuti*, in carcere tenebroso & summâ obscuritate coërciti erant, cum propemodum præ timore lethi frigus inducentis, horrerent; cumque malis, vexati, animo dejecto demissi, languerent; *eoque sunt redacti, ut nihil in quoquam opus invenirent*, oratione miserabili opem petiêre, Deus eorum precibus animum advertit, & misericordiâ motus erga destituos auxilio, omnibus animi anxietatibus mœstos liberavit. 14 Compe-

de,

14 Vincla manu validâ rupit, mortisque timorem
Reppulit, & tetris pavidos eduxit ab umbris.
15 Ergo canant Dominumq; bonum facilemq; parentem,
Et latè ignotis pandant facta inclyta terris,
16 Liminaque & portæ qui clausstra refregit ahenæ.
17 18 Deliciis animi vires quum stulta libido
Affligit, corpusque gravi languore solutum
Stultitiæ pendit pœnas & morte propinquâ
Rejiciunt omnem fastidia marcida victum;
19 Auxilium miseris qui imploravere querelis,
Aspicit orantes, & opis miseratus egenos,
Omnibus exolvit mœrentia pectora curis,
20 Ereptisque suo lethi de limine verbo,
Restituit lætumque, novat per membra vigorem:
21 Ergo canant Dominumq; bonum facilemq; parentem,
Et latè ignotis pandant facta inclyta terris:
22 Et memores cumulent meritis altaria donis,

des quoque manu forti fregit, & mortis metum ab eis amovit ac meticulosos è fœdis carceris tenebris eximit. 15 Ergo laudent Dominum mitem & benignum patrem, ejusque res praeclaras per regiones longinquas Dei ignaras, passim promulgent. 16 Qui ostia quoque, & portæ validissimæ repagula evertit. 17, 18 *Quid de iis praterea dixero?* quibus cum stolidum voluptatis studium molli cultu & delicata vivendi ratione animi vigorem debilitavit, corpusque morbo conflictatum cupiditatis stultæ supplicium luit, cumque tibi odium, cui omnia marcent, & acerba sunt, omni alimentum morte instante aspernatur; 19 *Hi tamen* oratione miserabili cum opem petiere, Deus precibus eorum animum advertit, & misericordiâ motus erga destitutos auxilio, omnibus animi anxietatibus mœstos liberavit. 20 Suique verbi potentia ab ostio mortis servatis vim vegetam toto corpore reddit, ac reficit. 21 Ergo laudent Dominum mitem & benignum patrem, ejusque res præclaras passim per regiones veri Dei ignaras exponant. 22 Magnaque munerum (jure debitorum) strue, aras grati adaugeant, vitamque

gratâ acceptam testentur voce salutem.
Qui mare fluctisonum sulcat, curvisque carinis
dmovet externas vaga per commercia gentes,
Non ignota illi divina potentia, nec quæ
onstrat in immenso miracula sæpe profundo.
,26, 27 Quum jubet erumpunt venti stridente procella,
mare nunc spumis canentibus astra lacessit,
nunc tartarei subsidit ad ima barathri:
allent ora, metus trepidantia pectora pulsat,
velut oppressis vino vestigia nutant:
allida nec cani juvat ars aut cura magistri:
At Dominum ut mœstis imploravere querelis,
nudit trepidos, & opis miseratur egenos,
Jam venti ponunt, strataque æqualiter unda,
ndent taciti tranquilla silentia ponti.
o Jam posita læti gaudent formidine nautæ.

Cum-
umque restitutam indicent oratione testante eos beneficii me-
ores esse. 23 *Ceterum*, qui mare murmurans navigat, & lon-
inquas nationes propinquas facere videtur per mercaturam nav
spandis undique petitam, 24 Miranda *Dei* potestas illi perspecta
factaque mirabilia, quæ in mari vasto ostendit. ei satisfunt cog-
,25,26,27, Quum ventus Deus imperat, venti tempestate gra-
et sonante, mare invadunt, ipseque pontus nunc cœlum ipsum
pumis albentibus provocat; nunc vero ad fundum usque infer
sese aperit; facies vectorum metu exanguis est, timorque eo-
um pectora celeriter moventia percellit, hisque velut ebriis gres-
us instabiles evadunt, nec prudens gubernatoris longævi scientia
diligentia prodest. 28. Sed ubi oratione miserabili à Domino
pem petêre, Deus tepidorum precibus animum advertit, miseri
cordiâ erga destitutos auxilio permotus. 29. Hinc venti jam se-
antur, marisque quiescentis malacia spem bonam nautis injicit,
undâ jam ad planum reducta; 30. Qui jam abjecto mortis ti-
more lætantur, cum fluctibus sedatis, naves diruptæ in portum ex-
petitum pervenere. 31. Ergo laudent Dominum mitem & be-

Cum laceræ optatum portum tetigere carinæ.
31 Ergo canant Dominumque bonum, facilemq; parentem
Et late ignotis pandant facta inclyta terris.
32 *Hunc* populi cœtus laudent, sanctique senatus
33 Concilium super astra ferat, qui flumina siccat,
Et riguos, passim rivis bullantibus agros,
Fontibus occlusis sitienti damnat arenâ:
34 Et fœcunda, sui facta ob scelerata coloni,
Arva jubet salsis subitò sterilescere glebis,
35,36,37,38 At contra in sterili campo malé pinguis arena
Stare lacus, pingueſque facit stagnare paludes:
Et fluviis siccos riviſque fugacibus agros
Irrigat, atque inopi transmittit habere colono:
Quique novas sanctis moderetur legibus urbes,
Et scrobibus credat vites, & semina sulcis,
Unde legat dulces maturo in tempore fructus,
Quos pater omnipotens alit, & proventibus auget
39, 40 Assiduis pecorum fœtus. Ubi nescia rutsus

Can-

nignum patrem, ejusque res præclaras passim per regiones longinquas veri Dei ignaras, annuncient. 32 Conciones populi Dominum prædicent, hunc seniorum prudentium conventus vehementer laudent. 33. Qui fluviorum alveos aquis liberat, suoque nuti decreto, terras aqua irrigatas, fluviolis ubique bullas intercurrendum excitantibus, scaturiginibus aquarum clausis, ariditate punit. 34. Agrosque fertiles, terrâ salsa, ideoque inutili, ob peccata agricolæ eam colentis, steriles fieri facit. 35, 36, 37, 38. At è contrario in arvo arenæ macilentæ iu fœcundo stagna efficit & paludes limosas stare, agrosque penuriâ aquæ laborantes, per inducta flumina & fluviolos mobiles aquis irrorat, eosque cultori pauperi fruendos donat qui & civitates novas bonis institutis regat & arbores fossis committere queat, quique sementem faciat, ejus semine terræ mandata fructus jucundos tempestive colligere possit, quos Deus etiam fovet, qui agnos ejus & hœdos, & id genus animalia incremento continuo multiplicat. 39, 40, Ubi verò im-

sum

commoda fortunæ modicé mens ferre secundæ,
ena dedit vitiis, retrahit sua munera justus
abiter: indomitos animos & corda superba
adibus affligit. sævis punire tyrannis
radit, & ignavo petulans sub principe vulgus
ontemptum, populis prædam jubet esse propinquis.
erque inopes victus terras traducit, ubi antè
ulla hominum tritum monstrant vestigia callem,
Avertit mala pauperibusque animique modestis.
que hilares multa fœcundat prole penates.
Hæc spectant gaudentque boni, malè conscia mussat.
Turba metu. At animo quibus est solertia, curâ.
ssidua volvunt. memorique hæc mente recondunt,
æreat ut cunctis Domini clementia terris.

Meus

im homines istî ignari utilitates fortunæ prosperæ moderatæ fer
e, sese cupiditatibus suis permiserunt, Deus judex æquus benefi
entiam suam revocat, & feroces ac arrogantes calamitatibus do
at, præfectisque crudelibus puniendos donat, vulgusque contu
ax sub rege stolido neglectum, in rapinam vicinis esse facit
eque terras steriles ire cogit, ubi nulla hominum indicia priori
us temporibus viam assuetam ostendunt. 41. Inopes autem &
moderatos incommodis prohibet, læramq; horum familiam sobole
numerosâ abundare facit. 42 Hæc omnes recto judicio præditi
ernunt, & lætantur. Contra vero vulgus peccatum suum agnoscens
æximore secum murmurat. 43. At prudentes hæc summâ dili
gentia animo versant, hisque considerandis sese totos dedunt, ser
mandaque memoriæ commendant, ut Dei indulgentia omnibus
ationibus sit perspecta.

PSAL. CVIII. CAR: GEN: 2

*Devid rex, Deo gloriam ipsius commendat in benignitate & fide præ-
standa, promissiones ejus commemorat, auxilium implorat, & se ea-
dem duce ad opus accingit.*

MEns invicta malis, animi vigor integer orbis
Te voce, rector, te celebrabit lyra.
2 Eia age, depositis mens expergiscere curis:
Et tu canora barbitos cum nabliis.
Ocyus auroræ quam lucifer excitet ignes,
Aurora cantus quam volucrum exuscitet,
3 Te pater alme canam: populos tua facta per omnes
Quacunque tellus panditur, vates feram:
4 Nam tua siderei bonitas fastigia cœli,
Fidesque tractus nubium supervolat.
5 O Deus augustum nitido caput exere cœlo:
Ostende terris gloriæ jubar tuæ.
6 Eripiasque tuos gelidi formidine lethi
Præsens, & opiter invocantes audias.
7 Audiit ex adytoque Deus flammantis olympi,
Vocem rependit gaudii prænunciam.
En tibi frugiferos Sichimæ dispertiar agros:
Vallem Sucothi metiar decempedâ.
8 None mihi parent Jacobi pignora, quisquis

1 Noto

MEns adversus mala constans, visque animi non turabata, te, rerum omnium rex, cantu & cythará venerabitur. 2. Eia age mens evigila, molestisque cogitationibus amotis, ad te reique cythara suaviter sonans cum nabliis expergiscere: citiusquam stella Veneris lucem solis exortum antecentem; id est, quàm pusculum maturinum evocet, citiusque quam aurora cantus avium excitet. 3. Te rerum creator & conservator, omnia alens, celebrabo, tuaque miracula canens, eadem per omnes populos, quacunque terra extenditur, diffundam. 4. Tua enim misericordia altissima cœli parte, in quo lucent sidera, sublimior est, promissorumque constantia nubibus ipsis excelsior. 5. Profer, Jehova, è cœlo caput venerabile, & hominibus universis splendorem majestatis & magnificentiæ tuæ commonstra. 6. Ut, quos diligis, timore mortis frigus inducentis, propitius liberes, teque rogantes ad auxilium ferendum promptus ex aulas: 7. Et certe ita fiet. Imò verò Deus nos jam auscultavit, eque penetrali cœli stellantis lætitiam

Vel pecore tondet arva, vel vomere secat?
Oppida sub pedibus Syriæ calcabo superbæ
Moabum Idumes, & Palestinas domos.
Quis mihi pandet iter munitas ductor ad arces?
Muros Idumes divitis quis diruet?
Quis? nisi tu nostræ gentis deus unice tutor?
Qui nos premendos hostibus reliqueras,
Offensus vitiis pravis: nec in arma ruentes,
Nostros præibas dux, ut ante exercitus.
Nunc pater auxilium rebus bonus adfer in arctis;
Humana fallax credulos spes decipit:
Te duce, victrici decorati tempora lauro,
Pedibus prememus hostis arrogantiam.

iam promittens, responsum hoc reddidit: Ecce tibi fertile urbis Sichem solum dividam, planaque Sucothi virga decempedali distribuam. 8. Nonne posteri Jacobi dicto sunt audientes mihi, quicunque eorum vel pecuarius pastor est, vel terram aratio persti git? 9. Urbesque Syriæ opulentæ in ditionem imperii meiredigam Moabumque Arabiæ, Idumæam & Palestinam Syriæ regiones mihi subjiciam. 10. Sed quis tandem imperator viam mihi ad munimenta hostium aperiet quis mœnia Idumes urbis Syriæ opibus fluentis evertet? 11. Quis alius à te, Jehova, nostræ nationis defensore? qui peccatis nostris iratus nos inimicis opptimendos detrueras, nec agmina nostra ad bellum euntia præcedebas, uti prius solebas. 12. Fer nunc opem, pater clemens, nobis temporum angustias adductis; spes ex hominibus pendens falla, facilè confidentes fallit: 13. At nos te ductore capita gerentes coronâ è lauro victoriæ indice ornata, hostis superbiam conculcabimus.

PSAL CIX. CAR. GEN. 2.

David calumniis malevolorum traductus apud Schaulem, calumniatoribus eorum familiis nominis & saluti male precatur, propter obfirmatam illorum malitiam, & a ccepta salute sua profitetur se benignitatem Dei celebraturum

NEfileas, ne dissimula mea gloria, neve
Sine veritatem supprimi mendacio.
Ne te hanc silentio transmittas, Jehova, metum decus, de

quo

2 Me scelerati oris fraus & crudele venenum,
Proterva fictis lingua me premit dolis.
3 In me odia occultis aeuunt sermonibus iras,
Et immerenti fabricant molestiam.
4 Qui mihi debebant fidum solamen amici,
Probra ingerebant clanculum & convitia.
Ast ego, secretæ tibi qui penetralia mentis
Cernis, dolente corde fundebam preces.
5 Omnibus officiis culti mihi damna rependunt
Remunerant odio amorem simplicem.
6 Tu pater hunc sævo vexandum trade tyranno
Vastator illi ad dexteram astet Angelus.
7 Judicis astiterit quum sordidus ante tribunal,
Damnatus aspris exeat sententiis.
Quum volet iratos animos inflectere fando,
Oratione judices exasperet.
8 Ante diem fato pereat præreptus acerbo:

Locum, quo glorior, & cui confido, neu re ostendas eam ignorare, nec sine orationem veram à falsa vinci. 2. Prava enim hominum scelestorum versutia sævaque mendacii pestis, & lingua petulans fraude commentitiâ me opprimit. Malevolentia indignationem hominum in me mendaciis clàm confictis inflammis, meque immeritum molestiâ afficit. 4. Quos etiam oportuit consolationem mihi adhibere, qualem amici fideles afferunt iis me maledicta & contumelias occultè conjiciebant. At ego interea mœstus rogabam, qui intima mentis occultæ præcordia vides 5 Qui in honore omnigeno à me habiti sunt, summo studio mihi incommoda reddunt, malevolentiam pro benevolentia sincera rependunt. 6. Hunc pater, inimicum meum crudeli domine destruendum exhibe, Nuncius Dei depopulato præsens sit illi conatibus ejus obsistens. 7. quum autem veste lugubri indutus ad solium judicis venerit, ipse causâ inferior, decreto molesto contra se prolato, discedat: cumque studebit, animos judicum offensos ad misericordiam prece & oratione movere, verbis suis eosdem iratos reddat. 8. Ante tempus letho præpropero ablatus, mortem immatu-

Locumque vacuum dominus occupet novus,
9 Orba fleat soboles. viduâ gemat uxor in aula
10 Ejecta proles patrio exulet solo;
Instabilis. mendica, vagis etroribus orbem
Lustret: quietum reperiat nusquam locum.
11 Conturbetque domum miseram, inscribatque penates
Scrutatus omnes fœnerator arculas.
Ignotusque hæres longo congesta labore
12 Rapiat, opemque nemo poscenti ferat:
Nullaque progeniem miserato sublevet orbam.
13 Mors falce totam demetat semel domum,
Proxima gentem omnem cum nomine deleat ætas.
14 15 16 Apudque Dominum, patris erratum. ut recens,
Ante oculos interque manus versetur & erret:
Nec vitia matris tollat ulla oblivio.
Utque erat oblitus miserandi, oblivio gentem
Ejus perenni supprimat silentio:

immaturam oppetat, aliusque bonorum possessor, domum ab eo desertam obtineat, & de functione deturbato alius ei succedat. 9 Proles illius parentibus carens, mœreat, conjunx in aula domino privata lugeat. 10. Liberi expatria expulsi errent; liberi, inquam, errones vagabundi stipem petentes, incertis peregrinationibus mundum circumeant, locumque nullibi inveniant, ubi conquiescant. 11. Fœnoris exactor, ubi forulos omnes scrutando pervestigaverit, domum calamitosam sursum ac deorsum vertat, successorque incognitus in bona ipsius molestiis duris & laboribus improbis acquisita per vim involet. 12. Nemoque sit auxilio opem petenti: nullius misericordia prolem patre carentem juvet. 13 Mors familiam totam ferro suo evertat, sæculumque sequens cognationem omnem cum memoria extinguat; 14, 15, 16, Patrisque peccata semper præsentia sint & obvia, velut nova apud Deum, & in conspectum ejus semper sese offerant, matrisque delictum perpetuo in memoria habeatur; & sicuti omnis humanitatis expers, misericordiâ flecti non consueverat, familiam ejus perpetuâ obscuritate taciturnitas obruat; qoi me humilem nullo

meo

Qui dejectum, inopem, & curis mordacibus ægrum
Pertrahere mortis nixus est in retia.
17 Semper ei veluti fuerat maledicto cordi.
Maledicta in illum & execrato cadent.
Ac veluti studio fugit benedicere pravo,
Sic nullus illi cupiat aut dicat bene.
18 Et velut obtegitur talari corpus amictu
Totus miseriis ille sordeat obsitus.
Sic in cuncta illi passim se viscera fundant,
Ut oleum in ossa penetrat, unda in viscera.
19 Hoc ergo incedat semper vestitus amictu:
Hæc zona lumbos cingat illi & ilia.
20 *Ante* Deum tales pendat detractio pœnas,
Et clàm salutem quisquis oppugnat meam.
21 Alme pater, pater alme, tua me protege dextra,
Et invidorum libera calumniis:
Ut nomen latus omne tuum telluris honoret,
Et suavitatem sentiat clementiæ.

meo merito afflictum, amicis orbum, cogitationibus moleste confectum, & ad necem quæsitum, ad exitium adducere conatus est. 17 Sicuti etiam maledicentia semper fuit ei chara, convicia & diræ, quas imprecatur, in ipsius caput recidant; & quemadmodum malo animo verba bona cuiquam facere vitaverat; sic nemo illi benevolus sit, aut bene de eo loquatur. 18 Ac quemadmodum corpus veste ad talos usque demissâ amicitur; sic ille tota calamitatibus ab ira tua importatis opertus, cunctis evilescat; & miseriæ passim in interanea fusæ dilatentur, ut oleum in solida corporis, aquaque in carnem permeat.

19 Hac igitur maledictionis veste indutus obambulet, hoc cingulum renes illi & viscera circundet. 20 Maledicentia hostium meorum ita in conspectu Dei puniatur, & quicunque calumniis incolumitatem meam nititur evertere. 21 *At tu contrà*, pro potentiâ tua me defende, falsâque malevolorum criminationes rue, ut omnis terræ pars te veneretur, jucundumque misericordis

Eripe me inuidiæ: sum pauper, egenus & expes:
Animumque curæ turbidum urunt anxiæ.
Non aliter pereo, species quam futilis umbræ,
Pallent tenebris sera quum crepuscula,
Aut ubi decussis solerti indagine ramis,
Locusta tectis pulsa frondeis cadit.
Genua labant infirma: artus jejunia solvunt:
Exangue siccis corpus aret ossibus.
Me tumidi probris hostes petiere superbis:
Me contpicati capita quassarunt sua.
Adfer opem. servumque tuum, pater optime, serva
Prolenitate semper assuetâ tibi.
Agnoscantque tuam, rerum pater optime, dexteram,
Tuaque salvum me sciant clementiâ.
Dum maledicta vomeut hostes dum probra loquentur
Bonusque placidusque benedices tu mihi
Dum confusa illis turpis pudor ora notabit,
Lætitia servi pectus hilarabit tui.

fructum intelligat. 23 Ab invidis me libera, sum enim de-
tus, inops, spe orbatus, mentemque turbatam solicitudines
olestæ perrorquent. 23 Similiterque evanesco ac figura umbræ
midæ cum crepuscula vesperrina luce obscurâ mistant, aut uti
rasta cum ex arboribus ejecta decidit, ramis diligenti indagati-
ne excussis, *sic ego huc & illuc saltito.* 24 Genua debilia me non
rentia succidunt, victus inopia ossium juncturas laxat, corpus-
sanguine carens, cum ossa sine succo sint, humore deficiunt.
Hostes superbi contumeliis arrogantibus me invaserunt, me-
ne cernentes capita sua per ludibrium motarunt. 26 Auxilio
mihi, pater, famulumque tuum juxta clementiam tibi pro-
ium custodi. 27 Ut & potentiam tuam hostes intelligant, me-
que benignitate tua liberatum esse cognoscant. 28 Dumque op-
brio fundent, dum convitiabuntur, tu facilis & placatus ope-
tua me foverbis. 29 Dum dedecus & ignominia illos erubescere
get, gaudium famuli tibi addicti animum alacrem efficies: ut-
que vestis, à summo capite ad pedes usque demissa, totum corpus

Hos pudor ut talos a vertice vestis ad imos
Effusa laté corpus omne contegit:
Hos pudor, & mœrens turbato infamia vultu,
Qui me maligno dente rodunt, obtuat.
30 At ego tum Domino grates memor ore sonabo,
Cœtuque laudes in celebri concinam:
31 Qui stetit auxilio dexter, cum paupere, vitamque
Eripuit ejus hostium ludibrio.

velat, sic pudor & ignominia tristis ore perplexo hos operiat, qui me malitiosè detrectant. 30 At ego tum gratus voce mea Deo gratias agam, inque turba frequenti Dei magnitudinem celebrabo. 31 Qui præsens favensque adfuit humili & abjecto, cumque ad se provocantem ab hostium irrisione liberavit.

PSAL. CX. CAR: GEN:

Christus Dominus noster ad spirituale regnum & sacerdotium æternum in Ecclesia vocatur, deinde proponitur potentissima victoria de inimicis & triumpho ejus.

1 Sic alloquutus Dominus est Dominum meum
Asside dexteram ad meam,
Dum proterendos, ceu scabellum, sub pedes
Hostes tibi provolvero:
2 A dorbis oras ultimas fasces tuos
Altâ ab Sione proferam:
Ut joris æqui vinculis coerceas
Fastus rebelles hostium.
3 Te pompa lætis quum reduces plausibus
Ad templa vori compotem.

Sancta

DEus Pater ita affatus est Christum filium, Dominum & Deum meum: Compone te ad sedendum ad dexteram manum meam *rebus omnibus dominaturum*, dum ceu scamnum inimicos *regendi tibi reluctantes*, infra pedes tuos conculcandos tibi prostravero. 2 Imperii tui insignia ab Hierosolyma ad mundi extrema proferam, ut legum justarum potestate hostes superbos & rebelles coërceas. 3 Cum autem turba frequens *se tibi ultro regendam tradet* lætitiaque gestiens, te *de hostibus triumphantem* ad ædem sacram comitabitur

Sancto decorus apparatu exercitus
Lætum celebrabit diem.
Non roris imber ante Incem argenteis
Tot vestit arva gemmulis.
Quam multa cunctis gentium de finibus
Ad te propago confluet.
4 Juravit & seadstrinxit immutabili
Dominus sacramento tibi:
Fore futurum Melchisedecis sibi
Ritu sacrorum antistitem,
Sol inquieto lucis orbe dum diem,
Dum Luna noctem illuminet.
5 6 Ad dexteram illi semper assistet tuam:
Ferro tyrannos vindice
Compescet: iram commodans suam tibi,
Gentes rebelles comprimet.
Duceseque regnis imperantes ditibus
7 Sternet solo: torrentibus
E fortuitis, dum fugam premet, sitim Victor

nitabitur, potitum eo, quod cupiebas, populi tui copiæ ornamentis venerabilibus instructæ lætum & celebrem diem exhibebunt, Ros purus manè copiosè cadens, non tot veluti gemmis pulchris ita campos operit: quam quot liberorum & juvenum horum ex omnibus nationum oris ad te concursus fiet. 4 Dominus sanctè tibi promisit, seque adhibito jurejurando stabili & inviolabili obligavit, *Te, ut populum Deo in æternum reconcilies*, pontificem more Melchisedecis sibi futurum, quamdiu Sol globo lucis semper se movente, diem collustrabit, lunaque noctis tenebris lumen allatura est. 5, 6 Christus propter te, sancte cœtus, semper præsens erit: Reges impotentes tibi adversantes gladio ultore semper coercebit, suamque ad tempus exhibens indignationem tibi, gentes tumultuantes compescet, regesque regionibus opulentis dominantes in humum dejiciet. 7 Dumque hostes fugientes urgebit, hostium potitus, vehementem bibendi cupiditatem è

Victor levabit igneam.
Ergo subactis hostibus, cœlo caput
Tollet decorum gloriâ.

fluviis rapidis ei fortè obviis imminuet itaque victis inimicis in cœlum landibus feretur.

PSAL. CXI. CAR: GEN:

Psaltes suo exemplo hortatur Ecclesiam ad laudandum Deum ob amplas ejus opera erga Israelitas, & sanctum ejus fœdus, hinc recordatus officii piorum erga Deum, omnes provocat ad reverentiam & laudationem ejus.

SIve inter fidos tractem secreta sodales,
Seu sancti stipante caterva
Me populi loquar, alme parens, te pectore toto
Usque canam, tua munera grato
2 Ore feram, magna æternæ miracula dextræ:
Magna quidem, sed & inclyta certé
Et manifesta bonis, studio scrutante fideli.
3 Quicquid enim gerit, omnia splendor,
Omnia divina majestas luce refulgens
Illustrat: dum sidera terras
Ignea lustrabunt, hunc justum semper & æquum
Sera agnoscent sæcla nepotum.
4 Nec quæ primævi quondam stupuere parentes Attonitis.

SIve inter amicos fideles de rebus arcanis agam, [illegible] multitudine gentis Iudaciæ me circundante, *ad [illegible]candâ, mecum dei beneficia congregata*, sermonem habeam, [illegible] pater ex animo celebrabo, tuaque beneficia ore meo eorum [illegible] memori evulgabo. 2 Opera admirabilia Dei non solum ingenia quidem sunt, sed etiam illustria, piisque omnibus perspicua diligentiâ ipsorum constanti eadem investigante. 3 Quodcunque enim Deus egit, decor & magnitudo latè perspicua lumine cœlesti eum authorem ostendente, sic veneranda faciunt omnia, *ut Deo omnium tribuatur honos*: dumque sidera splendida terras circumibunt, posteritas Deum esse æquabili erga omnes justitiâ semper intelliget. 4 Nec quæ majores nostri velut mente capti admirati sunt,

Attoniti, mirandaque natis
Invida delebunt obliva, parcere largus
Nempe parens, facilisque querelis
Flectere cor miseris: spoliis ex hoste superbo
Direptis decoravit amicos.
Nec cum gente sua percussi fœderis illum
Immemorem ulla redarguit ætas.
Ostenditque suas per facta illustria vires,
Quum populatus regna superba,
Dimensusque novis hostilia rura colonis,
Dilectæ dedit oppida genti.
Quicquid agit loquiturque fides immobilis actus
Æqui & regula dirigit omnes.
Quæ jubet, æqua jubet, nulloque interlita fuco,
Aut tacitam celantia fraudem
Quæque nec æterno volventa sæcula lapsu
Interimant, aut tempore carpant.
Quippe astans fidei firmæ constantia & æquum
Perpetuo rata jussa tuentur

9 Quam

sunt, nec opera Dei etiam mirabilia, quæ posteros eorum attonitos reddidere, taciturnitas cætera omnia deteriora faciens, obruebit. Namque Deus liberalis & promptus miserorum querimoniis exorati. 5 Charos sibi honore affecit, prædâ ab inimico triumphante ablata; nec ulla posteritas reprehendet illum pacti cum gente sibi electa iniit oblitum esse. 6 Potentiam suam rebus præclare gestis demonstravit, cum regnâ ditia deprædatus, agrosque eorum cultoribus novis metatus, eorum urbes genti sibi amatæ, habitandas dedit. 7 In omnibus actionibus, in omni sermone constantia firma est, omniaque ejus facta justitia regit; quæ imperat justa sunt, & non ullâ fraude mixta, aut dolum occultum dissimulantia. 8 Quæque nec temporis longinquitas perpetuo motu circumacta deleat, aut ævi spatio imminuat: nam fidei firmitas, & justitia semper præsens, imperia semper firma servant. 9 Itaque quum nefarium regis Ægypti mandatum posteritatem Hebræorum

9 Quam premeret Pharii imperium crudele tyranni
Selecta de gente nepotes:
Excussitque jugum, & regis fera jussa superbi
Exuit: æternaque beatis
Libertate frui donarat, pignora sera
Si jurata parentibus olim
Intemerata piæ servassent fœdera Legis:
Fœdera nullis irrita sæclis.
Quippe Dei sanctum est, & formidabile nomen,
Ac sancte sua pacta tuetur:
Exigit & duras violato fœdere pœnas,
10 Hunc colere ex animoque vereri,
Vivendi recté fons & sapientia prima est.
Hanc cunctos qui dirigit actus
Ad metam, vere sapit: hunc ventura nepotum
Semper dicent sæcla beatum.

brærorum, quos Deus elegerat, vexaret; Jehova tum servitutis vincula amovit, tum regis etiam arrogantis mandata crudelia abstulit, dederatque suis, rebus secundis utentibus, immunitatem perpetuam à tyrannis habere, si eorum posteri inviolata sanctæ legis conventa custodiissent, majoribus olim jurejurandando probata, fœdera Dei, inquam, perpetua si semper firma servassent: mentio enim nominis Dei piis augusta & reverenda est adversus verò terribilis; Deus autem promissa sua inviolabiliter servat cumque conventis non statur, supplicia gravia de fœdifragis sumit. Deum autem venerari. & sincerè revereri, vitæ sanctæ initium, & præcipuum documentum est, adeoque primariæ & veræ sapientiæ summa, qui autem actiones omnes ad hunc finem format, is perfectè sapiens est, omnisque ætas hunc felicem esse fatebitur.

PSAL. CXII. Car: Gen:

Psaltes pios hortatur ad laudationem Dei propter felicitatem omnimodam quam largitur bonis.

BEatus ille, qui Deum rerum patrem
Pietate non fictâ colit:
Felix ille demum est, qui Deum creatorem omnium verâ religio-

Deique gaudet legibus: mores suos
Formare ad illas nititur.
3 Late per urbes divites potentiam
Ejus propago proferet;
Prolem piorum numinis benignitas
Larga beabit dextera.
3 Res affluentur suppetet semper domi
Illi: nec ætas longior
Obliterabit æquitatis gloriam
4 Fructumque. Quum premet malos
Fortuna, sævo gestiens ludibrio
mutare summis infima,
Benignitatis tum suæ justis Deus
Lucem in tenebris offeret.
Clemens bonusque in omnibus periculis
Stirpem piorum muniet.
5 Misertus inopis vir bonus, larga manu
Succurret indigentiæ.
Sic cuncta justo temperans examine,

Nec

ore veneratur, qui ejus sanctionibus oblectatur, omnesque animi affectus, totamque vitam ad leges Dei conformare & dirigere conatur. 2 Viri illius posteri imperium suum per urbes opulentas extendent: benevolentia enim *Dei* bonorum posteros commodis liberaliter afficiet. 3 Opes pio domi copiose abundabunt, nec longinquitas temporis, ejus justitiæ decus, commodaque inde provenientia delebit; 4 Cum *autem humano judicio temerarius rerum eventus Dei providentia gubernatus*, summa gaudens infima reddere crudeli lusus genere impios vexabit, tum Deus liberalitatis suæ splendorem bonis, in media calamitatem obscuritate proferet; faciliusque ac liberalis bonorum posteros in rebus difficillimis defendet. 5. Justus vicem egeni dolens, egestatiejus liberaliter opem ferat, trutinâ æqua sic cuncta moderans, ut nulla vox ab

ore

Nec verba temere ut excidant.
6 Non turbo sortis cuncta quatientis, loco
Movebit illum, nec dies.
Suprema famam condet ejus invido
Oblivii silentio.
7 Non livor illum falsa gaudens spargere
Terrebit, aut calumnia:
Bellive rumor, aut egestas lurida,
Fragorque lethi proximi:
Sed mente firma provocat discrimina,
Deoque solo nititur.
8 Ceu cana rupes murmurantis æquoris
Spernit minaces impetus,
Sic ille certa interritus fiduciâ
Sortis procellas sustinet:
Ac sustinebit, dum ruinas hostium
Salvus suorum adspexerit
9 Opes volucris instar auræ mobiles
Largitus est egentibus,
Sibi æquitatis gloriam superstitem,

Serve-

ore ejus imprudenter elabatur. 6. Fortunæ violentia cuncta vertitis non coget illum pristinam sententiam mutare, nec tempus meritis existimationem ejus abscondet, taciturnitate cupiente omnia delere. 7 Invidia læta rumores falsos dissipare, eum metu non afficiet, nec falsa criminatio, aut belli siniſter nuntius & expectatio, aut paupertas, quæ luridos & squalentes efficit, aut mortis propinquæ sonus timorem illi incutiet. Sed summa constantia pericula invitat, & in Deo unico spem defixam habet. 8. Ut quem admodum saxa albicantia minabundos maris graviter sonantis assultus nihil curant, sic ille securus, fortunæ violentiam firma spe tolerat, ac tolerabit, donec ipse incolumis hostium interitum ceu justam improbitatis ipsorum mercedem videat. 9. Virtus donavit pauperibus divitias, mobilitate aëri volucri & soli mutationi obnoxio similes laudem verò viri justi & integri sibi post

Servavit: orbe gloriam
Vivaciorem, nec senectæ dentibus
Æruginosæ obnoxiam.
10 Dum laude clarum, req; lautum splendidâ
Spectabit impius pium,
Curæque mentem vellicabunt anxiæ,
Succumque carpent corporis,
Dentem fatigans dente ringetur, luet
Se macerabit tabidâ.
Dominus malorum vota ridet irrita,
Spes ut modestas promovet.

post mortem custodivit, laudem inquam, mundo ipso longinquiorem, nec sitam in potestate senii instar æruginis omnia consumentis. 10 Dum malus virum bonum fama illustrem, & re præclara honestum cernet, solicitudines animum ejus angentes corrodent, corporisque humorem imminuent, irascetur frendens, sipsum macilentum faciet indignatione lividâ ceu morbo eum in eadem resolvente; Deus etiam vana impiorum desideria & preces contemnit, sicuti è contrario cupiditates hominum minus arrogantium ad exitum optatum perduxit.

PSAL. CXIII. CAR: GEN: 24

David Ecclesiam Dei suo exemplo provocat ad laudationem ejus propter majestatem, providentiam & administrationem mirificam ac gloriosam ejus.

PSallite Dominum pueri, Domini
Nomen festo tollite cantu.
2 Nomen Domini sic celebretur,
Ut sæculorum in sæcula longi
Nulla oblivia sentiat ævi.
3 Primo à carcere Solis Eoi

CAntu laudate Dominum, Jehovæ ministri, ejusque potentiam hymnis die festo cani solitis vehementer celebrate. 2. Nomen Domini sic sit omnibus sanctum & venerabile, ut nulla temporis longinqui detrimenta in perpetuum patiatur. 3. Ab egressu Solis orientis ad occidentem usque, ubi colorem purpu-

Ad purpureos usque occasus,
Omnes Domini nomen adorant,
4 Qui gentes super arduus omnes
Celsas ætheris incolit arces.
Cujus longé gloria mundi
Trans flammantia mœnia vecta est.
5, 6 O pietatis nescia veræ;
Pectora! ritu sacra nefando
O qui fingitis! anne deorum
Quenquam Domino similem nostro
Nostis? quem super ardua cœli
Culmina positum nil latet imæ
Sub cava clausum viscera terræ;
Nil humano procul adspectu
Trans multiplices ætheris orbes.
7, 8 Inopem terræ qui prostratum.
Suscitat, & de pulvere egenum
Tollit, ut alto positus solio
Populi primos carpat honores.
9 Qui matrenos sterili fructus
Exoratus donat, & orbos
Lætâ renovat prole penates.

reum cœlo inducit, omnes gentes nomen Dei colant: 4 qui excelsum cœli domicilium habitat, in alto situs supra omnes terræ partes, cujus etiam magnitudo trans igneum cœlum excessit.

4, 5, O homines veram Dei religionem ignorantes! O quæ sacrificia ceremoniis scelestis vobis comminiscimini! an ullum deum scitis Domino quem nos colimus æqualem esse? quem super altissima cœli loca situm, nihil in intimis terræ partibus præterit, cuique nihil occultum est, ab oculis hominum trans numerosos cœli circulos remotum. 7. 8. Qui tamen sese pro bonitate sua eousque demittit, ut ope destitutum in terris, & contemptum levet, pauperemque è terra excitat, ut in sede regia situs, summos populi magistratus capiat. 9. Qui placatus etiam infœcundæ mulieri sobolem tribuit, domumque liberis gaudentem jucunda progenie recreat.

Propheta narrat admirabilem consternationem rerum creatarum in adventu Dei cum populo suo; causamque consternationis petens, eas respondentes fingit, omnem potentiam gloriamque Deo tribuentes.

Q Uum domus Iacidum patrias remearet ad oras,
Barbaraque invisæ linqueret arva Phari
Ipse Deus Judam cœlesti numine tutum
Fecit, erat populi signifer ipse sui.
Vidit & attonitas trepidum mare dissidit undas,
Jordanis refugas in caput egit aquas.
Dura per intonsos salierunt culmina montes
Ut salturas gestit dux gregis inter oves:
Ilsaque frondentes movere cacumina colles
Agnus ut in pratis luxuriare solet.
Quid mare vidisti solito cur cesseris alvo?
Cur fugis in fontes flumjnis unda tuos?
Cur ita concussa saliistis vertice montes
Ut satur exultat dux gregis inter oves?
Cur ita frondenti saliistis vertice colles?
Agnus ut in pratis luxuriare solet?

7 Nempe

CUm Hebræi ad terram Cananæam patriam majorum ex Ægypto redirent, hominumque barbarorum regionem desererent, in quam odium justum habebant. 2 Deus ipse divinâ potentia sua Judam sibi consecratum & Israelem periculis arcebat, populumque suum, ceu ductor ejus, præcedebat. 3 Mare metuens, *assensit populi ex Ægypto egressum, ac ne transitum moraretur*, aquas suas stupefactas divisit: Jordanis aquas fluviales retro fugientes, ad fontem reflexit; *seseque transituro Dei populo pervium fecit.* Fastigia montium per montes sylvis consitos saltarunt, ut aries inter oves bene pastas exultat: monticuli quoque sylvosi culmina alacria moverunt ut agnus solet in pascuis gestire. 5 Quid mare aspexisti, quamobrem è pristino cursu tuo decederes? Cur aqua jordanis in fontes tuos abis? 6 Quam ob causam montes moto culmine intrepidastis, ut aries bene pastus inter oves saltat? Qua de re monticuli cacuminibus sylvosis ita exultastis, ut agnus in pascuis

7 Nempe Dei trepidum præsentia tuerruit orbem
Cui cadit in Solymos victima multa focos.
8 Qui lapidum venas laticum laxavit in usu,
Cui fluxit largo flumine dura silex.

gestire solet? 7 Quia scilicet Dei præsentis aspectus populos præeuntis orbem terræ timidum tremefecit, cui multa sacrificia cadunt ignibus Hierosolymitanis cremanda: 8 Qui intima saxorum secturas ad aquas populo suo ministrandas patefecit, cuique rupes dura aquæ fluviolos copiose emisit.

PSAL CXV. CAR: GEN: 1.

Ecclesia servari à Deo petit propter gloriam ipsius, & idolatras perdit; fideles ad fidem hortatur, promissiones accommodat, & laudes Dei in hac vita se prædicaturam spondet.

TE magne rector orbis, haud victoriam
Ex hoste sævo poscimus,
Nos ut per omnes fama gentes differat,
Nec appartu ut splendido
Per ora vulgi nos triumphus aureo
Curru superbos transferat:
Sed impiarum ut sæcla gentium sciant
Te largum opis cultoribus
Tuis, fideque semper immutabili
Promissa promptum solvere.
2 Ne forte rebus insolentes prosperis,
Ubi nunc Deus vester? rogent.

Deus

Non petimus abs te, mundi gubernator potens, prosperos belli successus ex hoste crudeli, ut per omnes nationes rumor dispatus, nos latè celebret, nec ut pompâ victoriæ causâ, nos curam populo ornatu magnifico gloriantes, vehiculo ex auro fabricato transportet; sed ut ætates ac generationes nationum Deum ignorantium, te tuis auxiliarem esse intelligant, semperque summa constantiâ paratum, quæ es pollicitus, ea. te adorantibus reddere. 2 Ac ne fortè hostes felici successu superbientes quærant, ubi nunc est Deus ille, quem nobis objicitis? 3 Deus no-

fecit

Deus astra noster incolens, Mortalium
Nutu suo res temperat.
At impiarum finxit error gentium
Manu deos inutiles:
[illegible]rum caminis excoquens, aut malleis
Massa é sequaci bracteas
[illegible]ocens, figura multiformi ludicra
Affixit aris numina.
Inane vocis os habent: oculos habent,
Orbes inanes luminis.
Naribus odores nec trahunt, nec auribus
Surdis sonores hauriunt,
Palpare manibus non queunt, torpentibus
Nec ingredi vestigiis,
Nec vox anhelis edita é pulmonibus
Cavo recurrit gutture.
Quicunque tales fingit aut colit deos,
Diis ipse similis sit suis. 9 At

[illegible]ter cœlum habitans, humana omnia voluntate suâ regit: 4 At falsa gentium opinio Deum verum male colentium, deos qui nullusui hominibus sunt, sibi fabricavit: fundens enim fornacibus aurum, aut tenues è mole magnâ ductili laminas malleis extendeas, deos ridiculos variis figuris super aras statuit. 5 *Hi autem gentium dii* os quidem, sed mutum tamen habent, *ideoque nil se cultoribus respondere queunt*: oculos habent, circulos tantum cæcos, *ut quid in mundo geratur cernentes*. 6 Nec jucundos florum spiritus per nasum ducunt, *ut illis suffitu & sacrificiorum nidore non sit opus*; nec auribus audiendi potestate carentibus, sonos *precum illorum* trahunt. 7 Nec tactu res ullas manibus sentire possunt, *aut quicquam miquam tribuere*; nec pedibus sensu carentibus iter facere, *ut aid quenquam juvandum accurrere nequeant*; nec sonus è pulmonibus semper spiritum ducentibus prolatus per concavum arteriæ [illegible]speræ meatum redit, *ut quicquam cultoribus suis precipere nequeant*. 8 Quisquis autem deos tales facit, aut veneratur, ipse quoque sit mutus, surdus, cœcus, &c. quales sunt dii ipsi, quos colit. 9

9 At tu Jacobi gens, loca fiduciam
Omnem salutis in Deo,
Qui te potenti sublevabit dexterâ,
Et in periclis proteget.
10 Et vos Aaronis posteri, spem ponite
Omnem salutis in Deo,
Qui vos potenti sublevabit dexterâ,
Et in periculis proteget.
11 Quicunque cultores Dei, fiduciam
Locа salutis in Deo,
Qui te potenti sublevabit dextera,
Et in periclis proteget.
12 Qui nos favore semper amplexus, memor
Fovit, fovetque sedulo.
Cunctos jacobi qui fovebit posteros.
Aaronis & sacrum genus
13 Qui se colentes, sive juvenes, sen senes,
Fovebit & custodiet.
14 Qui nosque donis semper augebit novis,
Et liberorum liberos.

15 Nam

Vos autem Judæi posteri Jacobi omnem incolumitatis vestræ spem in Deo defigite, qui vos sua potentiâ magna in rebus adversis juvabit, & in periculis tuebitur. 10 Vos quoque Araone progeniti omnem incolumitatis expectationem in Deo constituite, qui vos sua potentia magna juvabit, & in periculis tuebitur, 11 Quicunque Deum venerans. spem incolumitatis tuæ in eo defige, qui te sua potentiâ magna juvabit, & in periculis defendet; 12 Qui nostri semper amicè recordatus, nosque benevolentiâ prosequens, diligenter recreavit, & indies recreat: qui omnem Jacobi progeniem & selectam Araonis stirpem solabitur, 13 Quique sinceros sui cultores omnis ætatis & conditionis recreabit & servabit. 14 Qui nos etiam, omnemque posteritatem nostram donis recentibus semper magis magisque cumulabit: 15 Nam rerum omnium

15 Nam nos profanis segregavit gentibus,
Cœli solique conditor.
16 Cœlum sibi ipse regiam fecit solum
Sedem dedit mortalibus:
Remunerantes muneribus illum ut suis
Rerum parentem agnoscerent.
17 Neque ora laudes in tuas solvent, pater,
Quos mors tegit silentio.
18 Nos te parentem agnoscimus, qui spiritu
Vitales auræ vescimur:
Te prosequemur laudibus dum lucido
Sol ire terras ambiet.

um creator, qui nos sibi à nationibus impiis segregavit. 16 Ipse quidem cœlum sibi domum regalem constituit, *unde rebus omnibus dominaretur*, hominibus verò terram domicilium eis habitandam donavit, bonaque omnia, quibus illam exornavit, eis etiam concessit; ut dona ab eo accepta in ipsius gloriam conferentes, eum rerum omnium conditorem esse *ceu laudum ejus præcones* testificarentur: 17 Quos enim mors taciturnitate perpetuâ abscondit, ii pater, facta tua præclara non canent, *cum eis mors linguæ usum ademerit*. 18 Nos autem, *qui vitâ fruimur*, te nobis patrem esse profitemur, & laude celebrabimus, dum sol curru lucente terras circumibit.

PSAL. CXVI. CAR. GEN. 25

David deducta arcâ Dei Jerusalaima, in Ecclesia amorem suum erga Deum profitetur beneficiorum acceptorum nomine, pericula sua, fidem & infirmitatem narrat, salutem Dei omnibus modis prædicat, ac postremò petit in eadem salute servari, ut Deum amplius prædicet.

TOto pectore diligam
Unice & Dominum colam,
Qui lenis mihi supplicis
Non duram appulit aurem.

2 Aurem

Jehovam vehementer & sincerè amabo, eumque solum valdè venerabor, qui misericors meam supplicantis vocem benigne audivit,

2 Aurem qui mihi ſupplici
Non duram dedit. hunc ego,
Donec pectora ſpiritus
Pulſet, ſemper amabo.
3 Jam mors ante oculos erat,
Jam ſtabam ſuper aggerem
Buſti, jam dolor anxius
Omni ex parte premebat:
4 Exſpes tum prece ſupplice
Oravi Dominum, Pater,
Quæſo inquam miſerabili
Saltem conſule vitæ.
5 O juſtum Dominum & bonum
6 Et pronum veniæ: auxili
Is me & conſilii indigum
Sævo texit ab hoſte.
7 Ergo mens tibi reddita
Mœrorum cohibe: & Deus
Quæ larga tribuit manu
Donis læta fruare.
8 Vitam é faucibus eruit

divit 2 Qui oranti ſe facilem præbuit, hunc ego quamdiu vi
fruens ſpirabo diligam. 3 Jam mors animo, & ſenſibus me
ſeſe offerebat, jam ſuper tumulum ſepulchri mei ſtabam, jam
licitando me graviter angens, undique mihi inſtabat 4 Hic
omni ſpe adempta, Dominum oratione humili rogavi, dixi
Ore te, Pater, ſi nihil aliud concedis, vitæ meæ miſeranda
pice. 5 O jam reipſa expertus ſum, te in præſtandis promiſ
quum eſſe, & in tuos mitem & benignum Deum: 6 Et ad veni
dandam promptum: is me ab inimico crudeli inopem & incen
quid facerem *adeoque ad extrema redactum* defendit. 7 Ergo
mula mea, tui jam compos facta, triſtitiam compeſce, eorum
munerum hilaris fructum cape, quæ Deus tibi liberaliter dona
8 Vitam enim tuam è morte propinqua liberavit, fletum ab

Mortis & lachrymas genis
Abſterſit, ſtabili & pede
Firmavit tibi greſſum.
10 11 Tutus præſidio Dei
Degam: & polliciti fide
Fretus non dubiâ, canam
Grato pectore laudes.
Laſſus, rebus & aſperis
Afflictus, trepida fugâ
Vitæ proſpiciens meæ
Sic mecum ipſe loquebar,
Nulli creata homini fides:
At rerum arbiter optimus,
Unus polliciti tenax,
Unus fallere neſcit.
12 Tot liber toties malis,
Tot auctus toties bonis,
Quo tandem officio tibi
Coner ſolvere grates?
13 Te feſtâ dape, te prece,
Te libamine proſequar:
Te vitæ columen meæ

Grata

abſtulit, vireſque ad ingrediendum firmo gradu dedit. 9 10 11 Itaque nunc extra periculum auxilio Dei ſalvus perſeverabo, & in certa promiſſi fiduciâ ſpem habens, animo beneficii memor te cantabo; *prius enim* fatigatus, rebuſque adverſis exagitatus, ac ine dolumitati meæ celeri receſſu conſulens, ſic intra me tacitus dicebam, nulli eſt homini in promiſſis conſtantia non fallax; at Deus, qui omnia in poteſtate ſua habet, unus eſt in promiſſis conſtans, nec ullas fraudem non novit. 12 *Ego* autem ſæpe periculis per te exemptus, tantaque liberalitate tua tam ſæpe cumulatus, quonam ſtudio paria facere tecum contendam? 13 Te nimirum epulis ſacris & oratione colere conabor, & poculum libaminis in manus ſumptum præguſtando, *liberationem hanc me tibi acceptam ferre. pa-*

Grata voce fatebor:
14 Te vitæ columen meæ
In cœtu populi tui
Gratâ prosequar hostiâ,
Dammatus tibi voti.
15 Electos, genitor, tuo
Custos præsidio tegis,
Nec per vim pereuntium
Manes linquis inultos.
16 Tu servum Dominus tuum
Ancillæ sobolem tuæ
Me minacibus hostium
Vinclis eripuisti.
17 Te rerum, pater optime,
Semper laudibus efferam:
Nomen in dubiis tuum
Usurpabo periclis.
18 19 Te voti reus, erutus
Morti, prosequar hostiâ,
Sacri limen ad atrii,
Sacræ redditus urbi.

Omne

Idem testificabor, ac beneficii memor, te vitæ meæ præsidium esse ac firmabo; 14 promissumque tibi munus debens. te Jehova, vitæ meæ præsidium victimâ colam, gratias agendo in frequenti populi tui conventu: 15 Tu enim pater, & servator, sorte tibi separatos auxilio tuo defendis, nec qui violenter moriuntur, mortem eorum, impunitam deleris 16 Tu etiam Dominus meus me filium famulæ domesticæ tibi obnoxium, è carcere terribili inimicorum liberasti. 17 Itaque te rerum parens, præconiis, *sicuti par est*, semper extollam, & incertis invocabo; 18 Tibique quod voti debens, votoque persolvendo obligatus, & à morte liberatus, cum Hierosolymæ restitutus ero, ad introitum vestibuli templi tui victimam tibi sacrificabo.

Psaltes

Psaltes hortatur gentes, ut regnum Cerissi celebrent.

OMnes ubique gentium
Quos Solis ambit orbita,
Rerum parentis optimi
Laudes libentes pangite.
2 Agnoscite indulgentiam
Benignius nos in dies
Foventis, & constantiam
Promissa certam reddere.

OMnes nationes, quas vita solis circuit, *omnibus diis facilitis abjectis*, præconia Jehovæ patris vestri optimi animo lato nunc celebrate. 2 Intelligite favorem ejus nos quotidiè liberalius, & molliter tractantis in nos omnes effusum esse, firmamque in promissis solvendis perseverantiam ejus profitemini.

PSAL CXVIII. CAR: GEN: 2

David typus Christi Ecclesiam ad Dei laudes prædicandas hortatus, ex suo exemplo commendat liberationes ejus & suam ipsius fidem, eumque tum suis, tum Ecclesia totius verbis celebrat: figurat Ecclesiam euntem in templum, gratias agentem Deo, precantem in futurum; & sacerdotes Ecclesiæ benedicentes, sacrificiaque imperantes, omnes denique Deum laudibus efferentes.

ELa Deum laudate, Deum facilemque bonumque
Larga benignum semper indulgentia.
2 Eia Dei, soboles Jacobi, dicite laudes,
Larga benignum semper indulgentia.
3 Eia Deum canat Aaronis numerosa propago,
Larga benignum semper indulgentia.
4 Eia Dei pura cultor pietate, fatere
Larga benignum semper indulgentia.

AGite, Deum mitem & justum, magnoque semper favore libes Aralem palam laudibus afficite. 2 Agite, vos posteri Israelis. Deum laudate magno favore semper liberalem. 3 Eia multitudo posterorum Araonis, Deum magno favore semper liberalem laudibus ornate. 4 Eia quisquis sincera religione Deum veneratis, agnosce eum palàm magno favore semper liberalem. 5 *Hujus immen-*

5 Audiit orantem Dominus me rebus in arctis,
Ac liberavit illico ex angustiis.
6 Ille mihi assistat solus, non arma nec ulla
Humana mi vis adferet formidinem:
7 Ille mihi auxilio sit solus; lumina damnis
Explebo (nec me decipit spes) hostium.
8 Tutius à rerum Domino est sperare salutem,
Confidere armis quam virorum fortium:
9 Tutius à rerum Domino est sperare salutem,
Confidere opibus quam potentum principum.
10 In me conjurent populi omni ex parte propinqui,
Dei faventis conteram cunctos ope.
11 Circundent omnique premant exparte licebit,
Dei faventis conteram cunctos ope:
12 Circundent omnique premant ex parte licebit,
Quam nube densa vere se fundunt apes,
Non secus ac siccas ignis violentia spinas,
Dei faventis conteram cunctos ope.

mensæ benignitatis egomet exemplum sum, Dominus enim me regentem se in periculis exaudivit, statimque ex rebus angustis exemptum, *in hunc amplissimum regiæ dignitatis locum evexit.* 6 Illeunus si mihi auxilio sit, nec bella ulla, nec ulla hominum molitum potentia violenta meum animum terrebit. 7 Ille solus spem mihi ferat cladibus hostium (nec falsa spero) aspectum meum satiabo. 8 Certius est à Deo rerum omnium creatore & gubernatore incolumitatem expectare, quam in copiis hominum belicosorum spem habere. 9 Certius est à Deo creatore & rerum omnium gubernatore incolumitatem expectare, quam in potentia regum divitum spem ullam defigere. 10 Vicini adversum me circumcirca societatem coeant, subsidio Dei mihi auxilium ferentis omnes excindam. 11 Quamvis me circumveniant, & undique mihi instent, subsidio Dei auxilium ferentis omnes ad unum delebo. 12 Licet hostes conferti me circumcingant, mihique tam magno numero undique obstent, quam verno tempore apes ex alvearibus exeunt, subsidio tamen dei auxilium ferentis omnes non

Aliter

13 Improbe quid frustra labefactum evertere tentas?
Dei potentis sustinet me dextera,
14 Ille meæ vires: illum mea carmina pangent,
Unum: salutis unus author es meæ.
15 Cunctaque justorum pariter tentoria plaudent:
Meæ salutis pariter auctorem Deum
Laudabunt: cantuque ferent ad sidera dextram
Belli potentem, divitem victoriæ:
16 Dextram armis, dextram præstantem robore, dex-
belli potentem divitem victoriæ (tram
17 Sæva quid insultas mihi mors? tua tela reconde,
Frustra minaci territas me spiculo.
Vivo equidem, vivusque feram super æthera cantu
Ratam benigni numinis clementiam.
18 Jure parens bonus ætumnâ me afflixit acerba:
At imminentem repulit mortem tamen.

19 Pandite
aliter excindam, quam ignis vehemens arbores sylvarum aridas
consumit. 13 Cur me hostis sceleste, jam turbatum & graviter
impulsum. incassum extinguere conaris? Manus Dei potentis me
propemodum ruentem defendit. 14 Illum ego pro cuncta mea
potentiâ & robore amplector, meæ cantiones illum solum cele-
brantes cantabunt, solus enim ille incolumitatis meæ causa est.
15 Hinc omnia habitacula, & bonorum castra mecum gaudebunt,
Deumque incolumitatis meæ causam simul succinentes prædica-
bunt: Deique potentiam bellicosam ac multis victoriis potitam
carmine vehementer laudabunt: 16 Dextram, inquam, bello
potentem, manum viribus excellentem, Potentiam Dei bellico-
sam, multisque victoriis potitam, laudum præconiis ornabunt.
17 Cur me, mors crudelis, ludibrio prosequeris? arma tua re-
gone; incassum enim me, jaculo tuo interitum minanti, terrere
conaris. Equidem virâ adhuc furor, malisque superstes, singu-
larem Dei indulgentis bonitatem carminibus vehementer lauda-
bo. 18 Pater benignus, *quamvis* meritò, gravibus me difficul-
tatibus affecit, mortem tamen propinquam à me propulsavit. 19

Aperite

19 Pandite pontifices ſacri mihi limina templi
Salute parta ut laude proſequar Deum.
20 Hæc eſt illa Deo gratiſſima janua, juſtis
Votis aperta hanc tutura janua.
21 Te meritò, pater alme, canam, tu rebus in arctis
Aurem applicaſti ſupplici placabilem.
Soſpes. & infeſto, duce te, ſum tutus ab hoſte.
22 Et molientum tecta quem rejecerat
Artificum improbitas lapidem, faſtigia ſummi
Laté refulgens jam coronat anguli.
23 Scilicet arcano factum eſt hoc numine, noſtra
Attonita factum quod ſtupeſcunt lumina.
24 O lux feſta, ô lux juconda ad gaudia nata,
Cœleſtis in nos lux favoris conſcia:
25 Uſque fave, cultoſque tui, pater optime, regis
Sis, & ſecundos cœpta duc ad exitus.
26 O felix. iterùm ô fœlix. quem rector olympi
Populo ſalutis miſit authorem ſuo.

Aperite mihi ſacerdotes oſtia ædis ſacræ, ut Deum ob incolumitatem recuperatam laudem. 20. Hæc eſt illa templi janua Deo ipſi acceptiſſima, eique conſecrata, quæ in poſterum juſtitiæ ſtudioſorum petitionibus ſemper patebit. 21 Jure optimo, pater, te celebrabo. tu enim mihi, te in rebus adverſis oranti, aurem exorabilem dediſti, teque authore extra periculi metum ab inimicis acriter me petente ſalvus & incolumis ſiq. 22 Lapis etiam ille quem architecti improbi, templum mole magnâ ædificantes, *non convenientem* contempſerunt, jam late conſpicuus ſummum angulum honorat, *totam ipſius ſtructuram molem ſuſtinens.* 23 Certè hoc occulta Dei providentiâ perpetratum eſt, quod factum noſtri ſpectantium oculi attoniti mirantur. 24 O lux ocio & hilaritate data! ô lux ad lætitiam apertè ferendam facta lux divinæ erga nos liberalitatis teſtis! quam Deus nobis jucundiſſimam illucere juſſit. 25 ſalutifer eſto aſſiduè, pater ſumme bonus, regi à te electi ſervator ſis, imitaque ejus conſilia ad finem proſperum dirige. 26 O ſummè fortunatus, quem Deus cœli rex, ut omnem incolumi-

nos, quibus est facti custodia credita templi,
Vobis precamur cuncta vertant prosperé.
7 Unus enim Dominus rerum moderatur habenas,
Qui gratiæ in nos lumen effundit suæ.
Lætitiâ celebrate diem, fœtusque bidentis
Tenellus aræ vinctus astet cornibus.
8 Te Dominum, te mente colam, te voce fatebor:
Tuumque semper laude nomen prosequar
9 Eia Deum laudate, Deum facileuque bonumque
Larga benignum semper indulgentiâ
columitatis fontem, ad regendum populum sibi electum veni-
mandavit. Nos quoque, quibus hoc negotium datum est, ut
mplum Deo sacratum custodiamus, oramus, ut vobis propitiori-
domus ejus incolis, omnia feliciter eveniant. 2 Solus e-
m Dominus mundum regit. qui nos suæ liberalitatis gratuitæ lu-
ine operit, glorioſaque victoriæ lætitiâ perfundit hunc igitur di-
m cum gaudio transigentes colite, agnuſque tener ad angulum
alligatus, astistat. 28 Te Dominum meum ex animo vene-
bor, meumque esse Dominum sermone agnoscam ac laude sem-
r celebrabo. 29 Agitè igitur, Dominum laudibus afficite, mi-
m & justum, magnoque favore semper liberalem prædicate.

PSAL CXIX. CAR: GEN 26

David in gravissimo suo exilio seipsum hoc Psalmo consolans, felicitatem eorum in studio, fide & obsequio voluntatis Dei positam esse docet: ideoque in notitia illius, studio, fide & obsequio in formari à Deo petit, & ab omnibus impedimentis suæ carnis, peccati, mundi, Satanæ, hostilibusque omnium conservari: ac postremo sibi de tota anteacta vitâ, & æquitate in causa bene conscius, Deo seipsum & reliqua vita suæ administrationem commendat, ad gloriam ipsius & salutem suam.

ALEPH.

O Beatos, qui sequuntur orbitam legis Dei:
2 O beatos qui monenti sponte parent numini,

ALETH

O Felices, qui viam legis Dei ingressi ad ejus normam incedunt.
2 O felices, inquam, illos, qui Deo docenti quid faciendum
t, libenter obediunt. 3 Quiqu

3 Labe puri nec relinquunt lege jussum tramitem.
4 Quem severitate dura nos tenere præcipis
5 O gradum regas labantem sic, monenti ut paream,
6 A tuis attenta jussis nusquam ut errent lumina.
7 Tum ducem canam æquitatis candido te pectore.
8 Obsequar tibi: obsequentem tu ribi ne desere.

3 Quique à vitiis alieni viam à Deo per sanctiones ejus mo stratam non deserunt; 4 Quam adhibita gravi pœnarum com minatione nos intelligere, sedulò expendere, & insistere jube 5 Atque utinam sic meum titubantis gressum dirigas, ut tibi m docenti dicto audiens sim: 6 Oculique ad mandata tua inten ab eis nusquam se deflectant, 7 Tum te rectorem mihi ad jus tiæ viam insistendum animo à dissimulatione alieno prædicabo 8 Tibique tum parebo: tu verò me dicto tibi audiendum ne re linque.

BETH

QUid juventam, ne labascat, servat æque ac lex tua?
2 Hinc ne aberrē, modò laboro: tu laborantē rege.
3 Ne vacillet pes, meo tua verba condo pectore.
4 Rector orbis, æquitatis regulam tuæ doce
5 Me tui oris verba semper ore mediter ut meo:
6 Illa longe chariora semper auro ut æstimem:
7 Illa cogitem, illa secter, illa mirer unicé:
8 Illa nulla é corde nostro deleant oblivia.

BETH.

QUid juventum *per se ad omne vitium præcipitem ita* custodit nec ret: ac mandata tua sanctè & pure mores ejus instituenti 2 Equidem hoc tantum contendo, ne ipse ab iis deflectam; m me id potissimum studentem dirige, *ne quâ cupiditate inde abripi* 3 *Ac* ne viâ recta divertam, mandata tua, *tanquam thesaurum pre cio sum*, animo repono. 4 Ostende mihi discipulo tuo, rec mundi, normam justitiæ tuæ, *edicta tua me docendo*: 5 Ut in o ni sermone mandata mihi ab ore tuo sanctissimo dictata sem recolens exerceam. 6 Illaque auro, *omniumque thesauris* magis pr tiosa & jucunda credam: 7 Ut illa in animo volvam, illa in vi instituenda sequar; illa plurimi ducens, vehementer suspicia 8 Nullusque memoriæ lapsus illa ex animo meo unquam obli teret.

Gi

GIMEL.

DA tuæ legi obsequenti vivere: ut propius tui
2 Conspicer pacti æquitatem, pande mentis lumina,
Inquilinum jussa legis ne tuæ celaveris,
Fœderum leges tuorum ægra mens desiderat.
O tuæ legis superbum qui premis fastidium,
Me tuæ legis sequacem vindica: cui divites.
Arroganter obloquuntur, jnsla quod servem tua,
E tuo sermone vitæ quod capessam formulam.

GIMEL.

3 Concede mihi, Jehovah, mandatis tuis parenti, *omnibus difficultatibus superatis*, vitam hic agere. 2 Utque justitiam arcanam admirandam fœderis tui facilius videam, *amoto velamine, vera ejus usum mihi adimente*; oculos interiores aperi. 3 Mandata legis tuæ *ad vitam cœlestem deducentia*, à peregrino in terris *eò contendente* ne abscondas. 4 Mens mea conditiones conventorum tecum farum solicita cupit *eorumque cognoscendorum & præstandorum desiderio flagrat*. 5 Tu Jehova, qui arrogantem mandatorum tuorum contemptum punis. 6 *A* me tuæ voluntatis sectatore horrendum opprobrium procul submove, *impositasque mihi contumelias ulciscere*. 7 Cui potentes superbè maledicunt, quod mandata tua custodiam. Et ex dictis tuis *ceu deliciis & consiliariis meis* vitæ regulam capiam.

DALETH.

AEger, animus languet: ægrum recrea verbo tuo.
2 Cordis arcanas latebras prodidi tibi: rudem
Tu doce. præferque lucem, scita mediter ut tua:
Et cor anxium tui verbi exigas solatio.

DALETH

4 Mens *curis ab hinc injuriis ortis turbata*, infirma est & graviter excruciata, tu vero menti solicitæ præceptis tuis consolationem adhibe. 2 Occultas animi cogitationes, tibi revelavi. 3 Tu me rerum imperitum legibus tuis instrue, mihique viam mandatis tuis consentaneam ostende, ut leges tuas cogitem. 4 Mentem etiam solicitam *ob has difficultates*, promissa tui consolatione foveas, in qua acquiescat.

5 Absque fuco fac tuarum scita legum ut diligam,
6 Recta sector. instituta specto semper ad tua,
7 Lex tua animo sculpta inhæret: spem meam ne desere.
8 Pande iter tuæ æquitatis: te comes lætus sequar.

5 Fac ut decreta præceptorum tuorum, citra dissimilationem, amem. 6 Quæ justa sunt sequor, ad edicta tua semper intentus sum. 7 Doctrina legis tuæ in animo meo infixa & cælata est, ne me quæso sperantem in te auxilio tuo destitue. 8 Viam justitiæ tuæ mihi ostende, ipseque hilaris te comitans, tibi parebo.

HE

Legum iter monstra tuarum: fœdus erudi tuum,
2 Fœdus ut legemque toris imbibam præcordiis;
3 Cuncta ut instituta rectâ secter usque semitâ.
Sordidis averte curis jussa pectus ad tua:
5 Flecte lumina, impias ne vanitates hauriant.
6 Languidum excita: face ut te timeat animus ac amet,
7 Libera probro à pudendo me benignus arbiter.
8 Tua statuta diligentem servet æquitas tua.

HE

Vitæ meæ rationem legibus tuis explicatam mihi, Jehova, ostende; pactum tuum me doce 2 ut tum conventum, tum legis tuæ dogmata toto animo capiam & custodiam. 3 Utque mandata tua omnia viâ brevissima sequar; 4 Animum ab avaritia turpique lucro aversum ad legem tuam deflecte. 5 Oculos quoque averte: ne falsa & vana instituta, illorum specie illecti, capiant. Excuscita me pigrum, facque ut animus te reverenter habeat, ac diligat: 7 Cumque judex sis liberalis, a turpi crimine, *mihi legum tuarum studio illato*, me exime. 8 Legesque tuas diligentem tua misericordiæ promissæ justitia me salvum præstet.

VAU.

Me bonus respice, opiferque fœderis memor tui,
2 Ora claudam ut exprobranti spem tuæ fiduciæ.
Contemplare me, Jehova, pro bonitate & clementia tua mihi explorata, & auxiliatis pacti tui recordare. 2 Ut os ei obturem, qui mihi dat vitio quòd in te sperando, tibi confidam.

3 No

3 Spes salutis, veritatem ab ore ne tuam eripe;
4 Semper ut tuis statutis audiens, tuto gradu
5 Ambulem. tua jussa quæro sola: coram regibus
6 Disseram (nec me pudebit) de tuis sermonibus.
7 Hos amavi, & hos amabo: & obsequens his, brachia
8 Tollam: ut usque & usque volvã hos ore, mente cogitẽ.

3 Ne verax illud verbum tuum, Jehova, à quo salutem expecto, ab ore meo tollas, *hostium injuriis & impatientiâ victi*; 4 Ut *quicquid isti in me moliantur*, ego mandatis tuis semper morem gerens, absque periculo ingrediar. 5 Tua solius mandata vestigo. 6 De verbo tuo apud potentes (nec id mihi turpe existimabo) confidenter disputabo. 7 Sermones enim tuos semper dilexi & diligam iisque parens, manus ad te in altum levabo? 8 Ut eos jugiter in ore habeam; eosque semper mediter,

ZAIN.

SIs memor pacti, columna quæ meæ fiduciæ est.
2 Quod levat mœrentẽ, & ægrum é fauce mortis eripit
3 Rideant licét superbi, te sequar: legem tuam
4 Usque repetam, in rebus arctis hoc erit solatium,
5 Impios quum legis hostes cerno, totus horreo
6 Carmen hæc erit mihi. orbem donec hospes hunc colã.
7 Hanc ut observem tenebræ me silentes admonent.
8 Illa mentem cura semper unice exercet meam.

ZAIN.

COnventorum, memoriam retine, pacti enim tui memoria columen est & basis firmæ persuasionis meæ. 2 Fœdus tuum me miseriarum gravitate dolentem consolatur, solicitumque à morte imminente liberat. 3 Tuæ, Jehova, authoritati indesinenter parebo, tametsi homines arrogantes me idcirco aspernentur; tuorumq; præceptorum sæpenumero recordabor. 4 Hoc enim erit in adversis meum malorum omnium levamen. 5 cum sacrilegos verbi tui inimicos conspicor, *quæque illos supplicia maneant video*, toto corpore metu contremisco. 6 Lex tua à me cantabitur quamdiu in hoc mundo peregrinus vitam degero. 6 Nox taciturna me in memoriam revocat, ut *cæteris curis depositis*. legem tuam custodiam. 8 Illud etiam solicitum desiderium animum meum semper singulariter vexans, trahit.

HETH.

OBsequi tibi, mihi una est spes, opes, hæreditas.
2 Ut bonus promissa præstes: unicè unum id ambio.
3 Actiones vitæ ut omnes ad tuam componerem;
4 Legem ad hanc custodiendam qua licet me comparo.
5 Impeditus impiorum vinclis hanc cogito.
6 Hujus ergo nocte surgens prolequor te laudibus.
7 Qui verentur hanc, amicis utor, hanc parens bone,
8 Qui tuâ benignitate cuncta reples, edoce.

HETH.

PArere tibi, Jehova, omnis est expectatio mea, & meta ad quam collimo, omnes divitiæ, & patrimonium meum 2 Hoc ego solum vehementer cupio, ut fidem datam favens serves. 3 Utq; omnia dicta factaque mea ad mandata tua conformans dirigam; 4 Ad hæc servanda quantum possum me compono. 5 Malorum etiam impedimentis coërcitus, præcepta tua mecum in animo verso. 6 Legis tuæ causâ lecto egressus tuas de nocte laudes celebro. 7 Amicorum loco eos habeo, qui legem tuam negligere formidant. 8 Hac me pater benevole, instrue, qui liberalitate tuâ omnia comples.

TETH.

DOmine ades, pollicita servo fac benigne appareant.
2 In tua lege acquiescam: me doce legem tuam,
3 Vix malo coacta leges mens sequi didicit tuas.
4 Scita, fons benignitatis, tua benigné me doce.
5 Me superbi criminantur: corde toto ego te sequar.
6 Jussa me juvant tua, illis mens hebescit prosperis.

TETH.

ADveni Jehova, fac promissa famulo tuo benevolè repræsententur: 2 Per legem tuam animi tranquillitate fruar, in ea igitur me, Jehova, erudi. 3 Sæpe per damna & pœnas edoctus, & quasi ferulâ tua domitus, vix didici statutis tuis parere 4 O Jehova, summè liberalis, edicta tua me liberaliter erudi. 5 Calumniatores arrogantes & projectæ audaciæ homines me accusant immerentem, ego tibi nihilominus ex animo parebo. 6 Tua mihi præcepta grata & jucunda sunt, hostibus autem animus stolidus & vecors benignitate tua in rebus secundis abusis stupet. 7 Labo-

Erudisti me malis, ut legi adhæream tuæ,
Hæream ut legi, auri acervis gratiori ingentibus
Laboribus & ærumnis domitam me docuisti, ut legem tuam amplectar. 8 Ut legem, inquam, tuam amplectar, magnis aucumulis magis optandam.

JOD.

DA manu tua creato nosse vim legis tuæ.
2 Me pii læti obsequentem legibus spectant tuis.
Justa lex tua est: premis me jure justus arbiter.
At libenter audientem jussa me tua recrea.
Tibi libenter obsequentem præveni clementia:
Servulum tuum prementem comprime arrogantiam.
Me tuæ legi obsequentes obsequentem diligant:
Nec ferat tibi obsecundans pura mens infamiam.

JOD.

DA mihi abste formato legis tuæ efficaciam & facultatem intelligere, *ut fic à te denuo instaurer.* 2 Tui Jehova, timentes, aores vident me tuis præceptis parentem. 3 æqua quidem sunt undata tua, meque judex æquus merito laboribus exerces. 4 Tu verò rursus me consolare legibus tuis, animo lubenti obsecunanteur. 5 Antequam etiam rogem benignitatem præsta mihi animo tibi morem gerenti. 6 Superbiam autem hostium fanulum tuum nullo ejus merito vexantem coërce. 7 Quicunq; diparent, me quoque legi tuæ obtemperantem charum habent; Nec animus integer & sincerus tibi obsequutus ulla ignominiâ poretur.

CAPH.

DEficit mens spe salutis, spes nec illam deficit,
2 Lassa languent lumina. utris corpus instar aridi
Tabuit: solare promissi in malis memorem tui.

CAPH.

Animus meus salutem & liberationem verbo tuo promissam exectando, languet, nec tamen firma persuasio de salute impetranda mentem meam deserit, 2 Oculi in cœlum sublati expectando allicita tua fessi torpent, corpusque præ mœrore & squalore more pellis fumo siccatæ paulatim defecit. 3 Dolorem immunne mihi pactorum tuorum in adversis reminiscenti: 4 Qu is

4 Quisiferendi finis? hostem quando punies meum?
5 Mihi tuæ legis superbus hostis effodit scrobem
6 Æqua lex, promissa certa sunt tua: hostes confice,
7 Qui premunt me, quod te in uno collocem fiduciam.
8 Scita fac ut ad tua omnes actiones dirigam.

Quis tandem erit diuturnæ malorum tolerantiæ modus? quando etiam in inimicos meos animadvertes? 5 Insolens mandatorum tuorum adversarius mihi insidias posuit: 6 *Quicquid autem ille seu vi, seu fraude moliatur*, tua tamen lex iusta est, pollicitaque firma, hostes itaque extingue. 7 Qui ideo mihi molestiam exhibent, quod omnem in te solo spem defigam, Tu verò, Jehova, fac ut ad legem tuam tanquam ad scopum, quicquid egero contendam.

LAMED

CErta eunt promissa, certa stat tuis verbis fides,
2 Dum polo stellæ micabunt, herba terras vestiet:
3 Sempiterno quæ recursu legibus parent tuis.
4 Obruissent me dolores ni affuisset lex tua,
5 Lex salubris, nulla nobis tollet hanc oblivio.
6 Sum tuus, tua instituta diligentes diligo.
7 Impii mortem parabant scita meditanti tua.
8 Cæteris est finis: illa sola semper permanent.

LAMED,

DE *promissorum tuorum certitudine Cur dubitarem*? pollicita enim tua firma sunt, certaque promissis tuis constantia permanet. 2 *Dum* stellæ cœlo fulgebunt, graminaque terras operient, &c. Stellæ quidem & herbæ suo reditu reciproco institutis tuis in perpetuum obediunt. Mœstitia *ex calamitatibus acceptis illata*, me certè confecisset, nisi legis tuæ doctrina. 5 *Doctrina*, inquam, legis salutaris mihi auxilio fuisset; itaque nulla memoriæ infirmitas mandata tua unquam in animis nostris obliterabit. 6 Servus ego sum tuus, ideoque eos amore complector, qui edicta tua chara habent. 7 Profanilleges tuas mihi constanter cogitanti necem intentabant. 8 Aliis rebus omnibus creatis interitus est, at statuta tua in perpetuum durant: *cum infinita sint*.

MEM

MEM.

O Tuam quam legem amavi! semper illam cogito.
2 Hostibus prudentiorem me meis hæc reddidit.
Factus huic fui obsequendo doctior doctoribus.
Huic quod audiam, senectâ astutior sum callida:
Huic ut obsequar, malorum flecto gressum a semitis.
Te docente non recedo paululum à verbis tuis,
Faucibus meis suavi melle suavioribus:
Eruditus his, recedo a semita mendacii.

MEM.

O Quantopere legis tuæ doctrinam semper dilexi illam ego perpetuo memoriâ tenens mecum animo voluto. 2 Illius enim studium & meditatio me adversariis meis sapientiorem effecit. 3 Parentes legi tuæ *nobis pro solida eruditione commendatæ*, meis & aliorum magistris peritior evasi. 4 Quia legi obsecundor, senibus quibusvis astutis sum etiam calidor factus. 6 Ut ei obediam, ab insipientibus & viâ impiorum ad malum ducentibus, me diverto: 6 Te magistro & monitore, lege tua me instruente, à mandatis tuis cognoscendis & præstandis non tantillum deflecto. 7 Gutturi & palato meo melle dulci gratioribus. 8 Præceptis tuis institutus, à ratione vivendi hominum mendacium me averto.

NUN.

S Ancta lex, velut lucerna, dirigit pedes meos.
2 Obstinavi animum tuis ut obsequar sermonibus.
Obrutum malis, tuorum fœderum memor, leva.
4 Edoce me justa, & oris hanc bonus cape victimam.
5 Justa non rejecta quamvis undique instarent mala:

NUN.

1 Ex tua inviolabilis instar laternæ gradienti mihi prælucentis gressus meos regit. 2 Mentem firmavi addito jurejurando ut legis tuæ verbis parerem: 3 Tu vicissim pactorum recordatus me malis vexatum libera, & salvum præsta. 4 Legibusque tuis me magis magisque instrue, hocque confessionis meæ, laudum tuarum, & orationum mearum sacrificium facilis accipe. 5 Mandata tua non sunt à me omissa, aut contempta, licet vitæ meæ omnibus casibus expositæ ab omni parte, periçula impenderent.

6 Ne

6 Hæc nec abjoci impiorum penè clausus retibus.
7 Hæc voluptas, hoc mihi unum gaudium, hæc hæredi-
8 *Hic* scopus mihi manebit vivus aurâ dum fruar.

6 Neque præcepta tua deserui fraudibus malorum propen-dum circumventus. 7 Lege tua recreor ea sola ablector, illa mihi patrimonii vice est. 8 Hic finis actionum solus perstabit, dum vivam.

SAMECH.

Diligo legem tuam, sicut malos abominor.
2 *Unica* est spes, una verbis in tuis fiducia.
3 Ut Dei mandata servem, hinc impii facessite.
4 Me tuo sermone fulci, ne sequar spes irritas.
5 Te regente salvus usque jussa diligam tua.
6 Perfugas calcas tuos, qui vana frustra cogitant
7 Legem amo tuam, quod omnes impios exterminas.
8 Corpus horret quum te verum cogito te judicem.

SAMECH.

MAndata tua chara habeo, sicut impios, *nunc hùc nunc illuc à religione declinantes*, exosus detestor. 2 A te solo, *cui perfugio, in quo acquiesco*, omnia spero, solaque expectatio mea in promissis tuis est, *in quibus etiam conquiesco*, 3 Ut Dei legem purius custodiam procul hinc à me scelerati recedite. Verbo tuo me, Jehova, sustine, ne vana somnia pro scopo habeam, *ad quem collimem*. 5 Te duce incolumis, præcepta tua assiduè amabo. 6 Quicunque autem ab edictis tuis aberrantes, stulta sibi & inania incassum proponunt, eosdem meritò premis. 7 Legem ego tuam *voluntatis tuæ testimonium*, idcirco diligo, quod improbos omnes *quasi scorias* abs te pellas. 8 Corpus certè tremit, cum tui scleratos judicem durum esse memoriâ repeto.

AIN,

ÆQua ni me diligentem desere opprimentibus.
2 Justa fac amem superbo tutus à ludibrio.

AIN.

NErelinque & expone me amantem & exercentem justa calumniatorum libidini qui immerentem impudenter diverant, 1 Fac æquitatem diligam ab irrisoribus arrogantibus per te conservatus; Dum liberationem à te promissam intentus expecto, dum le-

5 Dum

2 Dum salutem spero, scita specto dum tua, lumina
3 Lassa languent: tu benignus edoce servum tua
4 Placita: legum fac tuarum intelligat mysteria.
5 Tempus instat puniendi legis adversarios,
6 At tuum fœdus mihi auro est charius charissimo.
7 Hoc amo, huc errore misso dirigo vitæ ordinem.

3 Dum liberationem à te promissam intentus expecto, dum legem & sermonis tui justissimi præstationem intueor, 4 Oculi fessi, & me deficientes torpent, tu verò pro liberalitate & benignitate tua servulum tuum edicta tua erudias. 5 Efficiasque ut arcana mandatorum tuorum sic, ut par est, percipiat. 6 Tempus jam maturum est puniendi impios, doctrinam tuam labefactare tentantes. 7 At mihi contrà, pactum tuum auro prætiocissimo est suavius. 8 Fœdus tuum diligo, falcisque opinionibus abjectis, ad hunc tantum scopem vivendi rationem compono.

P E.

1 Mira rituum tuorum mens colit mysteria.
2 Verba pectori imperito luminis sunt janua.
3 Faucibus tua verba apertis duco vitæ ut spiritum:
4 Ceu soles te diligentes. intuere me bonus.
5 Dirige ad tua verba gressus: tum scelus non opprimet
6 Me. tuæ legi, impiorum liber à calumnia,
7 Obsequar bonus intuere me, tuam ut legem sequar.

P E.

1 Admiranda ceremoniarum tuarum arcana, animus *iis attente considerandiis deditus* veneratur. 2 Sermo tuus homini inerudito ad scientiam veramque sapientiam ingressus efficax est. 3 Quæcunque loqueris ore patente, tanquam aërem, in quo vita consistit, avidè traho, *& omnibus nervis contendo, ut verba tua assequar.* Respice me, Jehova clemens, in te suspirantem, sicuti consuevisti te amantes intueri. 5 *Iter* meum ad tua præcepta guberna, *ut extra eorum viam ne vestigium quidem ponam*; tum nequitia & pravitas nulla me subvertet. 6 Egoque sine ullo criminum falsorum metu legi tuæ parebo. 7 Tu me benevolus, aspice, *splendore vultus tui mihi illucescens, paterni amoris documento*, ut mandata tua secter.

8 Si quis hanc ſpernit. fluunt mihi more rivi lacrymæ
8 Si quis Doctrinam legis tuæ aſpernatur, fletus mihi inſtar aquæ vivæ, ab oculis lachrymis redundantibus decurrunt, *non tantum meâ ſed etiam improborum cauſa, quorum miſereor.*

TSADE.

JUſtus es crearor orbis: juſta juſſa ſunt tua,
2 Plena lex eſt æquitatis: certa verbis veritas,
3 Rumpor irâ, quum ſceleſtis impiè contemnitur,
4 Sermo purus inſtar ignis: ſervus hunc amat tuus
5 Impii ſpernant licebit me, tuam legem ſequar
6 Juſſa ſtant tua ſempiterna, mota nullo turbine
7 Turbidis mihi illa rebus anxium cor recreant,
8 Scire legem da tuam: vitam mihi donaveris

JUſtus es judex, author omnium, recta & æqua ſunt mandata tua. 2 Lex tua juſtitiæ plena eſt, tuiſque promiſſis firma eſt conſtantia. 3 Vehementer iraſcor, *tuique amore inflammatus* penè crepo, cum veritas tua ab improbis ſceleratè deſpicitur. 4 Quæcunque loqueris, tam ſunt ſincera, quàm ipſa flamma, quique colunt, ermonem tuum amore complectuntur. 5 Quamvis impii proceres regni cum ſchaule me ceu vilem & abjectum contemnant: tibi tamen parebo. 6 Mandata tua *ut unica juſtitiæ regula* in perpetuum manent, nullo rerum motu mutabilia; *cum cætera & ſcientiæ & leges ab humana ſapientia dictatæ mutationi & interitui obnoxiæ ſint.* 7 Quamobrem tua me juſſa in adverſis conſolantur, & oblectant. 8 Fac me legem tuam magis magiſque intelligere, mihique ſic verè ut vivam dederis.

COPH.

CLamore toto audi vocantem, legi ut obſequar tuæ:
2 Invoco te, adjuva invocantem, fœdus ut colam tuſ
3 Invoco te mané, verbis in tuis fiducia eſt
4 Nocte vigiles anteverto, verba mediter ut tua

COPH.

ADſis, Jehova, animo te oranti, *te enim inclamo*, ut ſtatutis tuis ſervandis intentus ſim: 2 Te, inquam, inclamo, fer opem inclamanti, ut pactum tuum honore afficiam: 3 In ipſo crepuſculo matutino te oro, tuis etenim promiſſis confido. 4 Excubias nocturnas prævenio, ut de ſermonibus tuis cogitem: 5 Vo-

Me benigne audi, ut soles, & tauce mortis eripe
Impii me persequuntur, legis expertes tuæ
Tu propinqua Domine, justa cujus omnia justa sunt.
Justa firma sine nullo, firma nullo exordio.
5 Vocem igitur meam, Jehova, ut consueviſti, favens exaudi,
neque à morte propinqua libera. improbi enim legis tuæ ignari
perdere me contendunt. 7 At tu Domine propior adsis, cujus cun-
cta mandata æqua sunt; 8 Mandata, inquam, tua nunquam
interitura, sine principio permanent.

RESCH.

ASpice afflictum: leva me fœderis memorem tui:
2 Fœderis memor meam vitam patronus asserе
Impii malè interibunt, justa qui tua negligunt
O bonus sine fine, robora, ut soles, vitam meam
5 Me prementum multitudo a lege non flectit tua
6 Mœret animus intuendo pacta qui spernunt tua
7 Tu bonus tua justa amantem me vicissim recrea
8 Cuncta promissa tua nullum fixa norunt terminum

RESCH.

Cerne, quæso, me graviter vexatum, meque juva pacti tecum
observantem. 2 Juxtaque fœdus tuum, cum sis defensor meus,
servitute me libera, *salvumque præsta*. 3 Legis tuæ contemptо-
res morte merita multabuntur. 4 Tu vero semper clemens, me
pro more tuo confirma. 5 Tametsi enim magnus sit me affligen-
tium numerus, me tamen a lege tua non avertit. 6 Animus ve-
hementer dolet, dum eos cerno, qui fœdera tua aspernantur. 7
Itaque me, cui mandata tua chara sunt, indulgenter invicem re-
fove. 8 Omnia pacta tua sine fine firma & immota manent.

SCHIN.

ME premit tyrannis: at cor verba meditatur tua,
2 Verba gratiora gazis aureis animo meo
HOmines imperiosè impii me immerentem graviter vexant,
at interim animus *illorum minas nihil curans*, leges tuas cogitat. 2
Quæ quidem mihi magis placent, quàm ex auro congesto thesauri.

3 Reple

3 Diligo legem tuam, ceu vanitatem abominor.
4 Septies tuam æquitatem canentem lux videt.
5 Legem amantibus tuam pax multa, nulla offensio.
6 Spectat a te mens salutem, nixa promissis tuis.
7 Mens amat promissiones unicé & servat tuas:
8 Servo tua pacta, ut vicissim tu vitam observas meam

THAU.

3 Legis tuæ doctrinam sic amore prosequor, ut mendacia omnia & fraudes detestor. 4 Dies quæque me justitiam tuam sæpe laudantem cernit; 5 Magna animi tranquillitas, veraque securitas est diligentibus legis tuæ doctrinam, nihilque est, quod eos lædat 6 Mens igitur in pollicitis tuis omnem spem habens, incolumitatem a te sperat. 7 Pactaque tua summo amore amplectitur, eaque accurate & diligenter custodit 8 Mandatis autem & conventis tuis præstandis sic incumbo sincerè, ut tu contra in actiones meas intentus es.

THAU.

INvocanti da tuarum scire legum abscondita;
2 Invocantem libera me fœderis memor tui.
3 Te docente prædicabit os tuas laudes: tua
4 Jussa lingua nuntiabit, jussa longe æquissima.
5 Dexterâ tua obsequentem jussibus juva tuis.
6 Abs te opem spero: tuarum scita legum diligo.
7 Sospita me ut prædicem te, lex juvabit me tua.
8 Me vagam ut pecudem, require fœderis memorem tui

THAU.

COncede mihi, Jehova, te imploranti arcanam legum tuarum intelligentiam 2 Pactique tui recordatus, me rogantem periculis erue. 3 Tu si mihi præclara tua facta & edicta monstraveris os meum eadem annunciabit. 4 Leges tuas, leges æquissimas idem ego longe lateque prædicabo. 5 Mihi autem mandatis tuis obsecundanti manu tua opitulare. 6 Nam abs te uno auxilium expecto, legumque tuarum præcepta omnia chara habeo, 7 Præsta igitur me incolumem, ut te laude merita celebrem; lex autem tua mihi grata fuerit *ab ea solatium petenti.* 8 Tu me recordantem pactorum tecum velut ovem à grege suo aberrantem investiga, *reportumque restitue.*

PSAL.

vid ex narrat liberationem acceptam divinitus à suis calumniatibus, o-
tionemque commemorat qua apud Deum conquestus est tum de calum-
niis; tum de persecutionibus & exilio, quæ ipsi fuerant perferenda.

HInc me obsidebant bella, & hinc calumniæ
Livor faces admoverat:
te refugi destitutus omnibus
Rerum creator optime.
voce suppllex invocavi, tu meas
Non lentus audisti preces.
A fraudulentæ toxico linguæ Deus
Me protege & mendaciis.
O lingua fraudis machinatrix impiæ
Qua spe meum oppugnas caput?
thæ ferocis lingua pestilentior
Tinctis veneno spiculis
Ignis voracis lingua flammis acrior,
Quum sylva flagrat arida.
Heu vita tristis, vita dura & anxia,
Per invios erratica
ontes, latrones inter, atque inhospita
Gentis feræ mappalia. 6 Meus

is aperta ab una patre mortem mihi intentabat, ab altera ve-
rò parte invidia falsis me criminibus impetebat: ego interea ab
nibus relictus in fidem tuam Jehova, me dedi, teque oratione
milis rogavi; tu verò precationem meam promptus exaudivisti.
e, Jehova, a veneno linguæ calumniatricis, & falsis crimini-
defende. 3 O lingua doli scelerati excogitatrix, & molitrix.
d tandem ex fraude ista emolumenti expectans, vitæ meæ im-
es? lingua, inquam, sagittis Scythæ crudelis veneno imbutis,
lto magis noxia: 4 Ignisque incendio omnia consumentis
mentior, cum ligna juniperorum sole siccata ardent. 5 Hei
i, vitam hîc ago voluptatis omnis expertem, vitam asperam,
curarum plenam, per solitudines errabundam, exiliumque pas-
inter Mesekitas & Kedarenos homines profanos rapto viventes
que tuguria populi immanis adversus hospites immansueta!

6 Animus

6 Mens ægra vitæ capitur fastidio,
Hostes quietis accollens;
7 Hostes quietis, blanda quos oratio
Ferociores efficit:
Quos innocentis mentio concordiæ
Ad bella sæva exasperat.

6 Animus hinc solicitus vitæ tædio consumitur, prope gentes à pace & tranquillitate alienissimas habitans. 7 Inter inimicos, inquam, pacis, quos sermo lenis crudeliores reddit, verba quæ de pace jucunda & nemini nocente, ad crudelitatem exercendam asperiores faciunt.

PSAL CXXI. CANT. GENT.

David conflictum animi sui in periculis exponens, ad Deum conversa ratione se committit ei, & confirmat in fide promissionum ejus.

DUm ferox armis inimicus instat,
Ad montes vaga lumina
Proximos circumfero, siquid illinc
Forte appareat auxili;
2 At mihi cœli Dominus solique
Certam solus opem feret.
3 4 5 Ille (quid vano trepidans tumultu
Cor pulsas mihi pectora?)
Ille sanctorum (mihi crede) custos
Noctes excubat & dies:
Victa nec blandi illecebris soporis
Unquam lumina dimovet, Lenite

DUm hostis crudelis armis me persequitur, oculos in omnia intentos, ad Judææ montes vicinos, ipsumque adeo Jehovam converto, si fortè inde aliquid opis sese ostendat: 2 At enim sibi mihi persuasi, Deus unus, in cujus manu omnia sita sunt, auxilium indubitatum mittit. 3 4 5 Dominus ille quidem, (cur te, cor, celeriter movens, perturbatione inani pectus mihi pecutis?) ille, inquam, Dominus (fidem mihi adhibe) piorum conservator perpetuò vigilias agit, nec unquam oculos dormien-

volu-

niter passis tibi semper alis
Umbræ more supervolat.
Ne cutem solis violentioris
Urant spicula de die,
cte ne lunæ nebulosioris
Artus degravet halitus.
8 Seu domi clausus lateas, latentem
Clausis servat in ædibus:
u foris pacis obeas amicæ,
Seu belli fera munera,
spitem é cunctis Dominus periclis
Semper te bonus eruet.

uptate superatos, in aliam partem ullam abs te in isto itinere a-
tit, *ut custos tui pervigil pericula omnia præveniat: Ille nunc quoque*
t olim adfuit tibi ex Ægyto revertenti) alis suis instar umbræ mo-
cè explicatis te operiet. 6 Ne radii solis vehementioris interdiu
rpus lædant, neve noctu vapor Lunæ nubibus rectæ, corpus pi-
um aut infirmum reddat: 7 8 Sive ædibus tectus, domi te
ntineas, ille te in domo obserata absconditum custodit: Sive
tra ædes tranquillitatis jucundæ officia administres, seu belli
unia exerceas, Dominus semper benignus te incolumem ab om-
discrimine eripiet,

PSAL. CXXII. CAR: GEN: 25

avid Ecclesiæ studiis & officioso cultu Dei recreatus lætitiam suam pra-
iat: urbis, Ecclesiæ, & regni totius statum commendat, omnibus benè
catur, & omnia bona à se spondet.

O Lux candida, lux mihi
Læti conscia nuncii:
m pleno stata tempora
Reddit circulus anno:
m festi revocant dies
Augustam Domini ad domum:

O Dies jucunda, ô dies mihi rei novæ & gratæ testis: jam Solis
circuitus anno perfecto tempus solenne restituit: jam sacri di-
mihi denunciant, ut ad sanctum Domini templum revertar.

2 Mo

2 Jam ſacri pedibus premam
Lætus limina templi.
3 Jam viſam Solymæ edita
Cœlo culmina, & ædium
Moles nobilium, & ſuo
Anguſtam populo urbem:
4 Urbem, quam procul ultimis
Terræ finibus exciti,
Petunt Iſacidæ, ut Deum
Placent more parentum:
5 Juſſam cœlitus oppidis
Urbem jus dare cæteris.
Et ſedem fore Davidis
Cuncta in ſecula proli.
6 Mater nobilis urbium,
Semper te bona pax amet:
Et te ſemper amantibus
Cedant omnia recte
7 Semper pax tua mœnia
Colat, ſemper in ædibus
Tuis copia dexterâ
Larga munera fundat.
8 Dulcis Iſacidum domus,

2 Mox ego ſacram Hieroſolymæ ædem ingrediar. 3 Mox eg faſtigia domorum ejus in cœlum erecta vide bo. magnificaſque a dificiorum celebrium extructiones, vixque capax populi fui opi dum illud ſanctum aſpiciam; 4 Viſam urbem illam, quam Ju dæi ab extremis orbis oris revocati, tributim adeunt, ut mor majorum legitimis ſacrificiis Deum propitient. 5 Inviſam urbe illam, quam Deus e cœlo voluit urbibus cæteris imperare, quam que juſſit poſteris Davidis in perpetuum domicilium & regni trib nal fore. 6 O princeps aliarum civitatum, pax amabilis tibi ſem per favcat, tuiſque amicis omnia ea ſententiâ perpetuo eveniant 7 Pax te ſemper habitet: copia abundantiæ dea beneficia ſua tib in ædibus tuis profuſe donet;

Te pax incola sospitet:
Sedes numinis, omnia
Succedant tibi fauste.
8 O jucunda Judæorum habitatio, quæ in te pax habitat, ea te
fortunet; 9 Omniaque feliciter tibi, Dei nostri domicilium, eve-
niant.

PSAL CXXIII. CAR GEN: 6

Ecclesia gravissime oppressa se ad Deum erigit, gratiam ejus implorat, & hostibus Dei malè peccatur.

AD te levavi, rex, pater & Deus
Ad te levavi lumina qui procul
Contagio humano remotus
Templa habitas radiata cœli
2 Ut servus observat domini manus
Gestus & omnes lumine mobili;
Arguta seu nutus acutis
Serva oculis dominæ tuetur:
Te nostra spectant, te Domine & Deus
Intenta mentis lumina, dum graves
Iras remittas: servulisque
Des veniam bonus atque pacem.
3 Jam lenis in nos respice: servulis
Jam parce tandem parce fidelibus, Jam
OCulos ad te, dominator, pater mihi & Deus, oculos ad te cor-
poris mentisque sustuli *ob res adversas animum non despondens, sed
in bu opem abs te expectans*, qui ab hominum sceleribus longè sepo-
ratus, lucidas cœli sedes incolis *rerum omnium potens*. 2 Sicuti fa-
mulus heri actiones, omnesque corporis motus, oculis argutis at-
tentus respicit; ancillaque strenua auxilium petitura, omnes do-
minæ motus oculis intentis spectans notat: sic nostri oculi præser-
tim interiores, te Domine Deusque noster, respicientes, obser-
vant; dum offensas ingentes condones, famulisque tuis placatus
se velis, ac delictorum gratiam clemens eis tribuas. 3 Ergo nos jam
[illegible] intuere, jamque post labores longos à servis, inquam servis

Quos hostis insultans superbo
Ludificatque permitque vultu
4 Contemptus hosti ac opprobrium sumus
Vitæque tædet, ferre animus nequit
Supercili fastum superbi,
Ludibriumque opibus tumentum

te amantibus, pœnas tuas abstine, quos ecu abjectos hostis malis nostris lætus irridet aspectuque feroci evertere cogitat. 4 Contempui sumus, & convitii argumentum inimicis nostris, adeo ut vivendi tædium nos teneat: animus enim arrogantiam vultus contumacis,| divitumque superborum irrisionem tollerare non potest.

PSA CXXIV. CAR: GEN: 26

Ecclesia mirificas Dei liberationes a conatibus mundi prædicans, benedicit Deo, & se in Posterum de ope illius confirmat.

1 NI faventis affuisset Numinis præsentia,
2 (dicat Isaci propago) Numinis præsentia
Ni faventis affuisset, quum veniret perditum
Nos superba multitudo, freta stultis viribus,
3 4 Forte vivos devorassent, debilesque & pauculos:
Ira fervidi furoris avida nostri sanguinis,
Obruisset instar undæ nos procellâ cladium:
More torrentis nivali ab imbre turgidi, impetus
5 Nos repente sustulisset: usque ad animam gurgites.

NIsi præsens & manifesta vis Dei indulgentis nobis, *omni humano præsidio destitutis* auxiliò fuisset, 2 Dicant Judæi, nisi præsens & manifesta vis Dei indulgentis nobis opem tulisset, cum magnâ arrogantium copiæ stolida potentiâ sua confisæ ad nos perdendum *certatim insurgentes*, venirent. 3 4 Infirmos nos numeroque exiguos vivos forsan absumpsissent, hominesque irati & rabie furiosa inflammati, nostræque mortis cupidi, magna calamitatum vi more fluminis, nos cooperuissent; 5 Eorumque violentia, instar rapidi fluvii à pluviis hibernis pleno amne fluentis, nos subitò abstulisset, violentia inquam, eorum instar fluminis impermeabilis

que ad animam transiissent gurgites impervii.
Sempiterna laus *Deo* sit, qui suos non tradidit
entibus prædam cruentis perfidarum gentium:
Cassibus fractis dolosis sospites evasimus:
apta veluti jam volucris rete fugit aucupis.
In Deo nostræ salutis spes reposita est unico,
ui solum cœlumque fecit vi potentis dexteræ.

ilis, usque ad vitæ exitium penetrasset. 6 Sed perpetuo tamen udetur Deus, qui servos suos nationum profanarum crudelitati on exposuit. 7 Nos certè incolumes morti erepti sumus, reti- us nobis insidiantibus laceratis; sicut avis jam comprehensa la- ueum venatoris avium aufugit. 8 Nostra igitur incolumitatis pectatiò in Deo solo sita est, qui mundum universum manu po- enti creavit.

PSAL. CXV. CAR GEN: 6

Psaltes stabilitatem Ecclesiæ prædicat, & instabilitatem afflictionum ejus; deinde Deum orat pro sanctificatione illius & prosperitate, improbis ejectis.

Sionis arcem non aquilo impotens
Saxo sedentem perpetuo quatit;
Nigrantibus non auster alis
Imbriferas glomerans procellas
Quicunque vere spem locat in Deo,
Non hostis hunc vis, non quatiet dolus
Si fractus illabatur orbis,
Incolumis fugiet ruinam.
3 Ut civitatem mœnia montium
Sanctum tuentur, sic Dominus suos

Ut

QVemadmodum aquilo violentus arcem in colle Sionis sitam saxoque stabili fundatam non labefactat: ventusque meridionalis flatibus tanquam alis aëra obscurantibus, tempestates pluvias colligens, eam minimè concutit: *Sic* quicunque animo sincero sese Deo committit, non violentia, non fraus inimici hunc movebit; etsi mundus ruptus ruat, ille tamen orbis eversionem salvus vitabit. 3 Sicuti etiam montes instar murorum Hierosolymam un-

Ut cingit arcanâ, nec unquam
Præsidii viduos relinquet.
3 Nec impiorum perpetuo jugo
Sinet piorum progeniem premi,
Ne turpibus contaminetur
Flagitiis labefacta mentem,
4 Ut affluenter fac bona sint bonis
5 Ut continuenter fac malé sit malis,
De calle quos recti illecebris
Impietas malé sana flexit.
Fac sancte rerum conditor ut domum
Beata semper pax colat Isaci:
Tranquillitas secura pulchræ
Exhilaret Solymæ colonos.

dique defendunt, sic Deus suos vigore & auxilio invisibili circundat, nec subsidio suo egentes unquam deseret; 3 Nec posteros sanctorum assiduo malorum dominatu opprimi permittet, ne boni animo fracti & ad desperationem penè adacti vitiis pudendis inquinentur, *& ad peccandi licentiam ferantur*: 4 Effice quæso, Jehova ut omnia abundè sint bonis recti amantibus. 5 Adversique omnia impiis assiduè eveniant, quos prava & insana de Deo opinio turpium voluptatum causâ, de via virtutis avertit, at tu creator omnium hoc præsta, ut tranquillitas bonis omnibus abundans Judæam semper habitet, otiumque metus expers, cives Hierosolymæ formosæ lætos reddat.

PSAL CXXVI. CAR. GEN.

Ecclesia admirabilem sibi & gentibus liberationem suam à Deo factam prædicat, eandemque optat ab illo perfici.

QUum pater omnipotens captam remeare Sionem,
Dulcemque jussit patriam revisere,
Attoniti stupuere animi, nec opinaque secum
Metum librantes inter & spem gaudia.

QUum Deus Judæos *in servitutem Babylonicam ductos* volebat *ex tam diuturna captivitate* domum redire, natalesque solum jucundum denuo visere, stupefacti omnes & in admirationem traducti

suas

rque sibi credunt: veluti qui noctis opacæ,
pere pulso, mane versat somnia.
Pro lachrymis redeunt risus: sua gaudia quisque
Sermone celebrat, patrium laudans Deum.
ec minus attònito stetit ad miracula vultu,
c barbarorum turba secum mussitans,
pater ille deûm. quot signa ostendit amoris!
ujus saluti gentis usque ut prospicit!
Nec falso, nam signa Deus monstravit amoris
Præclara, nostræ dum saluti prospicit.
go alacres læto testemur guadia plausu.
4 At tu benigne fac parens ut cæteri
m redeant, plenisque viis sic agmen inundet,
Ut æstuosi quum flat Auri spiritus,
dignata suis cohiberi flumina ripis,
Vaga per agros murmurant licentiâ.
6 Qui male fæcundæ commisit semina terræ
Et corde tristis multa voluit anxio,
nt, gaudia insperata inter expectationem boni, malique timo-
m secum expendentes; ægreque sibi ipsi fidunt, illi non abs-
iles, qui manè è somno excitatus visa per noctem obscuram se-
m retractat. 2 Pro fletu doloris teste voluptas reversa est, unus-
isque Deum majorum suorum celebrans, verbis lætitiam suam
mmemorat. Nec minus etiam multitudo Babyloniorum pro-
norum ad miram rerum conversionem stupefacta permansit; sic
cum in animo versans: En quot argumenta favoris in populum
um summus ille Deus ostendit! En ut Judæorum incolumitati
sidue consulit! 3 Nec falso *hæc prædicant*; Deus enim mani-
sta benevolentiæ suæ argumenta edidit, dum nobis ille consulit
os igitur hilares manuum collisarum strepitu lætitiam demon-
emus: 4 At tu, pater bone, effice, ut exulum reliquiæ quo-
e revertantur, turbaque se domum referentium tam copiosè &
equens redire queant, viis â revertentibus occupatis, quam flu-
ina nolentia alveo suo contineri, libero per campos excursu so-
nt, cum uotus violentus spirat. 5 6 Qui in agro sterili semi-
navit

Si venit uberior seges imbribus aucta benignis,
Exultat hilari cor meretis gaudio.
Nos quoque longa fugæ post tædia, postque labores,
Læti arva dulcis patriæ revisimus.
Te patrium canimusque Deum semperque canemus:
Agimusque memores atque agemus gratias.

navit, animo ægro & corde curis perturbato. multa cogitat: sin autem missis copiosa, pleviâ uberi nutrita, crevit, animus segetem maturam colligentis lætitia gestit: sic nos etiam post diuturnam & molestam exilii moram postque calamitates diu perlatas hilares tandem redivimus, agros patriæ jucundæ visuri: itaque nos te Deum cantu celebramus, semperque celebrabimus, & beneficiorum recordati, tibi nos idcirco obnoxios jam confitemur, semperque confitebimur.

PSAL CXXVII. CAR: GEN: 3

Psaltes nihil posse aut comparari aut conservari, ac ne genus quidem propagari dicit sine benedictione Dei, ac proinde omnia ab illo expectanda esse.

NIsi cæpta Dominus juverit, frustra struis
Moles superbas ædium:
Ni Dominus urbem servet, incassum excubat
Muris vigil custodia.
2 Frustra antevertis mane solem, & vespere
Serò domum reverteris:
Victum labore vix parabis anxio,
Ni dominus admorit manum.
At ille amicis interim suis dabit
Purum soporem somniis.

Nisi Domiuus purâ religione cultus consilium tuum promoverit, magnas domorum extructiones incassum ædificas, nisi Dominus custodiatopidum excubiæ frustro vigilant. 2 Frustra ante Solis ortū opus aggrederis: frustra post Solis occasum à labore domum redis, magnisque molestiis ægrè conficies unde vivas, nisi Dominus te *non avaritiâ aut diffidentia laborantem* adjuverit: at Deus interim iis quos charos habet, somnum visis nocturnis carentem largietur;

3 Domum

Domumque dulci prole fœtam liberum
Præbebit. Hæc hæreditas,
Hæc illa merces qua beat charos sibi
Rerum ille Dominus omnium.
Non sic timoris dexeram est telis gravis
Bellator hostis hostibus,
Et quem parentem masulæ propaginis
Favore beavit numinis
O ter beatum & amplius, qui talibus
Pharetram sagittis impleat.
Non ad tribunal erubescet jurgia
Procacis adversarii.

3 Domumque dabit jucundâ filiorum sobole refertam, hoc illud patrimonium est, hoc illud præmium, quo Dominus ille rerum omnium amicos suos augere solet. 4 Inimicus bellicosus manum gerens jaculis instructam non est hostibus suis tam formidabilis: *quam pater ille inimicis timori est*, quem Dei benevolentia multorum progenie auxerat. 5 O valde felicem parentem illum, qui liberis masculis sese muniat: non enim convitia inimici petulantis, apud sedem Judicis pudore confusus, audiet.

PSAL CXXVIII. CAE. GEN 25

Voltes piorum felicitate propositâ, demonstrat quam grato animo sit percipienda benedicto Dei publica in Ecclesiam, & privata in pios singulos.

FElix ô ter & amplius
Quem timor Domini tenet,
Quem non illius à via
Electit devius error
Felix & tibi prospere
Cedent omnia. nam tuo

Carpe

O Multum beatum virum illum, qui Deum reverenter habet quē falsa opinio ad diverticula ducens, a lege Domini non diversus, sed ex ejus *præscripto vivit*, 2 Beatus certe es omniaque prospe-

re

Carpes dulcia fertula
Comparata labore.
3 Instar palmitis uberi
Proventu gravidi, & comâ
Cingentis viridi domum,
Te conjunx hilarabit.
Ceu plantaria fertili
Pubescunt oleæ solo,
Jucundo tibi liberi
Cingent agmine mensam
4 Quem timor Domini tenet,
Inter talia commoda
Vitæ tempora transiget.
5 At te ex arce Sionis
Ditabit Domini manus
Larga: & conspicies bonis
Florentem Solymam, tibi
Donec vita manebit.
6 Prolis aspicies tuæ
Longâ stirpe propaginem:
Festa semper & Israël
Lætis pace nepotes.

PSAL.

re tibi *intenni sorte tua* succedent; cibos enim suaves in dies acti-
es tua ipsius industria quæsitos. 3 Uxor *liberos tibi proferens*, mo-
vitis multo fructu oneratæ, domumque tuam frondibus ambient
animum gaudio explebit: sicut olivæ teneræ in terra fœcunda ado-
lescunt, sic grata filiorum turba mensam tuam circundabunt.
Quicunque autem peccatis suis in odium & offensionem Dei in-
currere veretur, in hac felicitate ætatem deget. 5 Deus etiam ex
Hierosolymâ munificè te locupletabit, eamque dum vives, secun-
da fortunâ auctam videbis. 6 Tuorumque liberorum posteros
longo ordine per generationes multas cernes, liberosque ex Israel
exiundos, otio omni molestia carente gaudentes, spectabis.

clasia suas in præsente seculo afflictiones à mundo & liberationes à Deo prædicat, funestumque adversariorum exitium.

2 JUre dicat grex bonorum, mille me molestiis
Factio pressit malorum: prima ab usque origine
Factio pressit malorum mille me molestiis:
Nec tamen subvertere unquam quivit ullis machinis.
Terga sævis exaravit verberum vibicibus:
Terga longis secta fulcis, hostis ad fastidium:
Sed parens rerum benignus vincla rupit impiâ.
Neque nervo libetavit servitutis asperæ.
Qui Sionis non amico spectat arces lumine.
Vota semper vana volvat, spes inanes nutriat.
Marceat, ceu sole marcet herba languens torrido,
Herba summis nata tectis, quæ repente corruit
Ante falcis plagam acutæ, sicca marcidis comis:
Unde nec sinum replevit qui maniplos colligit:
Nec manum messor perustus. prata tondens florea.

Pli omnes ad unum merito nunc dicere possunt, pravorum conspiratio multis anxietatibus me divexavit, ab initio pueritiæ usque pravorum conspiratio multis curis anxiferis me divexavit; nec tamen ullis commentis dolosis potuit me penitus pessundare, & victoriâ potiri. 2 Dorsum illa quidem nostrum. flagellorum cicatricibus, inhumanæ crudelitatis testibus, inscripsit, dorsum, inquam, virgatum vestigiis ad inimici lassitudinem laceratum: Sed tamen bonus ille & beneficus mundi creator crudele impiorum omnium imperium perfregit, neque è compedibus duræ conditionis serviendi eripuit. 5 Qui Hierosolymam torvis oculis [illegible] intuetur, semper in animo desideria nihil ipsi profutura vertit, spesque sine ullo fructu foveat. 6 *Ac licet aliquandiu vireat,* [illegible]escat tamen, ceu herba paulatim deficiens, Sole vehementer [illegible]lente exarsit, ceu herba inquam, quæ in ædificiorum culminibus enata crescit, quæque sine succo radicibus marcentibus, antequam falce demetatur, subito concidit; 7 Qua quidem sese non [illegible]erat ille, qui segetes messas legens, componit, nec fœniseca Sole torridus, dum prata floribus abundantia secat, circa eam bra-

8 Nec viator ominatus prosperat est metentibus.
Sic precatus. Arva læta, & arva lauta, & roscida,
Hunc in annum & usque in annos hunc sequentes numinis
Vos favor semper benigni serveret, ornet, augeat.

chia sua circumfundit. 8 Nec præteriens quisquam felicia se cantibus verbis suis portendit, ita orando, ô arva aspectu jucundi arva pulchra, roreque multo aspersa, benevolentia Dei liberali perpetuo, custodiat, omnibus commodis instruat, & hoc anno & in posterum fœcundiora faciat.

PSAL. CXXX. CAR GEN.

Psaltes sibi maximas liberationes obtigisse narrat invocanti Deum, ideoque se Deo confidere, & Ecclesiam ad fiduciam eandem hortatur promissionibus.

1, 2 CUrarum rapidis fluctibus obrutus,
Arcanis animi de penetralibus,
(Audi verba precantis.)
Clamavi pater optime:
Audi verba, pater, quæ tibi supplices
Multo cum gemitu fundimus: applica
Intentam bonus aurem
Tristes ad querimonias,
3 Si vindex tetricus facta nefarie
Pœnis cuncta velis plectere, quis sibi
Tam confidit, acerbum
Ut non horreat exitum?
4 At tu non furiis tristis es asperis,

1, 2 MAgna solicitudinum vi & multitudine oppressus, voce ingenti ex sensibus intimis, sic Deum rogavi: orationem meam pater optime, accipe, orationem, pater, accipe, quam humiles & suspirantes tibi exponimus, facilisque querelas miserationi Jehova, intentus exaudi. 3 Si quidem ut ultor severus omnia scelera nostra suppliciis punire velis; quis tantum meritis suis tribuat, ut tristem judicii finem non formidet? 4 At tu ingenio vehementi severus non es, sed misericors & liberalis Pater, ut

te,

d largus veniæ, & munificus parens:
Ut te jure colamus,
Legum & justa salubria.
Nam spes polliciti me recreat tui:
omissique fides fallere nescii,
Et fiducia certa
*Me*ntem sustinet anxiam.
Non sic præcipiti nocte vigil diem
bservat roseum, non roseum vigil
Phœbi sic avet ortum,
Ut flagrat mea mens Deum:
Securi in Domino figite spem pii
on duro veniam supplicibus dare,
Et prompto dare pressis
Duro servitio manum.
Electi generis progeniem gravi
ressam servitio ex hostibus asseret:
Et de morte redemptam,
Noxis eximet omnibus:

, legesque tuas ad salutem nostram spectantes, merito venere-
ur. 5. Nam spes promissionis tuæ implendæ, pollicitique con-
antia, quod fidem ei habentes decipere non potest, me quam-
nocentissimum consolatur, firmaque persuasio adversus iræ
æ & supplicii metum mentem solicitam fulcit. 6 Qui sub
ctem extremam vigilias agit, non ita avidè ortum diei expectat;
cubitor, inquam, non ita cupide exortum Solis roseo colore
a tingentis exoptat, ut mens mea vehementi adventus Dei mihi
itulaturi desiderio incenditur. 7. Vos itaque Dei cultores
metum & curam, spem certam constituite in Domino, non
ficili ad condonandum peccati supplicium, veniam ac pacem
entibus, paratoque servitute crudeli afflictos juvare. 8. Do-
nus prolem gentis Iudaicæ sibi peculiaris sub dominis imperio-
afflictam, ex inimicorum potestate vindicabit, progeniemque
tam è periculo mortis liberatam omnibus peccatis solvet.

David dimissum suum animum supplicemque professus Ecclesiam ad humilitatem simplicitatemque cohortatur.

SI spiritu impotenti,
Si lumine insolenti
Elatus ambulavi,
Si virium mearum
Fiduciâ superbus
Despexerim minores:
Si mentis arrogantis
Sublime vectus alis,
Majora quam liceret
Sperare, cogitavi:
Ni vota temperavi
Modestia salubri:
Nil deprecor, rogove,
Nullam recuso pœnam.
2 Qualis puer tenellus
Vix lacte pulsus, unam:
Suspirat in parentem,
Hanc spectat, hac abuna
Dependet, ambit unam:
Æterne rector orbis,
Te mens mea intuetur
Unum: uni adhærer, unû

Te

SI, te mihi teste, Jehova, animo arroganti, & oculis elatis superbius incessi, si quod meæ potentiæ confiderem, immodicus mei æstimator, inferiores contempserim, si fiduciâ animi superbi elatus, altiora quam oportebat speravi, ni temperantiâ utili cupiditates coercui, nihil abnuo, nullas preces interpono, nullumque supplicium renuo. 2 Sicut puer infirmus, vix ablactatus, nutricis suæ oblitus, matrem solam affectat, hanc solam intuetur, omnes spes in ea sola habet, unam eam cupit: Sic animus meus, gubernator orbis, te solum spectat, te solum servatorem meum

fatetur

e vindicem ſalutis
Agnoſcit. O piorum
Propago ſancta patrum
Unum Deum parentum
Spectate ſpes in uno
Locate, cuncta ab uno
Sperate: ſpem nec unquã
Fovebitis caducam.

terur. 3 O felix parentum bonorum progenies, meo exemplo monita, Deum majorum veſtrorum intuemini: omnia ab uno ſpectate, credite ab illo omnia vobis proſpere eventura, nec unquam animos veſtros ſpes inanis fruſtrabitur.

PSAL CXXXII. CAR. GEN. I

David arcam Dei ducturus Jeruſalaimam, ſolicitudinem ſuam, votum, officiumque exponit Deo, orat ut Deus veniat in civitatem ſuam, & regno, ſacerdotio populoque benefaciat; ideaque promiſſiones antè à Deo factas adducit.

DAvidis eſto memor, genitor, memor eſto laborum
Quos tulit, in rebus tua juſſa ſequutus egenis.
Ille tibi, Hebrææ gentis Deus unice, votis
Obſtrinxit caput, & promiſſis ora reclusit:
Non ædes prius ingrediar, mollive reponam
Membra thoro, aut oculis dulcem indulgebo ſoporem,
Quam fanum inveniam, & ſacri fundamina templi
Deſignem, ſanctiſque locum dimetiar aris.

6 Fama

MEmento pater, promiſſorum, quibus te Davidi ultro obſtrinxiſti, memento moleſtiarum, quas perpeſſus eſt in ſummis difficultatibus tibi morem gerens, ex quibus etiam illum eripuiſti. 2 Ille etiam viciſſim tibi, Deus unice Hebræorum, ſeſe jure mando obligavit, ſicque loquutus eſt, hæc pollicendo. 3 Non ibi introibo domum meam, nec corpus in lecto molli ad quiem capiendam componam, 4. Aut palpebras claudens ſomnum gratum oculis dabo. 5 Quam templo ædificando locum inquiro, ædiſque ſacræ quam Deus incolat, fundamenta notem, ſedemque

6 Fama licet patriæ multum promitteret oræ,
Inter saxa tamen sylvestribus obsita dumis
Monstravit Deus ipse locum. Deus ipse perenne
Hic templum, templique sacris sedem imuit aris.
7 Ergo alacres, gratam Domino prope emus ad ædem:
8 Scamna pedum pronis veneremur vultibus: & tu
Sancte parens, bonus ac placidus cape vota, tuamque
Lætus adi sedem: neu depignare penates
Qui memorem æterni servabunt fœderis arcam.
9 Templa sacerdotes casti tueantur, & omnes
Qui tua ritè piis venerantur numina sacris,
10 Lætitiâ exultent. Si David pectore puro
Te coluit, ne Davidicæ nunc respue prolis,
Dona, tui populi cui fræna tenenda dedisti.
11 Davidi enim quondam (neque jam sententia vertet
Ulla tuam mentem) juraſti. Estirpe propago
Nata tuâ solium & sceptrum retinebit avitum.

demque altaribus Dei certa mensura comprehendam, 6. Quamvis sermo hominum sæpe memoraret templum arcæ fœderis & Deo in finibus patriæ meæ positum fore: Deus tamen ipse ei condendo locum ostendit inter colles Sionis arboribus sylvaticis tum opertos, ibidemque ædem perpetuo mansuram, stabilemque altari locum demonstravit. 7 Ad templum igitur à Deo selectum ideoque ipsi jucundum, læti festinemus. 8. Et ad scabellum pedum ejus aut subsellium cui insidet, sacram videlicet fœderis arcam proclives in terram ipsum adoremus: Tuque adeo Jehova facilis & benignus votum tibi nuncupatum accipe, & ad locum tibi dedicatum, & fixam tibi domicilium benevolus adveni, neu iratus domum illam recusa, quæ arcam præsentiæ & roboris tui tesseram, ac monumentum pacti tecum facti servantem custodiet. 9 Sacrificii puri ædē istam servent, omnesque te sacraficiis pio animo colentes legitimo majorum more oblatis, præ gaudio gestiant. 10 Si David sine ulla simulatione te veneratus est, munera filii ipsius ne recusa, cui regni administrationem tribuisti. 11 Olim enim Davidi sancte promisisti, jurejurando dato, ceu irrevocabili decreto

Quod si posteritas servet mea fœdera, pactis
Si steterit, leges si non temerarit avitas.
Nulla dies solio, vis nulla extrudet avito,
Et natos natorum, & qui nascentur ab illis.
Ipse mihi sedem elege sine fine Sionem,
Quam colerem: hic mihi certa quies hic certa voluptas
Hæc mihi grata domus, cœli indulgentia fruges
Faxo alat, & duros largé saturabo colonos,
Templa tuebuntur casti justique ministri,
Lætitiaque piis perfundam pectora certa:
Davidicoque novum producam é semine germen,
Quod late in populos fundet sua brachia: stirpi
Prospiciam seræ, solium quæ illustret avitum,
Claraque per cunctas diffundat lumina terras.
At pudor & turpes maculas infamia spargens,

Hostibus

decreto, (neque ullum consilium novum animum tuum mutabit) in hæc verba erumpens: Progenies ex te nata insigne regni & ditionem paternam tenebit. 12 Quodsi, ex te nacentur, conventa pacta mecum custodiant, si in promissis permanebunt, si leges majoribus datas non violabunt, nullum tempus, nullaque potentia violenta, eorum posteros, prout alii ex aliis nascentur, de throno majorum unquam deturbabit. 13 Ipse enim mihi Hierosolymam excepi domicilium quod in perpetuum habitarem: 14 Hic mihi stabilis mansio futura est, hoc in loco mihi grato iucunda habitatio est, certumque est mihi hic perpetuo sedem placitam figere. 15. Efficiam insuper ut cœli favor omnes terræ fructus , asperosque agrorum cultores abundè satiabo. 16 Æditimi puri & æqui ædem meam servabunt, gaudioque habili animos piè me colentium ex plebo 17 Stirpemque de sanguine Davidis perpetuo duraturam exoriri efficiam, quæ suam in nationes potentiam latè extendet: posterisque regem providebo, qui sedem majorum honore afficiat, quique perspicuam doctrinæ lucem per orbem totum dispergat. 18 At scelerum conscius timor, ignominiaque notas fœdas fundens hostium faciei

colo-

Hostibus inficiet vultus. Iessæa propago
Florebit, cingetque sacrum diademate crinem,
Transmitterque suam longæva in secula famam.

colorem rubicundum inducet: posteritas autem Iessæ in magno honore erit, fasciaque regali caput coronabit, suique nominis gloriam in tempus immensum transire faciet.

PSAL CXXXIII. CAR: GEN: 1.

David communionem sanctorum celebrat, & elegantibus comparationibus figurat bona, amanitatemque illius.

1 NIl charitate mutua fratrum, nihil
Jucundius concordiâ,
2 Non aura suavis balsami, quum fundirur
Aaronis in sacrum caput,
Et imbre læto proluens barbam, & sinus
Limbum pererrat aureum:
3 Non ros, tenella gemmulis argenteis
Pingens Sionis gramina,
Aut verna dulci inebrians uligine
Hermonis intonsi juga.
Fraterna quam pax incolit domum, juvat
Dominus benigna dexterâ;
Et opibus auget, filiorum & filios
Multis propagat seculis.

PSAL.

1 NIhil gratius est amore illo inter se fratrum *prius dissidentium, nunc verò pios omnes in Christo patris cœlesti adiungente*, nihilque eorum unanimi consensu dulcius. 2 Non odor suavis unguenti illius delicati, cum in sanctum summi sacerdotis caput effunditur, & aspergine jucundâ barbâm vestemque ejus sinuosam humectans, extremas amictus oras percurrit. 3 Ros quoque instar gemmarum coloris argentei, teneras Sionis herbas vario colore distinguens, *charitate illa mutua cœlitus datâ*, gratior non est, aut cum humore grato Hermonis sylvosi culmina tempore veris madefaciens imbuit. Dominus æde sillas successu liberaliter auget, quas fratrum concordia habitat easque ditat longaque successione propaginem illis diu præbet.

Psaltes Ecclesiam totam hortatur ut benedicat Deo, adjunctis premissionibus.

DOmini ministri, nocte qui custodiæ
Sancti excubatis atrii,
Laudate Dominum, laudibus donec sacro
Nox annuit silentio.
Interque laudes mentibus puris manus
Cœlo supinas tollite.
Et vos beabit Dominus invicem omnibus
Cœli solique commodis:
Dominus Sionem qui tuetur, unicus
Cœli solique conditor.

Vos servi Jehovæ, qui noctu ad vestibulum sacrum, templumque ejus custodiendum pervigilatis, Dominum honorifice prædicate- donec nox sua taciturnitate prædicationi vestræ favet. 2 Dumque Deum laudatis, manus ad cœlum elatas animo simplice orantes extollite, *quæ pars est ipsius cultus potissima, atque adeo ipsorum rituum finis.* 3 Dominusque vicissim vos, populique cætum sacris ritè defunctum sanctaque doctrinâ instructum, omnibus terræ & cœli bonis auctos cumulabit; Dominus, inquam, qui cœli terræque creator. Sionem custodit.

PSAL CXXXV. CAR: GEN: 1

Psaltes Ecclesiam hortatur ad laudandum Deum, omnipotentia in res creatas & inimicos ipsos, bonitatisque erga Ecclesiam nomine: quæ omnia per comparationem idolorum gravissimè amplificat

1, 2 VOs quibus est sacri custodia credita templi
Eia Deum laudate: Deum celebrate ministri
Qui sacra assiduâ vigilatis ad atria curâ.
3 Eia Deum laudate bonum, nomenque beatum
Tollite perpetuo vestro super æthera cantu.

1, 2 VOs *ministerio Jehovæ devoti*, quibus Templi custodiendi cura mandatâ est, agite Deum prædicate: vos inquam servi Jehovæ, qui continua diligentiâ excubias agitis ad templum ingressum, Dei laudes cantate. 3 Agitè Deum prædicate facilem & bonitate verà affluentem, sanctumque ejus nomen canentes,

4 Quippe Jacobum ultrò legit, lectumque dicavit
Hunc sibi, ceu privam patrimoni in sæcula sortem.
5 Nota quidem Domini est immensa potentia notum
Numen: quippe deos sub se premit altior omnes,
Quos alii stolida placant ceu numina curâ.
6 Versat enim nutu cœlo, terraque, marique,
Aut siquod cæcis clausum est penetrale tenebris
7 Naturæ, quodcunque libet, de viscere terræ
Evocat & liquido suspendit in aëre nubes:
Fulguribusque vagis venientes prævenit imbres.
Deque suis promit ventorum flamina gazis.
8 Ille hominum primos fœtus pecudumque per arva
9 Divitis Ægypti stravit: regemque superbum,
Et quicunque bibunt septemflua flumina Nili
20 Ferruit ostentis: validis ille oppida muris
Turrita evertit: numeroso milite cinctos

Cum

cœlum laudibus summis efferte: 4 Jehova enim sponte sua, seque unius bonitate impulsus, Jacobum elegit, eumque electum veluti privatam hæreditatis portionem sibi in perpetuum consecravit. 5 Infinita Dei Domini nostri potestas & divinitas cognita satis & perspecta est: quippe qui potentior, deos omnes inferiores sibi obsequentes habeat, quorum pacem ac veniam profani stulta diligentia incrificiis poscunt. tanquam dii essent, *quos tales esse tantum somniant.* 6 Dominus enim voluntate sua quicquid vult in tota rerum universitate huc illuc transfert, aut siquis locus occultior in obscuriore mundi parte absconditus est. 7 Jehova vapores densiores de intimis terræ partibus extrahit, eosque in aëre pendere facet & antequam pluviæ erumpant flammas per aërem errabundas mittit, flatusque ventorum de thesauris suis educit. 8 Ille primogenita hominum & bestiarum per agros Ægypti opulentæ nocte una occidit, *potentia sua naturalibus causarum finibus non circumscripta.* 9 Pharaonem etiam ipsum elatum, omnesque Nili accolas per septem ostia mare ingredientis, plagis monstrosis perterrefecit. 10 Ille urbes mœnibus firmis muni-

Cum ſtirpe extinxit violento funere reges:
11 Stravit Amorrhæum valida virtute Seonem,
Quique Baſan Ogus magna ditione tenebat,
Regnaque non uni Cananæa ſubdita ſceptro:
12 Arvaque dejectis nuper viduata tyrannis,
Accepēre novos Jacobi é ſtirpe colonos.
13 14 Sancte parens rerum, qui juſto examine noſti
Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos,
Poſteritas te ſera canet: tua ſplendida facta
Nulla unquam ex animis tollent oblivia noſtris.
15 At ſibi quæ variis finxit ſimulachra figuris
Vana ſuperſtitio, calidis fornacibus aurum
Argentumve liquans, nil ſunt niſi ludicra dextræ
16 Humanæ commenta: illis os vocis inane:
17 Lucis egent oculi: ſurdas ſonus advolat aures,
Et patulas fruſtra nares jucundus odorum
Halitus incurſat: calidus non pectora pulſat

avertit, reges etiam gentium profanarum exercitibus magnis abundatos, cum progenie morte pervim illatâ cecidit. 11 Seonem videlicet Amorrhæorum regem. & Ogum in monte Baſan late imperantem ſubvertit, regnaque Cananæorum multis regibus parentia delevit; 12 Agrique nuper in ſolitudinem redacti, regibus injuſtis expulſis, recentes è genere Jacobi cultores admiſere. 13 14 *Ob hæc ſupra ipſam rerum naturam potentiæ infinitæ facta mirandæ* gentes longo poſt tempore futuræ te, creator & rector rerum omnium, laudabunnt, qui tibi morem gerentibus ſcis pacem acveniam dare, æquoque judicio elatos vi ſuperate, nullaque oblivo res a te præclare geſtas memoriæ noſtræ unquam eximet. 15 At imagines, quas religio perverſa & inutilis formis diverſis ſibi fabricavit: in caminis ardentibus auri & argenti metalla fundens, nihil aliud ſunt, niſi ſtulta hominum aut artificum figmenta: 16 Os eſt illis, ſed mutum: oculi ſunt, ſed cæci, *ut* 17 *ut* nihil cernant. 17 Strepitus moti aëris ad aures nihil audientes apertas, fruſtra ingreditur, halituſque pulmones ſub pectore non movet. 18 Quiſquis autem ſibi has imagines ludibrio facit,

18 Spiritus, O quisquis ludibria talia fingit,
Aut colit, ipse suis similis diis exigat ævum,
Mentis inops, & lucis egens: non aure nec ore
Accipiat reddatvè sonos: nec nare sagaci
Sentiat halantes per prata nitentia flores.
19, 20, 21 Tu vero genus à magno Israele profectum
Et domus Aaronis gentique é sanguine Levi,
Et quicunque pio rerum venerare parentem
Obsequio, laudate Deum qui tecta Sionis
Ardua, qui sacram Solymæ bonus incolit ædem.

aut eas veneratur, ipse pari conditione cum diis à se factis & cultis vivat, stupidus, & cæcus, voces aure non intelligat, nec ore loquatur nec nare acutâ & solerti odoratum florum per prata amœna jucunde Spirantium percipiat. 19 20, 21, Vos autem posteri Israelis posterique Aaronis ac Levitæ, & quicunque Jehovam colis, piè & sancte illi serviens Deum illum prædicate, qui in arce Sionis, quique in sancto Hierosolymæ Templo clemens inhabitat.

PSAL. CXXII. CAR: GEN: 2

Psaltes hortatur Ecclesiam ad prædicandas Dei laudes, propter beneficentissimam naturam & majestatem ipsius, benignaque opera in creatione, administratione & conservatione rerum omnium, ac imprimis Ecclesiæ demonstrata.

1a Deum laudate, Deum facilemque bonumque,
Larga benignum semper indulgentiâ.
2 Eia Deum laudate, Deus namque ille deorum est,
Larga benignus semper indulgentiâ.
3 Cui Domini rerum submittunt sceptra tyranni,
Larga benigno semper indulgentiâ.
4 Qui facit attonito solus miracula mundo,
Gite Deum prædicate, Deum lenem æquumque, & summâ benitate præditum, amplaque liberalitate semper beneficum. 2 Agite Deum prædicate, ille enim Deus est, omnibus diis aliis major, ampla beneficentiâ semper liberalis. 3 Laudate Deum, qui regos terrarum parent, amplâ liberalitate semper munificò. 4 Qui suâ unius vi signa stupenda omnibus admirantibus edit, amplâ beneficentiâ semper liberalis; 5 Qui

Larga benignus ſemper indulgentia.
6 Qui liquidis terras emergere juſſit ab undis,
Larga benignus ſemper indulgentiâ.
7 Qui vitreo accendit flammantia lumina cœli,
Larga benignus ſemper indulgentia:
8 Qui ſolum auricomum juſſit dare jura diei.
Larga benignus ſemper indulgentiâ.
9 Qui Lunam & Stellas tenebras diſtinguere noctis
Juſſit, benigna ſemper indulgentiâ.
10 Pignora prima Phari qui fato extinxit acerbo,
Larga benignus ſemper indulgentia
11 12 Iſacidas medio incolumes ex hoſte recepit,
Laga benignus ſemper indulgentiâ
13 Qui rubri Oceani torpentes diffidit undas
Larga benignus ſemper indulgentiâ.
14 Perque undas fiſſas ſobolem traduxit Abrami,
Larga benignus ſemper indulgentia.
15 Pharaonem & Pharios ſubmerſit gurgite currus,
Larga benignus ſemper indulgentia. 16 De-

Qui cœlum mirifica ſapientiâ ſua in circulos nitentes circumactum rotundavit, ampla liberalitate ſemper munificus. 6 Qui terras ex undis fluidis quaſi aſcendere & ſupra aquarum ripas extare juſſit, ampla beneficentiâ ſemper liberalis. 7 Qui è cœlo lucido lumina inſtar flammarum ſplendere fecit ampla beneficentiâ ſemper liberalis. 8 Qui Solem pulchrum radios ceu crines aureolos fundentem lucibus præeſſe mandavit, ampla beneficentia ſemper liberalis. 9 Qui Lunam & ſtellas noctem tenebroſam à die ſecernere fecit, ampla & perpetua liberalitate ſua, 10 Qui primogenita Ægypti immatura morte delevit, ampla beneficentiâ ſemper liberalis. 11 12 Qui Judæos inimicis undique oppreſſos é medio hoſtium ſeparavit, ampla beneficentiâ ſemper liberalis. 13 Qui aquas maris rubri findendo fecit ſtare inertes, ampla munificentia ſemper liberalis. 14 Judæoſque per mare diviſum tranſire fecit, ampla munificentia ſemper liberalis. 15 Qui Pharaonem Ægyptiorum regem, & Ægyptiorum copias aquis marinis obruit, ampla

Munifi-

16 Deduxitque suos deserta per avia tutos,
Larga benignus semper indulgentia.
17 18 Et validos merita prostravit clade tyrannos,
Larga benignus semper indulgentia.
19 Stravit Amorrhæum valida virtute Seonem,
Larga benignus semper indulgentia.
20 Stravit & incassum confisum viribus Ogum,
Larga benignus semper indulgentia.
21 Metatusque novis agrum est utriusque colonis,
Larga benignus semper indulgentia.
22 Isacidis habitare suis dedit hostica rura
Larga benignus semper iodulgentia
23 Qui nos in rebus miseros respexit egenus,
Larga benignus semper indulgentia.
24 Avertitque ferum nostris cervicibus hostem,
Larga benignus semper indulgentia.
25 Qui genti vitam humanæ victumque ministrat,
Larga benignus semper indulgentia.

26 Astrigeros munificentia semper liberalis. 16 Populoque suo periculis erepto per solitudinem incultam iter prævit, ampla beneficentia semper liberalis. 17 18 Regesque potentes & intentos exitio justo extinxit, ampla beneficentia semper liberalis. 19 Qui Seonem regem amorrhæorum potentem occidit, ampla beneficentia semper liberalis. 20 Qui Ogum Baschanis regem ingenti corporis mole frustra confisum dejecit, ampla beneficentia semper liberalis. 21 Et regionem utriusque regis novis habitatoribus divisit, ampla beneficentiâ semper liberalis. 22 Qui hostium agros electis Isacidis posteris habitandos, tribuit, ampla beneficentiâ semper liberalis. 23 Qui nos ab hostibus oppressos, & ope destitutos, ac in summis difficultatibus versantes benignè aspexit, ampla beneficentia semper liberalis. 2 Qui hostem crudelem à nobis alio avertit, ampla beneficentia semper liberalis. 25 Qui vitam & alimenta hominibus aliisque animantibus suppeditat, ampla beneficentiâ

sempe

6 Astrigeros laudate Deum qui temperat orbes,
Larga benignus semper indulgentia.
mper liberalis. 26 Celebrate Deum, qui regit Cœlum stellis
cidum, liberalitate perpetua semper munificus.

PSAL. CXXXVII. CAR: GEN: 22

acerdotes & Levitæ captivi ad sacras cantiones cantandas sollicitati, ostendunt à se bona fide fieri non posse: in luctu suo constanter permanent. Edomisque & Babyloniis severissimum Dei judicium imprecantur atque denuntiant.

DUm procul à patria mœsti Babylonis in oris,
Fluminis ad liquidas forte sedemus aquas,
lla animum subiit species miseranda Sionis;
Et nunquam patrii tecta videnda soli.
levimus, & gemitus luctantia verba repressit:
Inque sinus liquidæ decidit imber aquæ.
Muta semper virides pendebant nablia ramos,
Et salices tacitas sustinuere lyras.
Ecce, ferox dominus Solymæ populator opimæ,
Exigit in mediis carmina læta malis:
Qui patriam exilio nobis mutavit acerbo,
Nos jubet ad patrios verba referre modos;

DUm procul domo & solo natali culpæ pœnæquæ causa tristes in regione Babylonia ad puras Euphratis aquas, vitato hostium impiorum conspectu, otiosi quiescimus miserabilis illa Hierosolymæ imago nobis in mentem venit domosque ludææ patriæ nunquam nobis postea spectandæ in memoria habuimus lacrymas profudimus, & comploratio lamentabilis verba nostra egredi conantia exitu prohibuit, fletusque effusi in vestem cecidere. 2 Instrumenta musica tacita in frondibus arborum in ipso Babyloniorum conspectu suspensa erant, salicesque nostras lugentûm cytharas mutas ferebant, cum illo tempore & loco gemendum potius quam canendum nobis videretur. 3 Ecce tamen victor insolens, Hierosolymæ divitis eversor, inter miserias captivitatis nostræ cantiones jucundas à nobis postulat, quique nos de patria in exilium molestum pertractos transtulit, is imperat nobis ut mutus nostros ad numeros patrios conjungamus, quibus ipsos oblecta-

Quale canebamus, fleterat dum celsa Sionis
Regia, finitimis invidiosa locis.
4 Siccine divinos Babylon irrideat hymnos?
Audiat & sanctos terra profana modos?
5 O Solymæ, ô adyta, & sacri penetralia templi,
Ullane vos animo deleat hora meo?
6 Comprecor, anté meæ capiant me oblivia dextræ;
Nec memor argutæ sit mea dextra lyræ:
Os mihi destituat vox, arescente palato,
Hæreat ad fauces aspera lingua meas:
Prima mihi vestra nisi sint præconia laudis:
Hinc nisi lætitiæ surgat origo meæ.
7 At tu (quæ nostræ insultavit læta rapinæ)
Gentis Idumææ tu memor esto pater.
Diripite, ex imis exertite fundamentis,
Æquaque (clamabant) reddite tecta solo.
8 Tu quoque crudeles Babylon dabis impia pœnas:

lectaremus, qualiter canere solebamus, dum altum Sionis palatium, gentibus vicinis odiosum, incolume vigeret. 4. Itaně Babylonii cantiones de laudibus Dei nostri ludos planè facientes contemnant, terraque à religione nostrâ aliena carmina sacra audiens, risu excipiat? 5 O Hierosolyma, ô secretior templi pars, ô intimum sacrarium, an ullum tempus vestri memoriam mihi (licet procul à vobis semoto) adimere queat? 6 Imo potius rogo, ut dextera mihi oblivione obruatur, & fidium pulsationis oblita, cytharæ sonoræ artem non teneat: sim potius mutus, linguaque rigida ad angustum gutturis exitum agglutinetur, concavo oris mei sicco, nisi prædicatio rerum in vobis egregiarum, quum vobis restituar, sit mihi canendi principium, nisi initium hilaritatis meæ à vobis coram capiatur; nunc autem à patria exulentibus nobis dolori indulgendum est. 7 At tu pater, Idumæorum, nobis eorum cognatis, ingratorum indulgens iræ memento; qui nostra populatione hilares gavisi sunt, hostium enim Chaldæorum immanitatem acuentes vociferabantur, urbem ipsam spoliate, illam funditus diruite, domosque terræ æquales efficite 8 Tu etiam Babylon sacrilega supplicium magnum aliquando

solves

Et rerum instabiles experiêre vices.
Felix qui nostris accedet cladibus ultot:
Reddet ad exemplum qui tibi damna tuum.
9 Felix qui tenero consperget saxa cerebo,
Eripiens gremio pignora caro tuo.

solves; incertasque rerum humanarum mutationes senties: Is autem beatus erit, qui damnorum nostrorum vindex veniet, taliaque tibi mala dabit, qualia tu nobis dedisti. 9 Beatus etiam ille fuerit, qui liberos tibi dilectos ex amplexu tuo tollens tenero illorum cerebro lapides fœdabit.

PSAL CXXXVIII CAR. GEN. 28

David Deum celebrat propter benignum & verbum & opera ejus erga se: à gentibus suo exemplo celebratum iri docet, ac postremo, se committit Deo.

PEctore te grato Dominumque Deumque fatebor
Coram superbis regibus,
Et tua facta canam.
3 Ad tua templa oculis, animo ad tua numina spectans,
Nomen celebrabo tuum,
Perpetuamque fidem:
Qui donis promissa novis cumulata rependis,
Audis vocantem, robora
Das animo trepido,
4 Te quacunque patet tellus circumflua ponto,
Reges fatebuntur Deum,

Quum

TE Jehova, animo beneficiorum memori herum & Deum meum coram regibus opulentis profitebor, resque à te gestas cantabo. 2. 3. Ad ædem tibi consecratam oculis respiciens, ad potentiam & majestatem divinitatis tuæ animo intentus laudem benignitatis tuæ, & constantiam in promissis servandis invaribilem frequenter usurpabo, qui ea tribuis, quæ pollicicitus es, novis etiam donis aucta, quantumvis serius dilata, qui preces te inclamantis accipis, animoque infirmo vires concedis. 4. Ubicunque

Quum sine labe fidem
5 Audierint, rituſque tuos ſuper æthera cantu
Ferent tuæque gloriæ
Adjubar atteniti.
6 Nam liquidi quanquam trans ignea mœnia mundi
Beatus in te permanes:
Attamen haud humiles.
7 Deſpicis, elatoſque premis, diſcrimina mille
Paſſim mihi circumſtrepant.
Te duce tutus ero.
Tu valida obſiſtes dextrâ furialibus auſis
Qui me laceſſunt hoſtium
8 Incolumique dabis
Quod ſupereſt, ſi quid ſupereſt, bonitate perenni,
Quo cœperas gradu tuæ
Facta tuere manus.

cunque terra mari cincta extenditur populi proceres te Deum agnoſcent, cum conſtantiam tuam nunquam labefactatam acceperint, qui datam mihi fidem ſemper præſtiteris. 5 Et ceremonias cultus tui canentes vehementer laudabunt, ad laudis etiam tuæ ſplendorem ſtupefacti, quod tam admirabili & inexpectato modo promiſſa tua impleveris. 6. Nam tametſi tu omni felicitate abundans ultra igneum cœli puri orbem conſtanter manes; tenues tamen vitam in terris degentes non negligis, ſuperboſque eminus agnoſcens humiles reddis. 7. Pericula licet infinita me ab omni parte obſideant, tuo tamen ductu extra periculum ero; 8 Mihique ſalvo tribues, quod reſtat vitæ, ſiquid adhuc reſtare videtur: opus tuum, Jehova, interea ſempiternâ liberalitate, ea, qua cœpiſti ratione, defende.

PSAL CXXXIX. CRA GEN: 3

David ſe tutum & omni ex parte Deo perſpectum eſſe agnoſcens, profitetur ſtudium ſuum adhærendi Deo & fugiendi à malo: ac poſtremo ad confirmadam hanc profeſſionem ſuam, ſi opus erit, ſe amplius precandum committit Deo.

Nullum

MOmenta vitæ nulla te latent mea
Rector benigne cœlitum.
1 Seu sedeo, sive surgo, seu quid cogito,
Tu cuncta præsens aspicis.
3 Lux sive curam, seu quietem nox tulit,
Curam & quietem temperas.
4 Nec te minutæ voculæ fugit sonus,
Quam lingua temere fuderit.
5 6 Latos & humeros, totiusque corporis
Sic arte mira fabricam,
Finxisti, acumen nullum ut humani ingeni
Ratione possit assequi.
7 Quonam ergo vultum fugero tuum? quibus
Clausus latebris occular?
8 Petamne cœlum? presto es hic, ad inferos
Demergar? illinc non abes.
9 Aurora curru me volueri ut deferat

Ad

NUllum temporis punctum, quod vixi, tibi, rex bone spirituum cœlestium, ignotum est, ideoque ne, si velim quidem, possim te decipere. 2 Sive enim quiesco, sive opus aliquod agredior, sive quid meditor, tu velut astans mihi, omnia vides. 3 Sive dies labores dedit, sive nox requiem attulit, tu laborem & requiem moderaris. 4 Nec ullus strepitus verbi exigui quod lingua inconsideratè ediderit, & antequam illud pronunciarit, tibi incognitus est. 5. 6. Tu faciem & dorsum, totiusque hominis opus fic admirando artificio formasti, nulla ut vis, aut mentis nostræ agilitas, nullusque adeo intellectus possit illud comprehendere. 7 In quam igitur partem me conferens aspectum tuum effugiam quibus locis occultus absconditus, celari possum? 8 An cœlum adibo! præsens es in cœlo: Descendam, ne ad loca subterranea & manes, aut in ipsis sepulchri claustris jacebo? illic etiam ades. 9 Quamvis lux matutina, Solem antecedens bigâ sua celere mihi commodatâ, me ad ultimum re-

Ad occidentis limitem,
10 *Hic* deprehendes me, nec hic tutus tuæ
Uitabo fulmen dexteræ.
11 Incauta mens si forté secum cogiter,
Nox me tenebris occuler,
Obscura tenebris nostra nox luce est tibi
Meridiana clarior:
12 Tibi nec tenebræ sunt tenebræ, nec tuæ
Nox ulla providentiæ est.
13 Arcana mentis tu tenes, qui pectoris
Arcana fabricatus es:
Qui me parentis ventre conditum, cutis
Tenello amictu involveras.
14 Compago mira corporis nostri, tuæ
Miraculum est solertiæ;
Stupenda cujus opera nec nostra assequi
Sed nec negare mens potest.
15 Nam nulla nostri tam minuta est corporis
Pars, ut tuam scientiam
Fugiat: nec ulla claustra pectoris latent

Te

gionis illius terminum, ubi Sol nobis occidit, asportet, 10. In ipso etiam occidente me inventum corripies, nec procul periculo ibi manus tuæ violentiam effugiam. 11 Si mens stulta forte intra se sic meditetur: Nox obscuritate suâ me à conspectu tuo absconder, nostra nox tenebrosa tibi ipso die medio splendidior est, ut tuo semper conspectui pateam. 12. Obscuritas non est obscura tibi, nec sapientiæ tuæ cuncta cernenti ullum obscurum est, cum nullum sit apud te lucis & tenebrarum discrimen. 13 Tu secreta mentis perspicis, qui secretiorem pectoris partem finxisti, meque in alvo matris latentem tenui pellis velamento convesti isti. 14. Admiranda hominis fabrica, admirabile sapientiæ tuæ spectaculum, est, cujus facta mirifica ratio nostra nec intelligere, imo nec inficiari potest. 15. Nulla est enim in nobis tam exigua particula

ut

Te conditorem pectoris.
15 Massæ recentis rudia adhuc primordia,
Rudisque massæ semina,
Ceu scripta haberes, corporisque lineas,
Motum statumque noveras.
Et membra nondum quum forent, quid adderet
Dies sciebas singuli.
17 Hæc mente tacita cogitanti mihi, stupor
Torporque sensus alligat;
Animus labascit quum tuæ miracula
Perpendo mecum dexteræ
18 Citius inibo numerum, arenæ in littore
Quot volvat æstus corpora:
Quamvis ocellis pervigil nunquam meis
Dulcem soporem indulsero.
19 O quando perdes impios rerum parens?

O

ute scientem omnia lateat: nec ulla pectoris pars secreta à te
ectoris humani fabricatore abscondita est. 16 Tu informia molis
ovæ initia, molisque informis principia cognoscebas, ceu eadem
tris commissa haberes: Tu omnia etiam corporis lineamenta
n conformationes, rationemque movendi & corporis habitum
illebas, quidque singula temporis momenta adjicerent, cum
orporis partes adhuc non essent, nec ulla quidem totius opificii
nicula extaret, probè intelligebas. 16. Dum hæc mecum oc-
ultè cogito, admiratio & segnities quædam veterno similis in-
llectum impedit: Animus etiam ipse deficit, cum admiranda o-
ra à te fabrefacta solus pondero: 18 Facilius numerabo quot
inutula arenæ grana maris agitatio in ora ponti conturbet, tam-
si perpetuo vigilans, somnum oculis jucundum nunquam de-
ro, quam illorum summam vel inire vel eadem recensere que-
m. 19 O quando, mundi author, religionis tuæ inimicos è
edio tolles? O quando me ab hominibus cædis & sanguinis
ei cupidis liberabis. 20 A cruentis, inquam, istis, qui ma-

jestate

O quando sanguinarios
20 A me repelles, qui sceleſti nomini
Et numini illudunt tuo?
21 Te quisquis odit, non ego odi? non tuos
Hoſtes habebam pro hoſtibus;
22 Odi profecto: nec tuis ex hoſtibus,
Amicus eſt quisquam mihi.
23 Revolve mentis intimos ſinus Deus,
Latebraſque noſtri pectoris,
24 Niſi hic amorem videris tui, niſi
Animum obſequi non impigrum,
Si par ſceleſtis ſcelere, vitæ parem
Da cum ſceleſtis exitum.

jeſtatem & potentiam tuam nefarii irrident? 21 Nonne pro inimico meo habui, quisquis malevult tibi nonne hoſtes tuos inimicos mihi exiſtimavi? 22 Profecto illis malè cupio, nec ullus ex hoſtibus tuis charus eſt mihi, nedum ad illorum ſcelera conniveam, aut me ipſis adiungam; qua in re me explorationi tuæ, Jehova, ſubjicio. 23 Itaque arcanos mentis meæ receſſus, & animi occulta ſcrutare. 24 In quo niſi amorem erga te perſpexeris, mentemque parere tibi paratam, aut ſi improbis nequitiæ æqualis ſum, da cum ſceleratis ſimilem vitæ finem.

PSAL. CXL.

CAR GEN: 6

David Deum ſupplicat pro liberatione ſua, impiis adverſariis male precatur: & ſeipſum confirmat in fiducia certæ juſtitiæ ſalutiſque Dei.

ÆTerne rerum conditor, à malæ
linguæ veneno me bonus aſſere
Meamque perjuri tuere
Hoſtis ab inſidiis ſalutem,
2 Qui fraude tecta bella nefaria
3 Ciet, nec atris mitior anguibus Vibraque

1 Ripe me favens, rerum auctor, à linguæ verulentæ maledicentiâ, meamque vitam à fraude hoſtis mendacis defende. 2 Qui bella ſcelerata dolo occulto movet, 3 Ipſiſque ſerpentibus nihil

Vibratque linguam verulentam, &
Ore vomit rabido venenum.
5 Averte fraudem, & me violentiæ
Hostis scelesti subtrahe. qui mea
Vestigia observat, scrobesque
Objiciens, laqueosque tendens
6 At tu salutis præsidium meæ,
7 Audi precantem: tu Dominus mihi
Deusque tu me liberasti
Incolumem crepero é duello:
8 Idem impiorum nunc bonus irrita
Fac vota: sævam frange superbiam;
9 Virusque linguæ pestilentis
In Domini exitium refunde:
10 Dejecta cœlo flammea perfidos
Procella fundat præcipiti fuga,
Cæcosque propellat profundas
Perpetui in barathri tenebras.
11 Linguæ loquacis perfida vanitas
Nunquam quieto deget in otio: Exitium

bilo clementior, linguam pestiferam *tanquam jaculum acutum* incautum perimat ex ore furioso maledicta & mendacia emitit. 4, 5 Dolos ejus propelle, meque furori hostis scelerati eripe, qui ad singulos passus meos intentus est, ante me fossas effodiens, suasque ad me corripiendum tendiculas pandens. 6 Tu verò, Jehova, vitæ meæ custos, preces meas accipe. 7 Tu enim mihi heros & Deus es, tu me telis impetitum è bello dubio salvum præstitisti: 8 Idem mihi jam propitius desideria malorum, eam eorum conatibus, vana redde, ferociam crudelium domans imminue; 9 Linguæque exitiosæ virosas calumnias in cladem ejus, qui eam possidet, converte. 10 Tempestas ignea cœlo demissa fraudulentos celeri fuga spargat, eosque in densam carceris tartarei obscuritate, nunquam inde exituros, impellat. 11 Dolosa autem & mendax linguæ garrulæ inconstantia, in tranquilla vi-

tæ

Sed impié dignum patratis
*E*xitium domino parabit.
12 At impiorum à vi Dominus suos
13 Et fraude vindex asseret: ut pii
Numen Dei præsens potensque
Perpetuo celebrent honore.

tæ conditione in terris nunquam perstabit, sed possessori suo eládem maleficiis meritam comparabit. 12 At Dominus ultor à violentia sceleratorum, & ab occultis machinationibus suos liberabit. 23 Ut boni potentiam *D*ei immensam ad opem ferendam paratam perpetua laude usurpent.

PSAL CXLI. CAR: GEN: 3

David tribulibus suis mandato Schaulis ipsum persequentibus, opem Dei implorat: improbitatem authorum persecutionis suæ exponit, fidemq; suam, quibus nominibus servari à Deo petit.

AUrem vocanti da parens propere, meas
Audi preces salutifer.
2 Quum verba fundo tristis, & puras manus
Attollo, sic preces meas
Manusque puras respice, ac si thureo
Odore mane te colam:
Ac si colam te victima & libamine
Sero rubente vespere.
3 Fræno coërce linguam: ad januam
Fac excubet custodia.
4 Fac mens sequatur recta: fac in lubricam Fac

ADhibe te cito, patet intentum roganti, promptusque ad opem ferendam orationem meam exaudi. 2 Quum mœstus precor manusque sceleris expertes ad te levo, eo favore precationem meam & manus ad te sublatas intuere, perinde quasi tempore matutino te thuris incensi sacrificio venerarer, teque tempore serotino hostiis & libamine adorarem. 3 Linguam meam obice objecto cohibe, ad oris fores fac ut vigiliæ excubent, *ne quid temere vel impatienter effutiam* 4 Fac ut animus à pravis cupiditatibus alienus justa tantum cupiat, ac ne se in studium mali aventat, ubi facile lab

Ne flectat erroris viam
Fac ne scelesto gaudeat cœtu, neque
Mensa fruatur impia.
5 Me malo justus increpet. me verberet,
Quam palpet impius, comam
6 Quam rore nardi spargat. impii, precor,
Et impiorum præsides,
De rupis altæ quum ruent specula, sui
Supplicia sceleris ut luant.
Tum subeat animum conscium, salubriter
Quod me monentem spreverint.
7 Sic mortis horror ossium compagines
Mihi laxat, ut cæsæ jacent
Fagi per arva fissa cuneis fragmina.
8 Tu sancte rector cœlitum,
Spes unâ nobis es salutis, unicum
Agnoscimus te vindicem.
9 Vitam tuere ab impiorum cassibus
A fraude quam struunt mihi. 10 Compos

labi possit: fac neque libenter malorum consuetudine, neque eorum convictu utatur, *vel eorum illecebris illectus, vel periculi magnitudine victus.* Cupio potius ut me justus reprehendat, meque verberibus afficiat, quam malus mihi aduletur, crinesque unguento Nardino imbuat. 6 Illud etiam abs te, Jehova, peto, ut scelerati & sceleratorum duces, cum de excelso montis alti fastigio præcipites cadent. pœnas nefarie commissorum expendant, tumque peccati sui memores recordentur, quod me utiliter ipsis consulentem contempserint. 7 Interea autem mortis metus sic mihi junctiuras solidarum corporis partium dissolvit, ut fragmenta arboris ferro dejectæ per campos abjecta jacent, divisa instrumentis ligneis aut ferreis ad distinendum partes immissis: 8 Tu verò, Jehova, spirituum cœlestium gubernator, solus is es, unde incolumitatem speramus, quemque solum sceleratum ultorem fatemur. 9 Itaque vitam meam ab occultis sceleratorum machinationibus

10 Compos salutis impios fac in tua
Cernam ruentes retia.

tionibus, doliſque, quos mihi parant, defende. 10 Efficeque ut ſalvus videam malos in fraudes, quas mihi ſtruxerunt, incidere.

PSAL. CXLII. CAR: GEN: 17.

David à ſchaule & comitâtu ejus circumcluſus Deum orat pro ſalute ſua, ad gloriam ipſius in Eccleſia prædicandum.

Invoco ſupplex Dominum, manuſque
Tendo ad ſidera ſuplices.
2 Mentis huic pando lachrymas, querelis
Imploro miſeris opem.
3 Pectus afflictum dolor obruebat:
Quamvis rex bone cœlitum
Puriter vitæ mihi tu peractæ
Eſſes arbiter optimus.
Quum domo greſſum tamen efferebam,
Tendabant mihi retia.
4 Nec mihi notus, nec amicus uſquam,
Quoque lumina verteram.
Exitus nuſquam, fuga nulla, nemo
Qui me ſoſpite plauderet,
5 Ergo te, rerum pater, invocavi,
Unum præſidium in malis. Tu

DOminum ſubmiſſè precatus in auxilium voco, manuſque ad cœlum ſupplicantis more attollo. 2 Domino mœrorem animi mei oſtendo, & querimoniis triſtibus auxilium ab eo peto. 3 Triſtitia quidem animum mœſtum curis opprimebat: tu autem rex ſuperum, rametſi conſcius eſſes mihi vitæ ſine ſcelere tranſactæ, cum tamen ex ædibus egreſſus eſſem, inſidias mihi parabant. 4 Nec familaris, nec benevolus mihi ullus ſuſpiam fuerat, in quamcunque partem reſpexeram; nulla evadendi ratio; nuſquam erat, quo confugerem; nemo erat, qui me incolumi gauderet. 5 Ergo, creator omnium, à te ſolo in rebus ad-

verſis

Tu meæ vires, mea spes, opesque.
Dum sedes hominum colo,
6 Da meis aurem facilem querelis
Fracti cladibus ultimis.
Asserte à sævi manibus tyranni,
Qui me fortior opprimit.
7 Carceris vitam rape de tenebris:
Ut te laudibus efferam:
Teque conventus celebret piorum,
Promptum ferre piis opem.

versis defensore meo opem petivi. Tu robur es meum, omnis expectatio mea, & potentia, *dum vitâ hic fruens*, terram hanc habito. 6 Tu me querentem, & malis extremis debilitatum promptus exaudi, a potentia inimici crudelis me vindica, qui me potentior divexat. 7 Deque obscuro hujus speluncæ carcere *me ab hostibus circumclusum* libera, ut & ego te prædicem, cœtusque bonorum præstitam à te mihi liberationem gratulantium, laudes etiam tuas parati pios ubique juvare, decantet.

PSAL CXLIII. CAR. GEN. 15

David Deum implorans, indignitatem suam confitetur, injuriam sibi factam in hac causa narrat, & angustias animi sui: ac propterea à Deo servari & institui petit, inimicos vero perdi ad gloriam ipsius.

AUdi vocantem rebus in asperis,
Et lenis aurem da precibus meis,
Rerum creator: quaque soles fide
Et æquitate ex hostibus eripe.
Juris severi ne trutinâ meam
Expende vitam: nemo hominum innocens
Sic est, tribunal possit ut ad tuum

Si

ORationi meæ, auctor rerum omnium, in rebus difficilibus aurem commoda, placatusque mihi, deprecationem meam intentus accipe, eaque qua consuevisti promissorum constantiâ & clementiâ, ab inimicis *calumniosis innocentem insectantibus* libera.

2 *Quod autem ad hostes attinet, quantumvis sim insons; tu tamen ne*

Se profiteri crimine liberum,
En hostis atrox imminet, & premit
Stratum : tenebris tristibus abditus,
Et lucis exors dego, velut specu
Quos in sepulchri mors fera condidit.
4 5 Mens pene curis obruta volvere
Priora cœpit tempora, quum patres,
Spe quos fovebat præsidii tui,
De fauces lethi sæpe revelleres,
6 Hac recreatus rursus imagine,
Imploro supplex auxilium tuum
Intenta mens te respicit, arida
Tellus ut imbres sub cane torrido
7 Non lentus audi; nam mihi spiritus
Vix fessa pulsat pectora si, tui
Avertis oris lumen amabile,
Mors atra siccis faucibus imminet. 3 Spe

summo jure facta mea examina, nullus *enim aut unquam fuit.* aut est à scelere tam purus, ut affirmare possit, in judicio apud te, se peccato carere. 3 Ecce inimicus crudelis insilat, dejectumque vexat. Ego autem loco tenebroso ac tristi absconditus, sine luce ulla vivo, non absimilis iis, quos mors crudelis in antro tumuli occultavit. 4 5 Hic tamen animus solicitudine propemodum oppressus, *partim in te justum Judicem, partim in hostes immanes respiciens,* secula superiora cogitare cœpit, cum majores nostros ex morte ipsa frequenter eximeres, quos expectatio auxilii tui in rebus malis recreavit. 6 Hac igitur cogitatione in spem meliorem denuo erectus, *& incredibilem inde consolationem capiens,* opem tuam genibus flexis procumbens posco, Mens quoque avide auxilium tuum sperans, te intuetur, non secus quam terra sicca sub Syrio stella ardente aquam pluvialem expectat. 7 Tu itaque, Jehova, nihil cunctatus preces meas accipe : Nam respiratio pectus malis delassatum ægrè movet, *ut sim jam mortuo quam vivo similior.* Tu si jucundam vultus & clementiæ tuæ spem aliorsum à me vertis, mors sæva cupiens sitim suam sanguine meo depellere, mihi impendet. 8 Ani-

8 spe mens labores auxilii tui
Fert, ſpectat unum te, pater optime.
Audi precantem lenis, & exitum
Iamjam obruturis pande periclis.
9 Ab hoſte ſævo protege me, meæ
10 Cuſtos ſalutis, prava repellere
Mentem manumque, & recta capeſſere
Doce unicum te qui veneror Deum.
Arcana fac vis numinis ut tui
Per plana greſſum dirigat, ut tua
Mandata ſecter, non male credulum
Error malorum vertat in orbitam.
11 Ut nulla numen non celebret tuum
Et æquitatem natio, recrea,
Me deſtitutum præſidio: & malis
Hoſtis ſceleſti libera ab artibus
12 Favoris umbrâ me ſolita tege
Et qui me acerbis uſque doloribus
Affligit, hoſtem perde nefarium,
Servumque ſerva perpetuo tuum.

PSAL.

8 Animus opis tuæ expectatione moleſtias omnes tollerat, & in te ſolum, pater ſumme bone, intentus eſt. Tu mihi placatus orationem meam accipe, viamque oſtende, qua è malis evadam, quæ me alioqui ſtatim oppriment. 9 Ab inimico crudeli me defende. vitæ meæ ſervator. 12 *Meque ab hoſte ereptum* animo ſimul & corpore tum mala fugere, tum bona etiam ſectari erudito; qui te ſolum *Deum* colo: fac etiam ut occulta divinitatem tuæ inſpiratio, omnis boni effectrix, me per tecta *periculis carentia toto vitæ meæ curriculo* deducat, ut legibus tuis morem geram; neu falſa opinio me nimis facile credentem in viam ſcelerum abripiens trahat. 11 Ut gentes omnes potentiam & juſtitiam tuam laudent, *quod me mortis anguſtiis conſtrictum vitæ reſtitueris*, adhuc tamen auxilio carentem conſolare, & a pravis hoſtis ſceleſti machinationibus erue. 12 Tuaque conſueta indulgentia velut umbra operi, hoſtem qqe improbum moleſtiis ingratis me immerito vexantem ſubverte, famulumque ſemper tibi deditum cuſtodi. *David*

David prædicata Dei erga se & humanum genus beneficentia, hostibus malè precatur; sibi totique regno salutem & benedictionem omnimodam exoptat: & commendat felicitatem populi Dei.

QUo te rex hominum carmine prosequar?
Qui firmas animum robore, qui manum
Et bellare doces, & dubii regis
Per discrimina prælii.
2 Quod vivo & valeo, tutus & hostium
A Fraude eximia fulgeo gloriâ:
Quod late validis impero gentibus,
Totum muneris id tui est,
3 O rerum genitor, quatulus est homo
Hac quem prosequeris munificentia,
Et curas patria solicitudine?
4 Figmentum fragilis luti
Quo nec bulla levis vanior est, neque
Quæ mentis agitant somnia turbidas,
Nec ferum fugiens umbra crepusculum,
Nec fumi volucris vapor.
5 6 Cœli pande fores rex bone cœlitum,
Ac de sidereis labere sedibus:
Montes nube operi: per liquidi aëris Campos

QUibus te, Jehova, laudibus afficiam? qui genus humanum regio imperio administras, qui fortitudine mentem roboras, qui me bella gerere instruis, perque pericula belli, cujus anceps & incertus est exitus, gubernas. 2 Quod adhuc superstum, quod salvus & incolumis sum, quod liber ab insidiis hostium, singulari dignitate & honore clarus sum, quod spatiosis nationum bellicosarum finibus rex sum, totum illud tibi uni acceptum fero. 3 Quam autem res imbecillis & calamitosus est homo, creator rerum omnium, quem tanta liberalitate afficis, & amore paterno diligenter servas! 4 Homo scilicet statua est, è luto flaxo, quod cito dissolvi potest, efficta, quo quidem neque aër in aqua tumescente leviter inclusus, futilior est; neque visa nocturna, quæ

animos

Camposfulgura trajice.
Turbatos trepida sparge fugâ impios
Sparsos jaculis perde sequacibus:
Porrectaque manu, me pater optime,
Sævis eripe fluctibus.
Hostis pelle malam vim bonus impii:
Linguæ vaniloquæ reprime toxica:
Afluetæque dolis pestiferis manus
Vires contere viribus.
10 Ut te nostra novo carmine barbitos
Dicat, subsidio qui recreas
Reges: qui gravibus sæpe periculis
Vitam Davidis eripis.
11 Hostis pelle malam vim procul impii
Linguæ vaniloquæ reprime toxica:
Afluetæque dolis pestiferis manus
Vires contere viribus. 12 Natorum

animos solicitos commovent, fugaciora sunt; nec umbra noctis adventu evanescens, nec levis exhalatio nebulæ ex igne expirantis, magis evanida est. 5 6 Itaque, rex superum, januam arcis cœlestis aperi *mihi affuturus*. deque cœlo stellato *hostibus tetribilis* descende; loco excelsa caligine tege, igneque vibrantes, telorum instar, per immensa aëris tenuis spatia transmitte, malos *fulgurum terrore* fusos dissipa, fusosque & fugatos telis in fugientes jactis interime. 7 Meque pater summâ bonitate prædite, dexterâ exerta, è molestiarum perturbationibus erue, favensque hostis prævi violentiam prohibe. 8 Venenaque hominum vana loquentium coerce manusque potentiam, insidiis & fraudibus malitiosis affluefactæ, potentiâ tua destrue;

9, 10 Vtre cythara mea novis laudibus celebret, qui regiæ dignitatis vindex, potentes terrarum dominos auxilio tuo consolaris, meamque vitam ex malis instantibus sæpenumero liberas.

11 Violentiam hostis scelerati favens prohibe, venenaque hominum vana loquentium coërce, manusque potentiam, insidiis prævis affluefactæ, potentiâ tua everte. 12 Sic certè progenies nostra

abs

12 Natorum soboles crescat, ut ubere
Surgit Sylva solo laurea: virgines
Cultu sic niteant ut laquearibus
Templorum tholus aureis.
13 Stipentur gravidis horre afrugibus
Pleno cuncta penu copia suggerat:
Fœcundi pecoris non capiant greges
Latis pascua saltibus.
14 Pingues plaustra boves & nitidæ trahant
Nec tristi resonent compita classico,
Nec fletu plateæ: nec furor hosticus
Clausis affremat oppidis.
15 Felicem populum, inter bona talia
Qui vitam in tacito transigit otio.
Felicem populum ter quâter, omnium
Cui rerum pater est Deus.

abs te, Jehova augeatur, ut nemus è lauro arbore in terra fœcunda crescit: virgines etiam nostræ ornamentis externis sic sint splendidæ, ut fulget locus ille ubi dona suspenduntur in deaurata templi sacri testudine. 13 Granaria multo frugum proventu impleantur, Copiaque abundantiæ dea è cella omni commeatu referta omnia subministret, campi pascui pecorum multitudinem in convallibus spatiosis vix recipiant. 14 Boves saturæ, habitumque bonum nitore suo ostendentes currus domum referant, viæ nostræ tubâ tristitiam afferente non sonent, nec vici latiores comploratione alla sonitum reddant, nec hostilis violentia fremitu metum ullum afferat urbibus formidine occlusis. 15 O beatum populum illum, qui in quietâ belli immunitate, inter hæc commoda vivit; O multum fœlicem populum, cui creator, rerum pro Deo colitur, quemque vicissim Jehova pro populo suo agnoscit.

PSAL CXLV

CAR: GEN 29

David seipsum & res omnes creatas ad Dei laudes prædicandas excitans, celebrat magnificam potentiam, & justissimam benignitatem illius, quam erga omnes exhibet.

TE

TE tegem Dominumq? canam dum lucida volvet
Ludicus astra polus,
Et unicum colam Deum.
1 Luce canam te, nocte canam te nulla carebit
Laudibus hora tuis,
Rerum creator & salus
Magne parens, nullo cui clausa potentia fine est,
4 Secula cuncta tuas
Laudes sonabunt: & patres
Longævi tua facta canent, seræque nepotum
Per seriem soboli
Prodent: nec ætas gloriam
Nesciet ulla tuam: mirandaque facta decusque
Ille memor referet:
Hic magnitudinem canet.
7 8 Ille bonum feret & justum, & placabilis iræ,
Et veniæ facilem, &
Larga benignum dexterâ.
9 Totque inter decora & laudum præconia nullo

Emoli-

TE rerum omnium potentem, justumque possessorem, mundi totius author & custos, celebrabo, dum cœlum splendidum stellas clarè lucentes circumaget, teque mihi Deum solum venerabor: 2 Te de die carmine dicam te per tenebras prædicabo, nullumque temporis momentum à laude tua vacabit. 3 O potens creator & rector, cujus potestas nullo termino inclusa est. 4 Omnis ætas veris laudibus te ornabit. 5 Senes etiam res à te gestas vulgabunt, easque posteritati longo post tempore venturorum perpetuam indicabunt. 6 Nec ullum tempus majestatem tuam gloriosam ignorabit, alius memoriâ repetens miracula honorificè etiam gesta narrabit, alius potentiam prædicabit. 7 8 Alius verò te misericordem dicet & æquum, moderationemque in ira adhibere, ad veniam dandam promptum & paratum, largaque manu liberalem esse. 9 Inretque tot egregiè facta, & in tam splendida rerum præclarè gestarum commemoratione nullo tem-

Emoritura die,
Nil clarius clementiâ.
10, 11 Ergo parens rerum, stellantis machina cœli
Complexa, prædicat tuum
Robur: & intacti scelerum contage nefanda,
Te celebrant alacres,
Tuique vires imperî
12 Per populos late vulgant: ne nescia sceptri
Terra sit ulla tui,
Et gloriæ & potentiæ.
13 Imperium sine fine tibi: nec legibus ævi
Subdita sceptra tenes,
Aut clausa metis temporum.
14 Tu lapsos rursum attollis, firmasque labantes.
Incolumesque foves
Vitæ beatæ commodis.
15 Te volucrum pecudumque genus, te sæva ferarum
Sæcula respiciunt
Unum, suoque tempore

pore finienda, nihil certè lenitate tua honoratius esse asseverabit. 10 11 *Ergo* rerum universitatis creator & custos cœlum ipsum stellis distinctum, omnia suo complexu co timens, potentiam tuam declarat; hominesque à scelerum contagione puri te læti honore afficient, tuique regni potentiam per nationes divulgabunt 12 Ne ulla gens regnum tuum, magnificentiam, & potentiam ignoret. 13 Sempiternum est tibi jus regnandi, nec enim habes regnum imperio temporum, quæ omnia corrumpunt, subjectum, aut temporis ullius termino finitum, 14 *Tuam* autem dominationem moderatam esse, ex hoc liquet quod, qui ciderunt levas, quique in ruinam proni sunt, confirmas, omnibusque vitæ bonis felices & salvos leniter tractas. 15 *In* te solum intenta sunt omnium avium & pecorum genera, crudelesque indomitorum animalium progenies. & abs te conditore & conservatore suo capiunt cum opus est, unde vivant. 16 Tu manum illis ultro porrectam aperis, deque tuo divite horreo quicquid vivit, liberali-

16 Accipiunt victum. tu dextram pandis & omne
De locuplete penu
Animal benigne recreas.
17 18 Quicquid agis, justeque & sancte agis: impi-
Supplicibus faciem (ger autem
19 Præbes: opisque compotes
Dimittis puro qui pectore cunque precantur:
Auxilioque piis
Præsens es, & periculis
20 Eruis é cunctis qui te venerantur amantque:
Cumque suo scelere
A stirpe vellis impios.
21 Ergo omnes te jure canent, nomenque tacebit
Natio nulla tuum
In sæculorum sæcula.

liberaliter saturas. 17, 18. Quodcunque geris, æquabiliter & sine crimine facis, promptusque & facilis supplices exaudis: 19. Eosque auxilio abs te accepto amandas, quicunque animo sincero te invocant: nam ad opem bonis ferendam confestim ades. 20. Quique te colunt ac diligunt, eos discriminibus omnibus liberas, malos autem contrà, cum actionibus eorum nefariis radicitus disperdis. 21 Itaque omnes meritò te laudabunt, nullaque gens gloriam tuam in perpetuum silentio obruet.

PSAL CXLVI. CAR: GEN: 6

Psaltes se & pios hortatus ad laudes Dei ipsi soli asserendas, eum laudat singularium erga pios beneficiorum: creationis, conservationis administrationisque rerum omnium. & regni æterni nomine.

1 2 TE, magne rerum conditor & tuas
Sonabo laudes, factaque posteris
Miranda prodam, dum recurret
Per calidos mihi sanguis artus
1 2 CAnam te rerum opifex potens tuaque præcara facta & opera mirabilia seculis venturis dum vitam hanc incolam, annunciabo

3 Securitatem ne ſtabilem tibi
Promitte, regum præſidio: neque
De ſtirpe mortali & caducâ
Pone tibi columen ſalutis.
4 Ut membra liquit ſpiritus, in ſuam
Terrena moles terram abit: & diu
Conſulta vaneſcunt & auras
Irrita per vacuas feruntur.
5 O ter beatum quem Deus ætheris
Fido tuetur præſidio, ſuas
Qui ſpes opeſque omnes in uno
Conſtituit Domino Deoque.
6 Qui terram & æquor condidit & polum,
Et quicquid æquor terraque continet
Poluſque: qui promiſſa præſtat,
Perpetuo ſtabilis tenore.
7 Qui nec tyranni vi ſinit opprimi
Infirmiorem, aut eſurie premi
Qui carcerum exemptos tenebris
Compedibus levat innocentes;

3 Ne pollicearis tibi vitam periculorum immunem operâ & auxilio potentiorum, neque ſubſidium & ſpem incolumitatis tuæ in ullo de homine mortali fato flexibili, & vitæ fragilis conſtitutas. 4 Poſtquam enim halitus, animaque eorum corpus deſeruit, maſſa corporis è terra compacta, in terram redit, undè compoſita fuerat, conſiliaque multum agitata, ſine effectu abeunt, perque aëris inane vana diſſolvuntur. 5 O valdè felicem, quem Deus cœli Dominus ſuo auxilio certo nixum defendit: O beatum, qui omnem boni futuri expectationem, omnemque vim ſuam in ſolo Domino Deo ſuo reponit. 6 Qui ſua potentiâ immenſa terram, mare, & cœlum & quicquid mare, tellus, & cœlum complectitur, fabricatus eſt, ſemperque uno ordine conſtans quæcunque pollicetur perficit, 7 Qui tenues potentiâ hominum injuſtos unquam, aut egeſtate torqueri non permittit qui innexios a

vin

8 Qui nocte pulsa luminis aurei
Cæcis refundit luminibus jubar:
Gressusque firmat claudicantes,
Justitiamque amat æquus æquam.
6 Cura fideli qui fovet advenam,
Orbæ marito qui viduæ favet,
Orbos puellos qui tuetur,
Et scelerum labefactat artes
10 Rex ergo habenas imperii tuus
Sion tenebit, sidera dum polum
Pingent: & obliquum per orbem
Sol rutilos agitabit axes.

vinculis libros, & loci obscuritate, ubi fontes coercentur, ereptos, in pristinum statum redigit. 8, Qui cæcitate abactis, oculis facultate videndi orbatis, & præ consilii inopia perculsis, lucis pulchræ claritatem reddit ingressusque titubantes, & sub calamitatum pondere faciscentes stabiles facit quique justus, justitiæ amantes, & æquitatem erga omnes parè, amore complectitur. 9. Qui diligentia non simulata peregrinum recreat & tuetur, qui viduæ mulieri benevolentiam suam ostendit, qui pueros tenellos patentibus cassos defendit, malasq flagitiosè viventium machinationes subvertit. 10 Itaque cum cætera imperia caduca sint, & interitui ob noxia, Deus tuus Hierosolyma, regnabit, dum stellæ cœlum ornabunt, Solque currum igneum per Zodiacum aget.

PSAL CXXXIX. CAR: GEN: 2

Psalmi Ecclesiam hortatur ad prædicandum nomen Dei propter liberationes, beneficiaque ejus erga ipsam, & propter constantiam operum & verbi.

Ela Deum laudate, Deo date carmina digna:
Certe erudito dignus ille est carmine;
2 Qui Solymam instaurat rursus passimq; per orbem
Sparsos reducit exules Abramidas:
Agite quæso, Deum prædicate, Deoque meritas laudes canentes date, Deus scilicet hymnum doctum meretur; 3 Qui Hierosolymam prostratam *contra suam omnium* solus reficit, Hebræosque multis pulsos, & ubique per omnes terras multos annos dissipatos,

domum

3 Qui fractos animi levat, & Corda anxia lenit:
Mulcet dolores, mitigatque vulnera:
4 Qui numerat tacito labentia sidera mundo,
Suisque quæque nuncupat vocabulis.
5 Magna Dei virtus immensa potentia: nulla
Quam lingua fari possit, aut mens cogitet.
6 Qui mite ingenium fovet, allevat, auget honore
Humique sternit impiam superbiam.
7 Eia Deum cantate, Deo persolvite grates;
Grato benignum canite patrem barbito;
8 Quicœlum obnubit tenebris, terram rigat imbre
*Monte*sque læto vestit altos gramine:
9 Qui pecudum genti larga dat pabula dextrâ,
Corvoque victum se roganti sufficit.
10 Quem neq; magnanimum delectat robur equorum
Nec vis ferocis aut lacertus militis: 11 Sed

domum revocans aggregat: 3 Qui afflictis & penitus, deploratis animum reddit, mentibusque solicitis curas, remittit qui ægritudines lenit, plagasque dolore levat. 4 *Quid autem est quod præstare non possit Deus?* qui stellarum Dominus, earum numerum de cœlo noctem circumeuntium recensei, singulasque suis nominibus appellat, 5 Excellentia Dei nostri magna est, viresque ejus efficaces & infinitæ; quas sermo nullus exprimere, nullaque mens cogitando possit complecti. 6 Qui animos clementes *hac potentiâ sua* sustinet, curis liberat, & honoribus afficit, contraque insolentes & arrogantes. eadem potestate infinitâ deprimit. 7 Agite, *Deum* voce laudate, *Deo* gratias agite, patremque liberalem cytharâ beneficia ejus commemorante concelebrate. 8 Qui cœlum nubila aëris obscuritate operit, indeque terram pluviâ humectat, qui excelsiora terræ loca herbâ aspectu jucunda ceu veste tegit. 9 Qui omnium animantium generi victum liberaliter largitur, corvoque à parentibus deserto petenti à se alimentum, suppeditat. 10 Quem neque vires equorum animosorum, neque robur, neque torosa militis arrogantis brachia juvant, *quæ in equo aut milite homines probant, in nobis autem nihil inest, quo Deum,*

11 Sed pietas animi simplex, & in illius una
Quæ spem salutis collocet clementiâ.
12 Eia, Dei laudes Solymææ pangite turres:
Benignitatem mons Sionis prædica,
13 Qui portarum aditus claustris firmavit ahenis,
Civesque cunctis commodis auxit tuos:
14 Qui te pace beat læta, & defendit ab hoste:
Et messe flava tritici campos tegit.
15 Cujus ad imperium fundit sua munera tellus:
Natura cujus prompta paret jussibus:
16 Qui nivibus celsos operit, ceu vellere montes:
Densas pruina cineris instar dejicit.
17 Et glacie lapsus solidarum frænat aquarum:
Cujus rigorem quis ferat mortalium?
18 Quum libuit molles glacies tabescit in undas,
Adspirat aura mitior, rivi fluunt:
19 Ostenditque sua per signa illustria mentem: Leges

ad nos complectendos alliciat, nisi quod ipsi prior nolit esse largitus. 11 Sed deum religio non fucata oblectat. quæ spem vitæ in illius bonitate: confirmat. 12 Agite, vos muri Hierosolymæ Dei laudes cantate: Tuque Sion liberalitatem ejus annuncia; 13 Qui portas tuas repagulis ferreis munivit, civesque tuos omnibus bonis ditavit. 14 Qui te cum vicinis tuis quiete utentem animos humanos exhilarante beatam & felicem reddit, tutamque te ab inimicis præstat qui agros etiam tuos flavo frumento triticeo operit. 15 Quo jubente terra beneficia gratuita copiosè profert cujus imperio ordo universitatis rerum *instar velocissimi veredarii* paratus est, dicto audiens. 16 Qui altiora terræ loca nivium floccis, lanæ velleri similibus regit, qui è nubibus rorem concretum frequentem pulverem in terram demittit. 17 Qui aquâ in glaciem congelata, fluminum cursus ob firmitatem vestigia patientium, sistit cujus frigori tolerando quis tandem par esse poterit? 18 Cum Deo visum est, conglaciata rursum in aquas leves solvuntur aër gratior afflat, flumina denuò currunt. 19 *Ista autem bonitatis & potentiæ Dei argumenta exigua sunt; illud vero beneficium multo majus,*

quod

Legesque Abrami tradidit nepotibus.
20 Non ita se populis aliis monstravit amicum,
Qui licita legum nesciunt cœlestium.

quod suam ille sententiam indiciis perspicuis Israeli declaravit, posterisque. Abrahami præcepta vivendi piè & honestè dedit. 20 Cæteris verò nationibus sese non tam benevolum ostendit, quæ decreta præceptorum cœlitus missorum ignorant.

PSAL. CXLVII. CAR: GEN: 10

Psaltes res omnes creatas à summo ad imum hortatur ut Deum celebrent, propter majestatem ipsius, & beneficentiam erga Ecclesiam.

LAudate Dominum cœlitum
Chori beati, qui procul
Contagio mortalium
Templa æthereis tuemini.
2 Laudate Dominum, quos sibi
Adesse jussit Angelos:
Laudate Dominum exercitus
Parere prompti jussibus.
3 Laudate Dominum, qui diem
Sol, luna noctem illuminas:
Laudate Dominum lucidis
Stellæ decoræ flammulis.
4 Laudate eum rotatiles
Tot orbium compagines,
Et unda longe celsior
Cumpis nitentis aëris 5 Huic

CAnite Dominum felices cœlicolarum cœtus, qui cœlum dei ipsius templum longè ab hominibus vitiis inquinatis defenditis. 2 Angeli quoque, quos Deus imperavit sibi ministros astare, Deum prædicate, militiaque cœlestis parata audiens esse imperio Dei, Dominum celebrate. 3 Sol quoque, qui luce diem, ac Luna, quæ lumine tuo tenebras illustras, Deum laudibus efferte, stellæ etiam pulchræ luce instar flammæ nitente, Dominum opificem vestrum collaudate. 4 Tamque multiplex fabrica circulorum versatilis, aqua quoque aëre patente & puro multò altior, Deum laud

5 Huic cuncta laudes dicite,
Numenque cuncta pangite,
Quod cuncta nutu condidit,
Et cuncta nutu sustinet:
6 Fixitque firmo cardine,
Ne vi senectæ corruant;
Certisque vinxit legibus,
Quas transgredi non audeant.
7 Laudate Dominum sub specu
Terræ dracones abditi:
Et vasta cete, quæ sinus
Ponti repostos findite.
8 Ignes, nives, & grandines,
Vaporque & auræ spiritus,
Ad justa Domini mobiles
Circumrotantes turbines.
9 Colles feraces & feri
Montes & omnes arbores,
Seu montibus rigescitis:
10 Mites feræque bestiæ,

Humique laudibus ornate. 5 Omnia hæc Deum laudate, cunctaque mentem potentiamque divinam canite, quæ voluntatis suæ indicio tantum, vos & omnia fabricavit, mandatoque dato, omnia à ruina continet. 9 Quæ fundamento stabili cuncta firmavit, ne temporis longinqui violentiâ cadant, quæ cuncta etiam conditionibus certis certoque ordine stabilivit, quem præterire metuant. 7 *Respondeant etiam vicissim cœlestibus terrestria, marina & aërea*, ingentes scilicet serpentes in terræ cavernis absconditi, vos quoque belluæ marinæ immanes, quæ maris flexus longè à nobis positos natatis Dominum prædicate. 8 Vos etiam fulminum flammæ, aquæ frigore concretæ, aquæque instar lapidum congelatæ, halitusque è terra & aquis exspirantes, aëriisque leviter moti aspiratio circumagens ventos in morem turbinis circumvolutos, *quæ Domino mandante existitis, & movemini, dominum vestrum prædicate.* 9 Monticuli fructuosi, & montes inculti, stirpesque omnes sive in

Humique lentè reptiles,
Et quæ liquentes aëris
Campos volando carpitis:
11 Reges & orbis præsides,
Et nationes liberæ.
E paupĕri plebeculæ
Qui jus ab alto dicitis:
12 Et vos juventa florea,
Læti puelli & virgines.
Senesque vitæ in ultimo
Jamjam exituri limine,
13 Laudate Dominum: num
Sit ejus uni gloria,
Unumque noscat omnium
Cœlum solumque principem,
14 Hunc omne in ævum laudibus
Propago tollat Isaci.
Sibi dicatam qui bonis
Gentem beavit omnibus:

PSAL.

locis excelsis rigorem fertis, sive feritatem culturâ deponitis. 10 Vos itidem bestiæ mansuetæ & indomitæ, & per terram tardè repentes, quæque alarum remigio perspicua aëris, spatia peragratis, Dominum vestrum celebrate. 11 Vos etiam in primis, qui regionibus imperatis, & mundi partibus præfecti estis, tum nationes legibus vestris viventes, judicesque, qui è solio excelso controversias hominibus tenuioribus judicatis. 12 Vosque juvenes ætate integrâ instar floris gratâ, puerique alacres, ac virgines, senesq; sub finem vitæ stationem egressuri. 13 Dominum vestrum prædicate, majestas gloriosa sit illi soli, universus orbis, cœlum scilicet & terra cum solum ut primum omnium dominatorem agnoscat. 14 14 Hebræi, soboles Isaaci, hunc præcipuè & ante alios omnes perpetuo laudent, qui populum eum sibi electum domesticum, & familiarem commodis cunctis ditavit.

Psalm

Psaltes Ecclesiam hortatur ut Deum collaudet, propter benevolentiam & salutem ab eo acceptam, denique propter verbum ipsius potentissimum Ecclesiæ traditum.

CAnte Domino canticum
Novum: sonet laus illius
Cœtus per omnes, qui sacris
Non se profanis polluunt.
2 Oblectet Isaci genus
Auctore se suo: suo
Regi Sionis arduæ
Congratulentur filiæ:
3 Nomen celebrent illius
Lætis choris & tympanis:
Ejusque laudes accinant
Blande canoro pectine,
4 Gentem bonus parens suam
Amore sancto amplectitur,
Mitemque mansuetudinem,
Frimat salute immobili:
5 Cœtus piorum ut gestiant
Foris paratu splendido,

VOs Domino cantionem novam & minimè vulgarem canite, qui *tot tantisque periculis defuncti estis*, ejus prædicatio per omnes sacros populi conventus celebretur, qui se sacrificiis perversis non contaminnat. 2 Hebræi voluptatem capiant ex conditoris, & parentis sui laudibus celebrandis, cives Hierosolymæ & populus universus erga Sionis excelsæ regem & gubernatorem hilaritatem animi significent. 3 Jehovæ magnitudinem, cœtibus gaudio suo indulgentibus, & ad canendum dispositis, omnique musices organicæ genere passim divulgent, laudandaque ejus opera ad cytharam leniter suavem cantent. 4 Deus enim pater benignus pura erga populum selectum benevolentiâ utitur, hominesque clementes incolumitate perpetua ita confirmat. 5 Ut conventus eum colentium extra ædes suas ornatu pulchro gaudeant, intraque ædes

Domique ſecum clanculum
Lætentur in cubilibus.
6 In ore, rerum præſidis
Laus continenter perſonet:
Utrinque acuti in dexteris
Vibrentur enſes vindices.
7 In ſe ferarum ut gentium
Crudelitatem vindicent:
Et in futurum iras, minas,
Superbiamque comprimant.
8 Reges ſuorum ut hoſtium
Arctis catenis alligent,
Et ferreis coërceant
Vinclis feroces Principes,
9 Pœnas ſecundum cœlitus
Præſcripta ab iis ut exigant,
10 Et laus piorum pervolet
Omnes per orbis cardines.

Laudarum ſine arbitris lætitiâ triumphantes, quiete perfruantur. 6 Præconium rerum omnium regis, omnibus in ore aſſiduè ſit enſeſque ab utraque parte aciem habentes in manibus verſentur, ut de ſceleratis pœnas ſumant, 7 Ut ſævitiam crudelium adverſum ſe gentium ulciſcantur, earumque iracundiam, comminationes, & inſolentiam in poſterum coerceant: 8 Ut inimicorum ſuorum duces vinculis ferreis ligent ſuperboſque gentium dominos compedibus ferreis cohibeant. 9 Ut de regibus arrogantibus, juxta leges divinas & judicium à Deo dictatum, ſupplicium ſumant; 10 Bonorumque virorum commendatio per omnes mundi partes devulgetur.

PSAL. CL. CAR: GEN: 10

Pſaltes Eccleſiam hortatur ut Deum omnibus modis laudet, propter ſanctitatem, & magnificentiam ejus.

Præd. care

LAudate Dominum, lucidum
Templum colentum ſiderum,
Qui vi ſuæ potentiæ
Firmavit orbis cardines.

2 Laudate Dominum fortiter,
Ubique geſtis inclytum.
Laudate magnitudinem
Captum ſupra mortalium.

3 Laudate Dominum bellicæ
Claris tubæ clangoribus:
Laudate Dominum nabliis,
Lyriſque blandé garrulis.

4 Laudate Dominum tympanis,
Chorique feſti cantibus:
Laudate Dominum fidibus, &
Sonore dulci tibiæ.

5 Laudate eum tinnitibus
Lætis canori cymbali.
6 Hunc cuncta laudent, quæ trahunt
Vitalis auræ ſpiritum.

PRædicate Deum ſplendidum cœli ſacrarium habitantem, qui orbis fundamenta poteſtatis ſuæ viribus ſtabilivit. 2 Dominum celebrate factis illuſtribus & mirificis per omnes gentes clarum ejuſque amplitudinem majorem quam animus humanus capere poſſit perſonate. 3 Dominum concinite canoro tubæ ſono ad belli uſum comparatæ, inſtrumentis etiam muſicis ad voluptatem natis. pſalteriis ſcilicet & cytharis ſuaviter ſonoris eum cantate; 4 Tympaniſque, & cantionibus chori feſtis diebus cânere ſoliti, Dominum laudate, ad chordas & jucundum tibiæ ſonum Domini laudes proſequimini. 5 Eum ſuavi cymbali blandi ſono prædicate. 6 Quæcunque denique animâ fruuntur & ſpirant, hujus Dei noſtri encomia ex toto animo concelebrent.

FINIS.

I. Genus monocolon, versus heroici hexametri, hoc modo:

-- -vv -- -- -vv --

Eo utitur Ps. 1. 18. 45. 78. 85. 89, 104. 107. 132. 135.

II. Dicolon distrophon. vers. prior hexameter heroicus, alter, jambicus trimeter, acatalectus, adexemplum Horat. lib. 5. Ode 16. hoc modo

-vv -- -- -vv -vv --

v- vvv -- v- -v- v-

Eo utitur Psal. 2. 20. 24. 57. 60. 69. 83. 93. 95. 97. 108. 109. 118. 126. 136. 147.

III. Dicolon distrophon. Versus unus jambicus, trimeter acalectus, alter dimeter acatalectus, ut Horat. lib. 5. Ode 1. hoc modo.

-- vvv -- v- v- v-

-- vvv -- v-

Eo utitur Psal. 3. 6. 10. 21. 22. 27. 34. 38. 39. 41. 44. 48. 53. 62 74. 76. 79. 87. 92. 110. 112. 115 120. 127. 133. 134. 139. 141.

IV. Dicolon Distrophon. Versus. primus heroicus. secundus Alcmanius dactylicus tetrameter acatalectus, ut Horat. 1. lib. carm. Ode 7. hoc modo.

-vv -v- -- -- -vv --

-- -vv -vv -- -

Eo utitur Psal. 4. 111.

V. Dicolon tetrastrophon. Versus. primus secundus tertius Sapphicus hendecasyllabus. 4. Adonicus, ut horat. 1. lib: carm. Ode 2. hoc modo.

-v -- -vv v -v

-vv --

Eo utitur Psal. 5. 17. 51. 55. 65. 67. 72. 90. 101. 103.

VI. Tricolon tetrastrophon. Vers. 1. 2 dactylicus Alcaicus, acal. 3. Jambicus Archilochius dimeter hypercal. 4. dactylicus alcaicus aca. ut Horat. lib. 1. carm. Ode 17. hoc modo:

-- v-- -vv -vv

-- v-- -vv -vv

-- v- -- v--

-vv -vv -v -v

Eo utitur Psal. 7. 11. 15. 19. 30. 46. 50. 56. 58. 77. 82. 91. 123. 125. 140. 146.

VII. Dicolon distrophon. Versus 1. Sapphicus. 2. Jambicus dimeter acatalectus hoc modo.

-v -- -vv -v -v

-- v- -- v-

Eo utitur. Psal. 8.

VIII. Tricolon Tetrastrophon. Versus 1. 2. choriambicus Asclepiadæus tetrameter acatalectus. 3. Pherecratius heroicus trimeter acatalectus 4. choriambicus Glyconius trimeter acatal. ut Hor. lib. 1. carm. Ode. 5. hocmodo.

-- -vv- -vv- vv

-- -vv- -vv- vv

-- -vv --

-- -vv- vv

Eo utitur Psal. 9. 64. 84. 130.

IX. Dicolon distrophon, Versus. 1. heroicus. 2. dactylicus Archilochius dimeter hypercatalecticus, ut Horat. lib. 4. carm. 6:

7. hoc modo.

-vv -- -vv -- -vv --
-vv -vv -

Eo utitur Pſal. 12.

X. Monocolon, verſus jambicus dimeter acatalectus, ut Prudentius cathem. 1. hoc modo:

v- v- v- v-

Eo utitur. Pſ. 13, 31, 37, 47, 52, 54. 59. 86. 96. 98. 117. 148. 149. 150

XI. Dicolon diſtrophon, verſ. 1. choriambicus dimeter, glyconius 2, chotiam, Aſclepiadæus, ut Horat, lib. 1, carm. Ode 3. hoc modo:

-- -vv- vv
-- -vv- -vv- vv

Eo utitur Pſal, 14, 35, 43,

XII. Tricolon triſtrophon, Ver. 1. choriambicus, trimeter, 2 tetrameter, 3. pentameter, ut Prudentius prologo Cathem, hoc modo:

-- -vv- vv
-- -vv- -vv- vv
v- - vv - -vv- -vv- vv

Eo utitur Pſal, 16.

XIII. Dicolon tetraſtrophon, Verſ. 1, 2, 3, choriambicus tetrameter, 4, choriambicus trimeter, ut Horat, lib. 1, carm. Ode 5 hoc modo.

-- -vv- -vv- vv
-- -vv- -vv- vv
-- -vv- -vv- vv
-- -vv- vv

Eo utitur Pſal 33. 42, 75, 99, 102, 144

XIV. Monocolon, verſ: jambicus trimeter acatalectus; ut Horat. lib. 5. carm. 17. hoc modo.

-- v- -- v- v- v-

Eo utitur Pſal. 25, 94, 106.

XV, Monocolon, verſ, dactylicus Alcaicus, acatal,, hoc modo.

-- v-- -vv -vv

Eo utitur Pſal. 26, 29, 32, 49, 61, 71, 73, 143.

XVI, Monocolon. Ver. choriambicus Aſclepiadeus tetramet, ut Hor, lib. 1, carm, Ode 1, hoc modo.

-- -vv- -vv- vv

Eo utitur Pſal, 28, 40, 80,

XVII, Dicolon diſtrophon, Verſus 1, Sapphicus, 2 choriambicus trimeter, hoc modo:

-v -- -vv -v -v
-- -vv- vv

Eo utitur Pſal, 33, 70, 121, 142,

XVIII. Dicolon diſtrophon. Ver. 1 jambicus trimeter, 2, pentameter dactylicus, hoc modo.

v- v- -- vvv v- v-
-vv -- -- vv- vv-

Eo utitur Pſal. 36, 63.

XIX. Dicolon triſtrophon. Verſ. 1, 2, trochaicus dimeter acatalecticus. 3, trochaicus dimeter catalecticus, hoc modo.

-v -- -v --
-v -v -v -v
-v vv- -v -

Eo utitur Pſal, 66.

XX. Dicolon diſtrophon. Verſ. 1. heroicus hexameter, 2, anapæſti-

cus dimeter catalect, hoc modo.

-- -vv -- -vv -vv --
vv- vv- vv- -

Eo utitur Psal 68.

XXI. Dicolon distrohpon. versus prior Heroicus hexameter, posterior jambicus dimetre, ut Horat. lib. 5. carm. Ode 14, hoc modo.

-- -vv -- -vv -vv --
-- v- -- v-

Eo utitur Psal. 81

XXII. Dicolon distrophon. V. prior heroicus hexameter. alter pentameter hoc modo omnibus noto:

-vv -- -vv -- -vv --
-vv -- -- vv- vv-

Eo utitur Psal. 88, 114. 137

XXIII Dicolon distrophon. vers. 1, trochaicus dimeter catal, 2 jambicus dimeter acatalectns, hoc modo

-v -- -v -
-- v. v- v-

Eo utitur Psal 100,

XXIV. Dicolon distrophon, vers, 1 trochaicus dimeter acatal. alter trochaicus dimeter catalectus hoc modo.

vvv vvv -v -v
-v -v -v -

Eo Utitur Psal 105. 119. 124. 129

XXV. Monocolon. Vers. anapæsticus, Pindaricus dimeter à catalecticus ut Boeth. 15 hoc modo.

-vv vv- vv- vv.

Eo utitur Psal. 113.

XXVI. Dicolon tetrastrophon. Ver. 1. 2. 3, choriambicus trimeter. 4. dactyl. Phetecratius, hoc modo.

-- -vv- vv
-v -vv- vv
-- -vv- vv
-- -vv --

Eo utitur Psal. 116, 122, 148.

XXVII. Monocolon, vers. trochaicus octonarius catalecticus, qualis est Prudent, Cathem. 9. hoc modo

-v -- -v -v -v -- -v -

Eo utitur Psal. 119. 124, 105, 129.

XXVIII. Monocolon vers. jambicus Anacreonteus dimeter catalecticus ut Boeth, 3, 7, hoc modo,

-- v- v- -

Eo utitur Psal. 131

XIX. Tricolon tristrophon. Vers. 1. heroicus, 2. jambicus dimeter, 3, dactylicus Archilochius, dimeter, hypercatal, hoc modo:

-vv -- -vv -vv -vv --
-- v- -- v-
-vv -vv -

Utitur eo Psal. 138.

XXX. Tricolon tristrophon Vers. iidem, qui modo, nisi quod secundus in locum tertii migrarit, hoc modo.

-- -vv -vv -- -vv --
-vv -vv -
v- v- v- v-

Eo utitur Psal. 145.

Notaud. Carminum genus 24. reduci posse ad genus 27. si bini Versus conjungantur, ut in plerisque exemplaribus factum.